MONASTICON
PALATINUM
CHARTIS ET DIPLOMATIBUS
INSTRUCTUM
NOTITIIS AUTHENTICIS ILLUSTRATUM.

ADORNAVIT
STEPHANUS ALEXANDER
EPISCOPUS HELIOPOLENSIS, SUFFRAGANEUS
WORMATIENSIS.

TOMUS III.



MANNHEMII
TYPIS HOSPITALIS CIVICI, PER F. W. CORDON,
MDCCXCV.





PRÆMONENDA
DE
EUSSERTHAL *)
MONASTERIO ORDINIS CISTERCIENSIS, DIOECESIS SPIRENSIS.

---

*) In chartis & diplomatibus hujus monaſterii ſec. XII. XIII & XIV. conſcriptis legitur *Uzerstal*, *Uzzerstal*, *Uſerſtal*, *Uszerſtal*, latine *Uterina Vallis*, ut aliqualiter exprimeretur: *Extrema Vallis* ab *Euſſerſt*, *Utterſt* & *Vallis*, *Tal.* Situm eſt haud procul ab *Anvilla*, *Anweiler*, cui Caſtrum celebre *Trifels* ſuperimpoſitum conſpicitur. Confer: *Nova ſubſid. Diplom. Tom. XII. pag.* 84. pagina ibi ſequens ſiſtit Abbatum ſeriem diplomaticam. quam excipiunt Chartæ a pag. 83 — 326. à N. XXII. — CLXI.

Primum Fundatorem innuit lapis muro chori juxta ſuggeſtum incluſus, qui manus ſibi invicem innexas cum hac inſcriptione refert:

ARMA DOMINI STEFFANI
STRENNUI AC NOBILIS MILITIS
DE MERLHEM QUI FUNDAT
HOC MONASTERIUM ANNO
1148.

loc. cit. pag. 130. N. XLIV. *Joannes* Archiepiſcopus Trevirenſis dimidietatem monaſterii conſtruxiſſe perhibetur & merito Confundator audit circa an. 1198. & in Charta ſub N. LII. in Diplomate *Heinrici Septimi* Romanorum Regis An. MCCXXXIII. refertur: *Cum conſtet Nobis, Eccleſiam Uterine Vallis Cyſterc. Ordinis à progenitoribus Noſtris fundatam.*

Cum circa medium ſeculi XIII. ædificiis monaſterii & reparandis novisque excitandis media Abbatibus *Ludolfo* & *Stephano* non ſufficerent, recurrendum fuit ad pias Benefactorum eleemoſynas, queis varii Epiſcopi conceſſere indulgentias.

Anno MCCLIII. *Arnoldus* Epiſcopus *Semigalliæ* in ſuis litteris ait: *Cum Pater Venerabilis Dominus Ludolfus U-*

Uterine Vallis Abbas ad honorem ſancte & intemerate Genitricis Dei Clauſtri ſui ambitum & Officinas ejusdem ad ſuorum famulorum Dei ibidem commorancium commodum & ſolamen edificare proponat nec proprie aliquatenus ſuppetant facultates ad tanti operis ſupplementum &c.

Anno MCCLVII. *Bartholomeus* Epiſcopus de *valle Ebron — pro reparacione ſeu conſtructione edificiorum ipſius Cenobii &c.*

Anno MCCLIX. *Eberhardus* Conſtantienſis Epiſcopus — *Cum Stephanus Abbas & Conventus Uterine Vallis .. ipſam Eccleſiam Conſecrare proponant & quasdam alias officinas eidem Eccleſie congruentes inchoaverint opere ſumptuoſo nec ad id perficiendum eis proprie ſuppetant facultates &c.*

Eodem Anno *Jacobus* Metenſis Epiſcopus — *Cum Venerabilis Eccleſia Monaſterii Uterine Vallis Cyſt. Ord. fundata in honore glorioſe Dei Genitricis Marie virginis de novo debeat conſecrari ac amabili opere & ſumptuoſo nec non laudabili reſtauretur.*

Eodem anno in litteris indulgentiarum ab *Eberhardo* Wormatienſi Epiſcopo conceſſis — *Cum Stephanus Abbas & Conventus Uterine Vallis ipſam Eccleſiam conſecrare proponant & quasdam alias Officinas eidem Eccleſie congruentes inchoaverint opere ſumptuoſo, nec ad id perficiendum eis proprie ſuppetant facultates, niſi fidelium Xpi eleemoſinis adjuventur &c.*

Anno eodem *Heinricus* Jaccuenſis Epiſcopus, & anno mox ſequente *Bertholdus* Babenbergenſis Epiſcopus ſub eodem tenore, ut Wormatienſis ſuas dedere indulgentiarum litteras; quas omnes *Heinricus* Spirenſis Epiſcopus approbavit. Acceſſerunt littere Archiepiſcopi Treverenſis, *Waltheri* Epiſcopi Argentinenſis & *Eberhardi* Wormatienſis Epiſcopi pro die Dedicationis.

De Altarium Conſecratione & Dedicatione ipſius Eccleſiæ translata binæ loquuntur litteræ.

A.) Fr. *Jacobus* Dei gracia Epiſcopus Panidenſis & Vicarius in Pontificalibus & Spiritualibus Venerabilis Patris Domini *Sybodonis* eadem gracia Epiſco-

Episcopi Spirensis honestis & sanctis viris Domino Abbati, Priori, Subpriori & Conventui monachorum *Uterine Vallis* Cyst. Ord. Spir. Dyoc. salutem & sinceram in Domino Caritatem. Diem Anniversariam Dedicacionis Ecclesie Vestre, quam Dominica secunda post Pascha Resurrectionis Domini ab antiquo usque ad presens celebrare consuevistis, ad piam instanciam vestram, cum duo altaria in Ecclesia predicta in die invencionis sancte Crucis consecravimus, ad eandem diem Dedicationis ipsius ecclesie predicte Dedicationem ipsorum Altarium duximus transferendam. Vobis igitur Universis & singulis precipiendo tenore presencium firmiter demandamus, quatenus diem Dedicationis Anniversariam Ecclesie sepedicte in prefata die celebrare, habere & tenere diebus perpetuis studeatis, prout alie ecclesie Spirensis dioc. anniversaria ecclesiarum suarum consueverunt annis singulis celebrare.... Datum in *Uterina Valle* Anno Domini M°CCC°XI° die tercia Maji invencione sancte Crucis.

B.) *Emicho* Dei gracia Epiſcopus Spirenſis Univerſis Decanis, Camerarys, plebanis & vice-plebanis per noſtram Diocesin conſtitutis, ad quos preſentes pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Inter cunctas paſtoralis ſollicitudinis noſtre curas illud nobis corditer inſitum reputamus, ut eccleſias maxime perſonarum ſub religionis habitu Domino famulancium nobis ſubjectas a noxys preſertim vexacionibus temporalibus, in quantum poſſumus, relevemus, ut ſemotis infeſtacionibus extraneis Divinis eo liberius poſſint Officys inhiare. Cum itaque propter Dedicacionem Monaſtery *Uterine Vallis* Ordinis Ciſterc. noſtre Diocesis, que Dominica qua cantatur: *Miſericordia Domini* hactenus conſueverat celebrari, exigente ſtatu temporis dicto monaſterio multa incommoda ſepius ſint ſuborta, varyque per populum ibidem concurrentem inſultus enormes & ſcandala committantur, cupientes dicti monaſtery utilitatibus intendere & hujusmodi inſultibus & ſcandalis obviare, prefatam Dedicacionem ſingulis annis Dominica proxima ante Adventum

tum Domini circumducimus & indicimus perpetuo ſollempnitate debita celebrandam, mandantes vobis ſingulis & univerſis in virtute ſancte Obediencie precipiendo firmiter & diſtricte, quatenus eandem Dedicacionem per Nos circumductam & prefata Dominica ante Adventum Domini perpetuo peragendam in eccleſys veſtris & locis oportunis publicè & ſollempniter nunc tis. Datum Anno Domini M°CCC°XXI°. feria quarta poſt Lucie Virginis. (16. Dec.)





DIPLOMATARIUM

UTERINÆ VALLIS ut magis compleretur, argumenta ſaltem chartarum Tomo XII. *Nov. Subſidiorum Diplomaticorum* jam editarum hic intercalare placuit & è re viſum eſt.

SUB ORTOLIBO ABBATE.*

Nova Subſ. Dipl. T. XII. p. 85.

Anno Dominice Incarnationis M. C. L. Littere donationis Domini *Rabodonis* Spirenſis Epiſcopi & Dominorum fratrum ſuorum videlicet *Hartmanni* Comitis *Lobedenburc* & *Otdonis* Comitis de *Alreheim* ſuper fundo & prediis Eccleſie *Uterine Vallis*. *Vid. Tom. XII. nov. Subſid. Diplomat.* p. 88. *ſq.*

Anno Incarnationis Domini M. C. LVIIII. — Littere ſuper cenſu dando de tribus manſis in *Marrenheim. loc. cit.* p. 92.

Anno Dominice Incarnationis M. C. LX. III. — Littere ſuper bonis in *Herboltesberge. loc. cit.* p. 93.

An-

Anno Dominice Incarnationis M. C. LXVIII. – Littere Domini *Friderici* Imp. ſuper Cappellam in *Merlheim* & omnia bona Domini *Stephani* & Domine *Gepe* fundatorum noſtrorum. *l. c. p.* 95.

Littere Domini *Symonis* Comitis de *Saraponte* ſuper abdicatione cappelle in *Merlheim.* *l. c.* p. 96.

Anno ab Incarn. Domini M. C. LXXVI. Littere ſuper ſilvis, paſcuis & aquis utendis in *Wandesheim.* *l. c. p.* 97.

Anno Dominice Incarnationis M. C. LXXVI. —Littere ſuper duobus manſis in *Swebechenheim* de quibus dantur duo denary nomine cenſus. *l. c.* p. 100.

Littere donationis patrimony *Folmari* Clerici. *l. c.* p. 101.

Anno Domini M. C. LXXVIII. — Littere *Friderici* Imp. ſuper villam *Spethesbach.* *l.* c. *p.* 102.

SUB ALBERTO ABBATE.

Anno ab incarnatione Domini M. C. LXXIX. — Littere Domini *Godefridi* Epiſcopi Spirenſis ſuper Cappellam in *Merlheim.* *l.* c. *p.* 103.

Lit-

Littere *Ludewici* Comitis de *Sarwerde* ſuper donacione bonorum in *Lobio*. *l*. c. p. 107.

Littere ejusdem Comitis ſuper allodio in *Lobio*. *l*. *c*. p. 108.

Anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXXI. — Littere donationis ſuper villa *Spesbach* ex parte *Wezelonis* de *Berga*. *l*. c. p. 111.

Anno Dominice Incarnationis M. C. LXXXII. — Littere ſuper minuta decima & paſcuis in *Visbach*. *l*. *c*. p. 112.

Anno Dominice Incarnationis M. C. LXXXIIII. — Littere ſuper allodio in *Geilewilre* ex parte *Cuonradi* de *Riet* & *Adelheydis* uxoris ſue. *l*. *c*. p. 114.

SUB ABBATE BECELINO.

Anno Verbi incarnati M. C. LXXXIIII. Littere Compoſitionis inter monachos *Uterine Vallis* & Eccleſiam in *Wadegoze* ſuper Silva *Howalt*. *l*. c. p. 115.

An. MCLXXXVI. — Privilegium *Friderici I*. Imp. Eccleſiæ *Vallis Uterinæ* conceſſum. *Subſid. Dipl*. *T*. *X*. p. 352.

Anno Dominice Incarnationis M. C. LXXXIX. — Littere Domini *Friderici* Imp.

Imp. ſuper *Spehtesbach*, *Grevenhuſen*, *Mettenbach* & *Rodenbach*. *l. c.* p. 118.

Anno Incarnationis Domini M. C. LXXXIX. — Littere Domini *Heinrici* Epiſcopi Argentinenſis ſuper villis in charta priori nominatis. *l. c. p.* 120.

SUB WICMANNO ABBATE.

Anno ab Incarnatione Domini M. C. XC. primo. — Littere ſuper quibusdam bonis emptis erga Canonicos de *Omnibus Sanctis*. *l.* c. p. 122.

Anno M. C. XC. II. — Littere ſuper litem deciſam inter *Metersheim* & *Marrenheim loc. cit.* p. 123.

Anno Incarnationis Dominice M. C. XC. IIII. — Littere Domini *Heinrici* Imperatoris de *Uterina Valle* & de Advocatia *Spethesbach* & de Almeinda predictorum locorum. *l.* c. p. 126.

Littere *Heinrici Sexti* Imp. ſuper protectione *Uterine Vallis* & quod omnes homines ſub Imperio poſſunt illi conferre bona ſua. *l.* c. p. 129.

Littere ſuper Anniverſario Domini *Johannis* Archiepiſcopi Trevirenſis eciam Fundatoris noſtri, qui conſtruxit di-

dimidietatem monaſtery noſtri & alia multa bona nobis fecit. *l. c. p.* 130.

Anno M. CC. VI. — Littere ſuper bonis in *Metersheim*, que contulit nobis *Cunradus* de *Solzvelt* & uxor ſua. *loc. cit. p.* 132.

Anno Dominice Incarnationis MCCXII. Littere *Cunradi* Spirenſis Epiſcopi de Curia noſtra Spirenſi & concambio deſuper facto. *l. c. p.* 133.

Anno Dominice Incarnationis M. CC. XIII. — Littere ſuper abſolutione decimarum quarumdam, pro quibus damus V. ſolidos Metenſis monete. *l. c. p.* 135.

SUB ABBATE MARTINO.

Littere ſuper cenſu dando in *Wizzenburg* de bonis in *Metersheim.* Anno ab Incarnatione Domini M. CC. XIII. *loc. cit.* p. 137.

Littere ſuper abſolutione cenſus preſcripti à *Wolframo* Abbate Wizzenburgenſi in *Metersheim. l. c. p.* 139.

Littere ſuper abſolutione dualis partis in decima minuta in *Metersheim* à Capitulo Majoris Eccleſie Spirenſis Anno Domini M.CC.XXV. facta. *loc. cit. p.* 141.


SUB

SUB MARQUARDO ABBATE.

Anno Dominice Incarnationis M. CC. XXIX. — Littere Domini *Heinrici* Regis Romanorum ſuper *Heingereide* cum ruſticis de *Goderamſtein* & eorum complicibus controverſo. *loc. cit. p.* 142.

SUB ABBATE HEINRICO.

Anno Dominice Incarnationis M. CC. XXX. III. — Littere donationis *Heinrici VII.* Romanorum Regis ſuper Eccleſiam in *Annewilre* ad Imperium ſpectantem cum omni jure ſuo deinceps, cum vacaverit, ab Eccleſia *Uterine Vallis* perpetuo poſſidendam. *loc. cit. pag.* 144.



I.

I.

Littere ſuper empcione bonorum in Sibeltingen. 1233.

Notum ſit omnibus preſens ſcriptum cernentibus, quod Dominus *Sifridus miles de Meiſterſel* cognomento *Caput* & uxor ejus & *Sifridus* miles filius eorum venalia exponentes omnia que in *Sibeltingen* habebant in vineis, in agris, in pratis & aream unam que vulgo dicitur *hoveſtat*, eccleſie *Uterine Vallis* pro xxx tribus marcis puri argenti communicata manu vendiderunt mediante Domino *Hermanno de Riepperc*, cui eandem pecuniam, quia ſibi tenebantur; ſtatim ſolverunt. Hujus rei teſtes ſunt idem H. & Dominus H. *Uterine Vallis*, Dominus *Eberhardus Horenbaci* tunc dicti Abbates, qui contractum iſtum ſigillis ſuis roborarunt, Dominus *Albertus de Offenbach*, Dominus etiam *Albero* tunc Major Cellerarius & fr. *Berwelphus* mercator, per quorum ſpecialiter manus celebratus eſt idem contractus, & alii quam plures. Factum eſt autem Anno ab Incarnacione Domini M°CC°XXX°III°. Indiccione VI. feliciter.

Anno

Anno Dominice Incarnationis M.CC. XXX.V. — Littere donationis bonorum in *Ulvensheim* ex parte *Hermanni de Rietberc. loc. cit.* p. 145.

Anno gratie Domini M. CC. XXX. VII. — Littere Donationis omnium bonorum Domini *Gebenonis* & uxoris ejus *Irmingardis de Veningen in Burnheim. l. c.* p. 146.

Anno Domini M.CC.XXXVII. — Littere, ne daremus denarios ſerviciales & quoddam jus, quod dicitur *Wegerume. loc. cit. pag.* 147.

Anno Gratie M. CC. XXXVII. — Littere confirmationis ſuper decimam cum monaſterio Hornbacenſi permutatam à *Sifrido* Archiep. Mog. conceſſe. *l. c.* p. 149.

Anno Domini M. CC. XL. — Littere ſuper concambio facto de bonis in *Kalſtat* pro bonis in *Damheim. l.* c. p. 150.

Anno Dominice Incarnationis M.CC. XLI. — Littere ſuper deciſione litis agrorum & paſcuorum in *Harthuſen* inter *Uterinam Vallem* & monaſterium *Pontis Salutis. l.* c. p. 151.

Anno Dominice Incarnationis M.CC. XLIII. — *Joannes miles de Steinwilre* dictus *bant* cum conſenſu Abbatis Sal-

ſenſis monaſterio *Uterine Vallis* cenſum XX. novem denariorum cujusdam agri in *Merlheim* vendit. *loc. cit.* p. 152.

II.

Innocentii IV. PP. littere quod Archiepiſcopus Mogunt. & ſui Suffraganei protegant monaſterium Uterine Vallis.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Maguntinenſi & Suffraganeis ejus & dilectis filiis Abbatibus Prioribus, Decanis, Archidiaconis & aliis Eccleſiarum Prelatis in eorum Civitatibus & Dioeceſibus conſtitutis, ad quos littere iſte pervenerint, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Non absque dolore cordis & plurima turbacione didicimus, quod ita in plerisque partibus eccleſiaſtica cenſura diſſolvitur & Canonice ſententie ſeveritas enervatur, ut viri religioſi & hy maxime qui per ſedis Apoſtolice privilegia majori donati ſunt libertate paſſim à malefactoribus ſuis injurias ſuſtineant & rapinas, dum vix invenitur qui congrua illis protectione ſubveniat & pro fovenda pauperum innocentia ſe murum defenſionis opponat. Spe-

Specialiter autem dilecti filii Abbas & fratres monasterii *Uterine Vallis* Cisterc. Ord. Spiren. Dioc. tam de frequentibus injuriis quam de ipso cottidiano defectu justicie conquerentes; Universitatem vestram litteris petierunt Apostolicis excitari, ut ita videlicet eis in tribulacionibus suis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate consurgere, quod ab angustiis, quas sustinent & pressuris vestro possint presidio respirare. Ideoque Universitati vestre per Apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatenus illos, qui possessiones vel res seu domos predictorum fratrum irreverenter invaserint aut ea injustè detinuerint, que predictis fratribus ex testamento decedentium relinquantur seu in ipsos vel ipsorum aliquem contra Apostolice sedis indulta sententiam excommunicationis aut interdicti presumpserint promulgare vel decimas laborum de possessionibus habitis ante Concilium Generale; ante quod susceperunt ejusdem Ordinis instituta, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt seu nutrimentis animalium ipsorum spretis Apostolice sedis privilegiis extorquere monicione premissa, si laici

 fu-

fuerint, publice, Candelis accenſis ſinguli veſtrum in Dioceſibus & Eccleſiis veſtris excommunicationis ſententia percellatis, ſi vero Clerici vel Canonici regulares ſeu monachi fuerint, eos appellatione remota, ab officio & beneficio ſuſpendatis, neutram relaxaturi ſententiam, donec predictis fratribus plenarie ſatisfaciant & tam laici quam Clerici ſeculares, qui pro violenta manuum injectione in eos vel eorum aliquem anathematis vinculo fuerint innodati, cum dioceſani Epiſcopi litteris ad ſedem Apoſtolicam venientes ab eodem vinculo mereantur abſolvi. Datum *Laterani* VII. Idus Aprilis, Pontificatus noſtri Anno primo. (1244.)

III.

Innocentis IV. PP. littere de decimis monaſterii Uterine Vallis & Eccleſie Hornbacenſis.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui *Uterine Vallis* Ciſterc. Ord. Spir. Dioc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ea que judicio vel concordia terminantur, firma debent & illibata perſiſtere & ne in recidive contencionis ſcrupu-

pulum relabantur, Apoſtolico convenit preſidio communiri. Ex parte ſiquidem veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod cum inter vos ex parte una & quondam *Wolframum* Abbatem & Conventum Hornbacenſem Metenſis Dioc. ex altera ſuper quibusdam decimis quas ipſi in terminis Dioceſis Spirenſis habebant, vobis contiguas permutandis communiter ageretur, tandem conſentiente plebano loci ejusdem, mediante bone memorie *Cunrado* Epiſcopo Spirenſi ſic amicabiliter compoſitum extitit inter partes, quod vos decimas terminorum ipſorum ſcilicet de *Grinbaçh* ſurſum indirectum uſque ad cacumen montis ejusdem deorſum uſque ad rupem dictam *Winckelvels* & ab eadem rupe uſque ad ambitum Clauſtri tenere ac poſſidere perpetuo ac pro eis annuum cenſum ſolvere predicto monaſterio Hornbacenſi & plebano nominato ſuperius debeatis, prout in litteris ſuper hoc confectis plenius dicitur contineri, quam compoſicionem Apoſtolico roborari munimine pecijſtis. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati compoſicionem ipſam, ſicut ſine pravitate provide facta eſt & ab utraque parte ſponte recepta & hac-

 tenus

tenus pacifice obſervata authoritate Apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmacionis infringere vel ei auſu temerario contra ire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Lugduni* IX. Kal. Julii Pontificatus noſtri Anno ſecundo. (1245.)

IV.

Innocentii PP. Littere Compoſitionis decime in Leyben & paſcue in Viſchbach & aliorum reddituum Monaſterii Uterine Vallis.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui *Uterine Vallis* Ciſterc. Ord. Spirenſis Dioc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ea que vel judicio vel concordia terminantur, firma debent & illibata perſiſtere & ne in recidive contencionis ſcrupulum relabantur, Apoſtolico convenit preſidio communiri. Ex parte veſtra ſiquidem fuit propoſitum coram Nobis, quod cum inter vos ex

ex parte una & quondam C. Abbatem & Conventum Hornbacensem Metensis Diocesis ex altera super decimis Grangie de *Leyben* & pascuis Curie de *Vischbach* & aliis redditibus questio verteretur, tandem mediantibus bone memorie *Vldalrico* Episcopo Spirensi de consensu *Ymmonis* plebani de *Visbach* hujusmodi compositio inter partes amicabiliter intervenit, quod scilicet ijdem Abbas & Conventus prefatas decimas, pascua & redditus concesserunt vobis in perpetuum possidenda, pro quibus omnibus vos certum censum in recognitionem dominii tenemini eis & predicto plebano solvere annuatim, prout in litteris super hoc confectis plenius dicitur contineri, quam composicionem Apostolico roborari munimine petijstis. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati compositionem ipsam sicut sine pravitate provide facta est & ab utraque parte sponte recepta & hactenus pacifice observata auctoritate Apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contra ire, si quis autem

hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum *Lugduni* IX. Kal. Julii Pontificatus nostri Anno secundo. (1245.)

V.

Innocentii PP. Littere Composicionis super quibusdam mansis, pascuis, silvis & aliis rebus monasterii Uterine Vallis.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monasterii *Uterine Vallis* Cist. Ord. Spirens. Dioc. salutem & Apostolicam benedictionem. Ea que judicio vel concordia terminantur, firma debent & illibata persistere, ne in recidive contentionis scrupulum relabantur, Apostolico convenit presidio Communiri. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram Nobis, quod cum inter vos ex parte una & quondam G. Abbatem & Conventum Hornbacensem Ordinis sancti Benedicti Metensis Dioc. ex altera super quibusdam mansis, pascuis, silvis & rebus aliis ageretur, tandem mediante bone memorie *Udalrico* Spirensi Episco-

piſcopo amicabilis inter vos compoſicio intervenerit, prout in litteris ſuper hoc confectis plenius dicitur contineri, quam Apoſtolico petiiſtis munimine roborari. Veſtris igitur juſtis precibus inclinati compoſitionem eandem ſicut rite ſine pravitate provide facta eſt & ab utraque parte ſponte recepta & hactenus obſervata, pacifice auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre Confirmacionis infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Lugduni* XIII. Kal. Novembris Pontificatus noſtri Anno tercio. (1246.)

VI.

Littere ſuper bonis emptis in Offenbach. 1249.

Hugo miles de Offinbach omnibus Xpi fidelibus preſens ſcriptum intuentibus ſalutem & ſubſcriptis fidem adhibere. Facile a memoria ſuccedentium labitur, quidquid ſcripto non roboratur. Veſtre innoteſcat univerſitati, quod Ego

ac uxor noſtra *Lucgardis* pari conſenſu omnia bona noſtra in *Offenbach* ſita Abbati & Conventui *Vallis Uterine* pro LX. marcis vendidimus abſolute, dictas vero marcas, uti noſtra decrevit juſſio, plenarie perſolverunt, & ne a noſtris heredibus inpoſterum valeant inpulſari in prelibatis bonis Sigillum noſtrum preſenti cedule eſt appenſum. Hujus rei teſtes ſunt *Baldimarus* Burggravius in *Spigelberc*, *Wolframus* judex in *Knutilsheim*, *Hugo* dictus *Havener*, *C. miles in Ottersheim*, *Otto miles in Buligesheim*, *Dietherus* de *Luſtat*. Datum Anno Domini M°CC°XL°IX°.

Anno Gratie Domini M.CC.L. — Littere Domini *Heinrici militis* de *Gimminech* ſuper bona in *Damheim*. *l. c.* p. 153.

VII.

Littere Domini de Fleckenſtein ſuper bona in Dameheim. c. 1250.

Rudolfus dictus de *Flekenſtein* Univerſis preſentem cedulam inſpecturis ſeu eciam audituris ſubſcriptis fidem indubitatam adhibere. Tenore preſencium ſcire cupio tam preſentes quam poſteros univerſos, quod *Cuno* & *Hugo* im-

milites fratres dicti *de Zeizinkeim* ea bona que a me in *Damheim* in feodo tenuerunt, ecclesie *Uterine Vallis* de bona mea voluntate & consensu libera vendiderunt, ijdem quoque fratres *de Zeizinkeim* dicta bona vendita cum quorundam bonorum medietate in *Lustat* sitorum & ab *Erbone* dicto *Golder* emptorum Compensantes eodem jure, quo priora tenuerant mihi recognoscunt. In cujus rei evidenciam & munimen presens scriptum dicte *Uterine Vallis* ecclesie meo sigillo tradidi roboratum. Interfuerunt huic facto testes *Cunradus de Scharfenberc*, *Fridericus de Tan. H. de Otterbach. Johannes de Staffel, H. de Bannacker. Wolframus puller de Mundevelt. Bertoldus dictus Bogener* & plures alii fide digni.

Anno Domini M.CC. quinquagesimo primo — Littere super bonis in *Bebingen* quondam emptis erga Abbatem & Conventum in *Sunnesheim*, que *Cunradus* de *Stella* monasterio nostro comparavit. *l. c.* p. 154.

Anno Domini M.CC.L.I. — Littere super predium in *Hohenstat*. *l. c.* p. 156.

Anno

Anno Domini M.CC.LI. — Littere ſuper cenſu dando vicario in *Heilgenſtein* pro tertia parte decime minute in *Matersheim.* l. c. p. 157.

Anno Gratie Domini M.CC.LI. Littere contra inpeticionem *Hiltebrandi de Haſelach* ſuper quibusdam bonis in *Metersheim.* l. c. p. 159.

Anno Gratie Domini M.CC.L.I. Littere donationis bonorum *Heinrici militis de Scharphenecke.* l. c. p. 160.

VIII.

Littere donationis bonorum in Schiverſtat Domine Elyſe de Aneboz.
1252.

Univerſis Xpi fidelibus hanc paginam inſpecturis ſalutem & credere ſubnotatis. Ego *Dymarus* & uxor mea *Agnes* dicti *de Schiverſtat* tenore preſencium proteſtamur, quod univerſa bona in *Schiverſtat*, que Venerabilibus & in Xpo dilectis Domino H. Abbati & Conventui *Uterine Vallis* ex collacione Venerabilis & beate memorie Domine *Elyſe* dicte *de Aneboz* attinent, ab eisdem ad tempus tantum vite noſtre excolenda recepimus in hunc modum, vide-

delicet ut eadem bona cum cenſu debito ad idem tempus procuremus & ex eisdem bonis predictis Dominis *Uterine Vallis* Annis ſingulis in Nativitate beate *Marie* Virginis ſedecim maldra ſiliginis cum noſtris vecturis in Civitatem Spirenſem ſine difficultate qualibet fideliter perſolvamus. Quodſi ego *Dimarus* ex hac vita deceſſero & uxor mea *Agnes* poſt mortem meam caſta manere voluerit, dicta bona jure prefato ad tempus vite ſue tantum nihilominus obtinebit, ſi vero cum alio contraxerit, dicta bona cum ſuis pertinenciis ad utilitatem dictorum Dominorum & loci *Uterine Vallis* revolventur, nec ipſa hujus occaſione receptionis vel conceſſionis dictum locum vel predictos Dominos de cetero ſuper eisdem bonis poterit impulſare. Ego vero *Dymarus* ſi ipſam ſuper vixero, vel etiam Caſtus permanſero, prefata bona ad tempus tantum vite mee, ſicut etiam conceſſa ſunt pro cenſu debito liberè poſſidebo. Hujus rei teſtes ſunt *Cunradus de Schiverſtat*, *Cunradus* filius *Spiſarij*, *Volzo* & filius ſuus *Volzo de Schiverſtat*, *Rudegerus* & frater ſuus *H.*, *Ulricus* & frater ſuus *Godefridus*, omnes iſti de *Schiverſtat*.

Et

Et quia ſigillo proprio caruimus & ut hec rata & inconvulſa permaneant, preſentem paginam ſigillo venerabilis Domini Abbatis de *Limpurc* ſtuduimus communiri. Acta ſunt autem hec Anno Domini M°CC° quinquageſimo ſecundo in feſto ſancti *Georgii* Martyris. 23. Apr.

IX.

Eugenii a) *PP. littere ſuper Confirmatione privilegiorum & libertate à decimis de terris quas excoluit propriis manibus monaſterium Uterine Vallis.*

Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis *Eberhardo* b) Abbati Monaſterii *Uterſtal* ejusque fratribus tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Deſiderium quod ad religionis cultum pertinere dinoſcitur, effectu debet proſequente compleri, quatenus & devocionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis peticionibus benigno concurrentes aſſenſu, prefatam Eccleſiam,

ſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes ac quaſcunque poſſeſſiones, quecunque bona eadem eccleſia in preſenciarum juſte & canonice poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblacione fidelium ſeu aliis juſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus nominibus annotanda. Ex dono *Stephani* & *Gepe* uxoris atque *Adegardis* filie ipſius allodium de *Merlheim* & medietatem *Uzirstal*, quam idem *Stephanus* emit ab Abbate de *Wrdeio*, alteram medietatem *Uzerſtal* ex dono *Artmanni* & *Ottonis* fratris ejus per manum illuſtris memorie *Cunradi* Romanorum Regis & Grangiam de *Suſenlenbach*. Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus aut ſumptibus colitis ſive de incrementis veſtrorum animalium nullas a vobis decimas preſumat exigere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat Eccleſiam eandem temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas re-

retinere, imminuere ſeu aliquibus vexationibus fatigare, ſed inconcuſſa omnia & integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentacione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitucionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo terciove commonita, nec preſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe judicio divino exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri *jheſu Chriſti* aliena fiat atque in extremo examine diſtricte ulcioni ſubjaceat, Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri *jheſu Chriſti*, quatenus & hic fructum actionis bone percipiant & apud ſupremum judicem premia eterne pacis inveniant Amen. Amen. c)

a) *Eugenius* III. PP. Creatus 6. Kal. Aprilis an. 1145. vixit annos 8. menſes 4. dies 12. Ob. 7. Idus july anno ſalutis 1153.

b) *Eberhardus* iſte Abbati *Ortolibo* in ſerie *Tomo XII. Nov. Subſid. Diplom. pag.* 85. anteponendus

dus eſt. Duo quoque *Ortolibi* Abbates ab an. 1150 — 1176. huic monaſterio præfuiſſe videtur, cum in Diplomate anni 1163. *Ortolibo* addatur *bone memorie* & in charta anni 1176. alius adhuc occurrit *Ortlibus* Abbas. *l. c. pag.* 93. *& p.* 100. *ſq.*

c) In multis illius ævi Pontificum epiſtolis deſunt anni Pontificatus, dies & annus. Hæc epiſtola inter annos 1145 — 1153. ponenda eſt.

Sub Abbate Ludolfo.

X.

Littere ſuper VI. ſolidis hall. in Oſſingen. 1253.

Ego *Heinricus de Winden* notum omnibus facio preſentem paginam inſpecturis, quod *C.* dictus *Hubeſchuhel de Oſſingen* ſibi ſuisque heredibus vineam Infirmarie monachorum in *Uzerstal* à Venerabilibus Domino L. Abbate & Conventu *Uterine Vallis* in hunc modum ſuſcepit jure hereditario poſſidendam ut annuatim de ipſa in feſto ſancti *Jacobi* decem & octo denarios & in feſto ſancti *Martini* tottidem dative monete in jam dicto monaſterio *Uterine Vallis* monachorum Infirmario reconſignet. Hoc adjecto, quod poſt ipſius obitum ſe-

ſenior heredum ſuorum, qui predictam vineam voluerit poſſidere, penſionem ſupra notatam tempore ſtatuto in prenotato monaſterio, ſicut juſtum fuerit, preſentabit. In hujus autem rei perpetuam caucionem prefatus C. ſepedictis Dominis *Uterine Vallis* curiam ſuam pro ſuppignore poſuit in hunc modum, ut ſi quando ipſe vel heredes ſui cenſum pretactum non perſolverit temporibus adnotatis, ſepedicta vinea cum curia pro ſuppignore poſite ſine retractacione & inpedimento quolibet ad Abbatis & Conventus *Uterine Vallis* transeat continuo poteſtatem, Teſtes horum ſunt *H.* plebanus in *Offingen*, *H.* ſcultetus, *Hugo mancus*, *H. urincel* & jurati ejusdem ville. Ut autem hujus rei habicio inconvulſa valeat inpoſterum permanere, preſentem paginam mei ſigilli munimine ſtudui roborari. Acta ſunt autem hec Anno Gratie Domini M°CC° quinquageſimo tercio feliciter.

Anno Gratie Domini M.CC.LIII. — Littere donationis omnium bonorum *Theodorici militis de Uzingen* in *Merlheim. l. c. p.* 161.

Anno Domini M.CC. LIII. — Littere ſuper quibusdam bonis emptis erga *Herman-*

mannum militem de Nusdorf. l. c. p. 164.

Anno gratie Domini M. CC. quinquagesimo quarto — Littere super dimidia urna olei in *Geckelingen* ad infirmariam *Uterine Vallis. loc. cit.* p. 165.

Anno Gratie Domini M. CC. L. IIII. Littere super dimidia urna olei ad infirmariam. *loc. cit. pag.* 166.

Anno Domini M.CC.LIIII. — Littere de bonis in *Steinwilre*, *l. c.* p. 168.

Anno Domini M. CC. LV. — Littere super bonis emptis erga *Hugonem* de *Geigenheim* in *Offenbach. l. c.* p. 169.

XI.

Littere Alexandri PP. pro Uterina Valle de sepultura mortuorum preter excommunicatos & Usurarios manifestos.

Alexander *) Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui monasterii *Uterine Vallis* Cystercienfis Ordinis Spirensis Dyocesis salutem & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod justum est & honestum,

 tam

*) IV. ab an. 1254. *VIII.* Kal. jan. usque ad VIII. Kal. jun. 1261.

tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id pro ſollicitudine officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulacionibus inclinati ſepeliendi in Monaſterio veſtro illorum corpora, qui ſepeliri apud vos eligunt cum decedunt, dummodo non ſint publici uſurarii vel vinculo excommunicationis aſtricti vel alias interdicta ſit eis eccleſiaſtica ſepultura, liberam vobis concedimus auctoritate preſentium facultatem, ſalvo jure eccleſiarum parochialium, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contra ire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejns ſe noverit incurſurum. Datum *Laterani* IIII. Idus jan. Pontificatus noſtri anno ſecundo. * (1256)

XII.

XII.

Alexandri PP. littere, quod Abbas & Conventus Monaſterii Euſſerthal non teneantur dare decimas de animalibus ſociatis.

Alexander (IV.) Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui monaſterii *Vallis Uterine* Ciſtercienſis Ordinis, Spirenſis Dioceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Preſignis Ordinis veſtri religio fecunditate referta virtutum & meritorum conſpicua ſanctitate, nec non & devocionis ſinceritas, quam reverenter & ſedulo erga nos & Romanam exhibetis Eccleſiam, promeretur, ut vos Apoſtolici favoris plenitudine proſequentes, vobis aſſidue nos reddamus ad gratiam liberales. Sane ſicut lecta nobis ex parte veſtra peticio continebat, ſepe contingit, quod vos de veſtris animalibus ſocietatem cum aliis contrahentes, ea ipſis ad certam partem cuſtodienda traditis ſeu etiam nutrienda, veſtris itaque ſupplicationibus inclinati, ut de contingente vos predictorum animalium ſeu fructuum eorundem porcione non teneamini cuiquam decimas ſolvere, nec ad eas ſol-

vendas compelli possitis, auctoritate vobis presencium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contra ire, si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum *Laterani* III. Idus januar. Pontificatus nostri anno II. (1256.)

Anno Domini M. CC. LVI. Littere super bonis in *Altheim* emptis erga *Cunradum de Steinach*. l. c. p. 177.

XIII.

Littere super unam amam & dimidiam puri vini in Ettenkoben. 1256.

Judices Spirenses omnibus in perpetuum. Cum altercatio verteretur coram nobis super duobus jugeribus vinee sitis in *Vatenhoven* inter Venerabilem virum Dominum L. Abbatem & Conventum Monasterii *Uterine Vallis* Spir. dyoc. ex parte una & *Wernherum de Kannele* prespiterum nomine Capituli Spirensis ex altera, dicte partes in nos compromittentes sub certa pena super eisdem in presencia Capituli Spirensis predicti tali-

taliter pronunciamus: dictus *Wernherus*-quia in jure dictarum Vinearum possess sionem evicit & ipsas, gaudebit ipsis quiete & ipsarum possessione & omne-post ipsum suam quam nunc habet, pre bendam habituri & tam ipse quam sui in eadem prebenda successores singulis annis in autumpno in eisdem vineis vel in villa *Etencoben* amam & dimidiam puri vini mensure Spirensis solvent dictis Abbati & Conventui *Uterine Vallis* sine qualibet contradiccione. In cujus facti testimonium presens instrumentum de consensu parcium confectum sigillis Capituli Spirensis & nostro sollempniter est communitum. Actum Anno Domini M°CC°LVI°. tertio decimo Kalendas Novembris. (20. Oct.)

Anno Domini M.CC.L.VI. — Littere Compromissionis in arbitros super *Heingereide. l. c. p.* 170.

XIV.

Littere super bonis in Offenbach &c.

1256.

In nomine Domini Amen. Ego *Hermannus de Riethberc* notum facio Universis Xpi fidelibus presentibus & futuris, quod ego accedente consensu &

bona voluntate conjugis mee nomine *Criſtine de ſtralenberc* & trium ſororum mearum videlicet *jutte de Magenheim, Elizabeth de Steina, Suſanne & Rudolſi* mariti ſui ſororii mei *de Bazzendorf* & puerorum earundem ſororum mearum quedam predia in *Offenbach* & in *Altheim* Domino *Ludolfo* Abbati & Conventui *Uterine Vallis* vendidi pro ſeptingentis libris hall. in hunc modum videlicet, ut due partes dicte pecunie mihi proveniant quarum parcium loco quedam bona in *Lengenvelt* ſorori mee *Elizabeth de ſteina*, quedam autem bona in *Swebichenheim* ſorori mee *jutte de Magenheim* aſſignavi pro porcione ipſis duabus ex hac pecunia contingente, tercia vero pars pecunie cedet pro porcione ſua ſorori mee *Suſanne* & marito ſuo *R. de Bazzendorf* ſuperius memorato. Ut autem dicti Abbas & Conventus predia jam pretacta in *Offenbach* & in *Altheim* ſine quolibet gravamine meo & omnium coheredum meorum jure proprietatis inpoſterum cum omnibus ſuis attinentiis libere poſſidere valeant & quiete, pecuniam pro ipſis prediis debitam mihi tenore preſencium profiteor integre perſolutam & inter cohe-

heredes meos ſicut eſt predictum ſuperius diſtributam, atque ut omnis materia malignandi & tocius ambiguitatis ſcrupulum radicitus in hoc commercio deſtruatur, in robur perpetuum hujus facti ego & prefata conjux mea *Criſtina* tres ſepefate ſorores mee cum ſororio meo *R. de Bazzendorf* & omnes pueri earundem ſororum mearum & ut breviter dixerim, omnes coheredes mei ſinguli ſigillatim communicata manu renunciamus omni juri, quod in predictis prediis & eorum attinenciis habuimus, eorum proprietatem & plenum uſuarium Abbati & Conventui memorato perpetuo tribuentes. Nos vero, qui ſigilla propria habemus, in teſtimonium evidens futurorum contra omnes Abbatem & Conventum volentes in prediis prehabitis moleſtare, preſentem litteram ipſis noſtrorum ſigillorum munimine confirmamus, ceteris coheredibus meis ſigilla non habentibus in formam autem ſigilli mei conſencientibus. Teſtes horum ſunt frater *Hermannus* ſenior *de Rithberc*, fr. *Burkardus* Cellerarius major & fr. *Hertericus Mercator Uterine Vallis*, *Anſelmus* Clericus & frater ſuus Dominus *Waltherus* dictus *Kneh-*

 telin

telin de *Berwerſtein*, *H. Cluphel*, Dominus *Hugo miles* dictus *Havenere*, Dominus *Anthonius de Kyrwilre*, *Ulricus Cluphel*, *C.* de *ſtella*, *C.* de *Winthernheim*, *Wolfgerus* Cives Spirenſes, nobilis vir *Johannes* junior de *Frankenſtein*, C. ſacerdos de *Wilre*, *Waltherus* & *Johannes* frater ejus dicti de *Heinvelt* & alii quam plures. Acta ſunt autem hec Anno Domini M°CC°quinquageſimo ſexto.

Anno M.CC.L.VI. — Littera ſuper ſentencia data contra ruſticos. *loc. cit.* *p.* 171.

Anno Domini M.CC.L.VI. — Littere Domini *Heinrici* Spirenſis Electi ſuper confirmatione ſententie contra ruſticos. *l. c. p.* 173.

XV.

Littere donacionis Marquardi ſculteti de nova civitate ſuper omnia bona ſua in Ettenkoben. 1256.

Ego *Heinricus* dictus de *Rupretisburc* tenore preſencium univerſis cupio declarare, quod *Marquardus* Scultetus de *Nova civitate* & uxor ejus *Dolmut*, communicata manu omnia bona que habebant in *Ethingovia* contulerunt

runt beate virgini *Marie* in *Uzerstal* pro ſalute animarum ſuarum libere & racionabiliter, quod vero intelligens Dominus meus Dux, jus in eisdem bonis ſibi uſurpare intendebat, quod factum nos ſagaciori perquirentes ſollercia intelleximus veridica relacione nobilium, nichil juris in eisdem bonis Dominum meum contingere qua propter Dominum Abbatem & Conventum dicti cenobii mediantibus viris nobilibus in *Kyrwilre* auctoritate Domini mei Ducis amicabiliter miſimus cum omni jure in poſſeſſionem dictorum bonorum ſub tali nichilominus forma, ut predictos Dominos ab omni impulſione Ducis defendere & ſi, quod abſit, occaſione Domini Ducis prefatum monaſterium ſuper bonis tam pie nobis mediantibus collatis aliquod gravamen aut dampnum incurrerit, ad refuſionem dampni me promptum exhibebo. Ne autem prefatorum bonorum tam ſollempnis donacio ab aliqno vertatur in dubium aut revocetur in irritum, ſigillo noſtro cum teſtibus ſubſcriptis preſentem cedulam juſſimus ſollempniter inſigniri. Hujus rei teſtes ſunt *Waltherus Snitilin*, *Antonius de Kyrwilre*, *Billungus* ibidem, *Theo-*

Theodericus de Rode & alii quam plures. Actum Anno Domini M°CC°LVI°.

SUB ABBATE STEPHANO.

Anno Domini M.CC.L.VIII. — *Eberhardus* Episcopus Wormatiensis super duas libras hall. de bonis in *Abenheim. l. c. p.* 178.

XVI.

Alexandri PP. litteræ, ut Abbas & Conventus Monasterii Uterinæ Vallis possint possidere res seculares laicorum & clericorum ibidem professorum.

Alexander (IV) Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui monasterii *Uterine Vallis* Cysterciensis Ordinis Spirensis Dyocesis salutem & Apostolicam benedictionem. Devocionis vestre precibus inclinati presencium vobis auctoritate concedimus, ut possessiones & alia bona mobilia & immobilia, que liberas personas fratrum vestrorum mundi relicta vanitate ad vestrum monasterium convolantium & professionem facientium in eodem, jure successionis vel alio justo titulo, si remansissent in seculo, contigissent & que ipsi

ipſi potuiſſent libere aliis erogare, feodalibus rebus dumtaxat exceptis, valeatis petere, recipere ac etiam retinere. Nulli ergo omnino hominum liceat hauc paginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contra ire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, iudignationem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Anagnie* Idus Junii Pontificatus noſtri anno quinto. (1259.)

Anno Domini M.CC.LX. — Littere donationis *bonorum* in *Offenbach* & in *Steinwilre* ex parte *Hugonis militis de Haverne*. *l. c.* p. 180.

Anno Domini M.CC.LX. — Littere ſuper bonis emptis erga heredes *Groſſonis* civis Spirenſis. *loc. cit.* p. 182.

Anno Domini M. CC. LX. — Littere ſuper bonis emtis erga Conventum *ſancti Lamperti* ex parte heredum *Groſſonis*. *l. c.* p. 183.

Anno Domini M. CC. LXI. — Littere ſuper bonis in *Offenbach* & in *Altheim* reemtis erga Dominnm Abbatem Wizenburgenſem. *loc. cit. pag.* 184.

XVII.

XVII.

Urbani PP. Littere ſuper ſententia excommunicationis contra Moniales in Kanskirchen.

Urbanus (IV) Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Abbati Monaſterii de *Werniuilerio* Ciſterc. Ord. Meten. Dioc. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii Abbas & Conventus Monaſterii *Uterine Vallis* Ciſt. Ord. peticione monſtrarunt, quod licet per ſedem Apoſtolicam ſit expreſſe inhibitum, ne aliquis infra certum ſpacium ab Abbaciis dicti ordinis eorumque Grangiis religioſam vel ſecularem domum conſtruere valeat, nichilominus tamen *Bertha*, *Adelheidis* & quedam alie mulieres religioſe Spiren. Dioc. falſo dicentes, ſibi eſſe a predicta ſede indultum, ut oratorium & officinas eis neceſſarias poſſint, ubi velint, erigere, quanquam indultum hujusmodi non oſtendant, quoddam Oratorium cum Officinis hujusmodi ſub ordine ſancte *Marie Magdalene* contra ſupradictam inhibitionem infra ſpatium ipſum juxta dictum Monaſterium erigere ſuſceperunt in eorundem Abbatis & Conventus preju-

judicium & gravamen, propter quod ipſi ad ſedem Apoſtolicam recurrentes, dilecto filio Magiſtro *Dithero* Canonico Spirenſi per noſtras obtinuerunt litteras mandari, ut vocatis qui vocandi exiſterent & auditis hinc inde propoſitis, quod foret Canonicum, decernere appellatione remota curaret, faciens quod decerneret per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari, dictus autem Canonicus in mulieres ipſas. pro eo quod citate legitimè in prefixo ſibi termino peremptorio comparere coram eo contumaciter non curarunt, propter hujusmodi earum manifeſtam contumaciam exigente juſtitia excommunicacionis ſententiam promulgavit. Quare dicti Abbas & Conventus humiliter petebant à nobis, ut ſententiam ipſam robur faceremus firmitatis debitum obtinere. Ideoque diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eandem excommunicationis ſententiam, ſicut rationabiliter eſt prolata, facias auctoritate noſtra uſque ad ſatisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter obſervari. Datum apud *Urbem Veterem* XIII Kal. jan. Pontificatus noſtri anno tercio. (1263.)

Anno

Anno Domini M.CC.LX.IIII. — Littere ſuper moniales in *Kanskirchen* & ſuper tres amas vini ad cuſtodiam. *l.* c. p. 187.

Anno Domini M.CC.LX.V. — Littere, quod poſſimus habere bona nobis legata & comparata circa *hart* & *Winzingen. l. c. p.* 191.

XVIII.

Littere ſuper curiis in Spira & in Hart & XVI. jugeribus vinearum & decem amis vini ibidem. 1265.

Judices Spirenſes. Anno Domini M°CC°LXV°. in menſe Septembri. *Mechtildis* Begina quondam *Mechtildis* dicte *Sunne* Civis Spirenſis filia dum circa gregem Dominicum Abbatem videlicet & Conventum Monaſterii ſancte *Marie* in *Uterina Valle* non modicum dilectionis affectum haberet exparte ſui & ſororis ſue *Bernheidis*, cujus vices geſſit & curam, utpote non ſani intellectus, curiam cum domo in civitate Spirenſi, curias & domos in oppido *Hart* nuncupato ſitas, XVI. jugera vinearum ibidem, decem amarum vini gelturam perpetuam, nec non omnia que ipſas duas ſo-

ſorores ex hereditate paterna attingebant, prefato monaſterio libere contulit & donavit ſubjungens ut quicunque poſt ſe voluerit propinquior heres eſſe bonorum predictorum, antequam hereditatem attingat, ducentas marcas puri argenti ſolvat monaſterio antedicto, quicunque vero de porcione hereditatis ſororis *Bernheidis* anteposite de ſe nil facere valentis, intromittere ſe attemptaverit, quadraginta libras hall. Monasterio primum ſolvat, quas idem Monasterium in ſe recepit poſt obitum matris ſororum predictarum, teneatur eciam idem eidem Monaſterio in Octoginta talentis hall., quos idem monaſterium expendit in edificacione Cellarii dicte Domus ſit nichilominus ligatus ad refuſionem omnium que dictis bonis racionabiliter ſuper creſcent.

Acta ſunt preſentibus Decano *ſancti Widonis*, *Ph.* & *Rudolfo* Canonicis ibidem, Decano *ſancte Trinitatis* & aliis in teſtimonium convocatis, quorum nomina continentur in littera ſigillata. In cujus rei evidenciam has litteras noſtro ſigillo duximus muniendas. Datum anno & menſe ſupradictis.

Anno Dominice Incarnationis M.CC. LX.V. Littere ſuper tribus jurnalibus vinearum in *Haſanecken*. *l.c. p.* 192.

XIX.

Clementis PP. littere Confirmationis Advocatie in Spehtesbach.

Clemens (IV) Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ciſt. Ord. Spiren. Dioc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit racionis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Exhibita ſiquidem Nobis veſtra peticio continebat, quod cum quondam *Heinricus de Meiſterſel* Advocatiam in *Spehtesbach* à Clare memorie *Heinrico* Romanorum Imperatore teneret in feodum, idem *Heinricus* Advocatiam hujusmodi & omne jus, quod ibidem habebat in ejusdem Imperatoris manibus liberè reſignavit, ſicque dictus Imperator advocatiam ipſam & jus hujusmodi monasterio veſtro contulit, recepto propter hoc in cambium a quondam *Wilmanno*

Ab-

Abbate & Conventu veſtri monaſterii quodam allodio in *Longenvelt* tunc ad idem monaſterium pertinente pro ut in patentibus litteris inde confectis plenius dicitur contineri. Nos itaque veſtris ſupplicacionibus inclinati, quod ſuper hjis provide factum eſt, ratum & firmum habentes id auctoritate Apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre Confirmationis infringere vel ei auſu temerario contra ire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Viterbii* Idibus Maji Pontificatus noſtri anno ſecundo. (1266.)

XX.

Clementis PP. littere ſuper fundo Uterine Vallis.

Clemens (IV) Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ciſt. Ord. Spiren. Dioc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam

 vi-

vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem Officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Exhibita ſiquidem Nobis veſtra peticio continebat, quod bone memorie *Raboto*, Spirenſis Epiſcopus & quondam *Hartmannus de Lobedenburc* & *Otdo de Alreheim* Comites fratres ipſius Epiſcopi *Uterinam Vallem* in qua veſtrum monaſterium eſt conſtructum & quedam alia jura ad ipſos communiter hereditario jure ſpectancia pro ſuarum & parentum ſuorum remedio animarum quondam *O.* Abbati ejusdem monaſterii ejusque fratribus ac per ipſos preſato monaſterio in perpetuum liberalitate pia ac provida contulerunt, pro ut in patentibus litteris inde confectis plenius dicitur contineri. Nos itaque veſtris ſupplicacionibus inclinati, quod ab eisdem Epiſcopo & fratribus ſuper hoc pie ac provide factum eſt, ratum & firmum habentes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contra ire, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignatio-

tionem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Viterbii* Idibus Maji Pontificatus noſtri Anno ſecundo. (1266.)

XXI.

Clementis PP. littere Confirmacionis ſuper Compoſicione inter Monaſterium Uterine Vallis & Ruſticos; qui dicuntur Heingereide.

Clemens (IV) Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Decano Spirenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exhibita Nobis dilectorum filiorum Abbatis & conventus Monaſterii *Uterine Vallis* Ciſterc. ordinis peticio continebat, quod cum inter ipſos ex parte una & Ruſticos de *Gotramſtein* & *Nosdorf* eorumque complices, qui heingereide volgariter appellantur Spirenſis Dioeceſis ſuper uſuagio ſilve, quod volgariter dicitur Almeinde ex altera fuiſſet orta materia queſtionis, fuit tandem in *Antonium de Kirwilre*, *Waltherum de Keſtenberg* & *Heinricum de Otterbach* eorumque collegas milites ſuper hoc a partibus juramento hinc inde preſtito

concorditer compromissum, qui equum tulerunt arbitrium inter partes, prout in patentibus litteris confectis exinde plenius dicitur contineri. Nos itaque dictorum Abbatis & Conventus supplicacionibus inclinati, discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus si est ita, arbitrium ipsum, sicut est equum & a partibus acceptatum, facias per censuram ecclesiasticam, appellacione remota, firmiter observari. Datum *Viterbii* Idibus Maji Pontificatus nostri Anno secundo. (an.1266.)

Anno Domini M.CC.LX. septimo — Littere renunciationis *Marquardi* de *nova Civitate* super bonis in *Ettenkoben*. *l. c. p.* 193.

Anno Domini M.CC.LXVII. — Littere super viginti maldris Siliginis in *Munerdevelt*. *l. c. p.* 194.

XXII.

Littera donacionis bonorum ex parte Domine Methildis dicte Sunen & sororis sue. 1267.

Judices Spirenses Universis Xpti fidelibus presentes litteras inspecturis salutem & credere subnotatis. Cito labitur

tur hominum tractatus nisi litteris & sigillis fuerit roboratus, qua propter ad Universorum noticiam cupimus pervenire, quod *Methildis* Begina Spirensis filia quondam *Methildis* dicte *Sunin* coram nobis protestatione publica recognovit, se & sororem suam *Bernheidim* multa bona à Venerabili patre *Stephano* Abbate *Uterine Vallis* & Conventu ibidem pluries recepisse, ex eo quod dicta *Methildis* mater earum cum adhuc viveret, ipsas duas cum omnibus bonis suis eidem Abbati tanquam vero tutori commendaverat bonis omnibus in ipsius manibus resignatis, & hoc ideo quod predicta *Bernheidis* nullum ad aliquid boni habuit intellectum, quod factum matris ipsa filia tenuit semper ratum, a sui tutoris scilicet Abbatis jussu & Consilio non recedens. Item recognovit se & sororem teneri prefato Abbati & Conventui in centum talentis hall. minus quinque libris, quod inquam debitum ex parte matris earum contractum pariter asserebat, & nec ipse Abbas & Conventus idem debitum in se recepissent, compulse fuissent eedem sorores vendidisse aut domum quam possidebant, aut dimidias vineas, quas ha-

bebant, quod de mobilibus ſuis nec ſolvere, nec vita vivere ſine tutoris auxilio potuerunt. Item recognovit ſe & ſororem teneri prefatis Abbati & Conventui in octoginta talentis hall: vel amplius, que ad reparandam domum & faciendum de novo Cellarium acceſſerunt. Hac igitur recognitione facta & matris ordinacione innovata, iterum donavit eadem bona videlicet curiam cum domo in qua ſedebant, duas curias cum edificiis ſuppoſitis in *Hart*, ſedecim jugera vinearum ibidem, decem & dimidiam amas gelture vini & omnia mobilia & immobilia que habebant vel videbantur habere in civitate Spirenſi aut extra civitatem ubicunque Abbati & Conventui prenotatis, ita quod ſorores ejusdem *Bernheidis* curam perpetuam gererent & ſibimet ſecunde vel mettercie in neceſſariis omnibus, quamdiu viveret, providerent; adjungens, quod quicunque heredum ipſarum hec violare vel de bonis id eſt de parte *Bernheidis* ſe intromittere preſumpſerit & ſuam imo matris earum ordinacionem infringere attemptaverit, centum talenta minus quinque libris prioris debiti Abbati & Conventui ſolvat primo, deinde

inde octoginta libras ad Cellarium computatas ſolvat eis. Teneatur nichilominus ipſis in pena ducentarum marcarum puri argenti ſolvendarum, antequam preſate ſororis hereditatem attingat, Hereditate memorate *Methildis* Abbati & Conventui ſemper ſalva. Acta ſunt hec preſentibus *Th.* Cellerario, *H.* Cuſtode, *Jo. de Heilgenſtein*, fratre *Ber. H. Wiſmanno* fratribus ſeu monachis *H.* rectore de *ſancto Georio. Al. Sidenſwanz*, *Erphone* ſcolare & aliis honeſtis in preſcripte rei teſtimonium convocatis. In cujus rei cautelam preſens ſcriptum noſtro ſigillo duximus roborandum. Datum anno Domini M°CC°LX°VII°. In Craſtino beati *Andree* Apoſtoli. (1. Dec.)

Anno Dominice Incarnationis M. CC. LXVIII. — Littere abſolutionis a Theloneo & a jure quod dicitur Ungeld & a cenſu aree & ab omni jure civili in *Landowe*. *l.* c. p. 195.

XXIII.

Littere super Brotstadel & vinea in Wizenburg. 1268.

Judices Spirenses. Anno Domini M°CC°LXVIII° 7. Dec. in octava beati *Andree* comparentibus coram nobis Religiosis viris Abbate, Priore & Cellerario *Uterine Vallis* hora Vespertina *Heinricus de Wizenburg* comparuit, à quo Sacramentum calumpnie petitum fuit super eo, quod directe responderat alia vice coram nobis peticioni predictorum virorum petencium restitucionem possessionem domus loci que volgariter dicitur *Brotstadel*, vinee & rerum aliarum, que dictus List possederat nomine monasterii *Uterine Vallis*, quibus asserebant se à dicto *H.* esse spoliatos, sed idem nunc prestitum non fuit a dicto *H.* licet altera pars ad hoc parata fuisset, unde nos eandem diem usque ad horam primam crastine diei continuavimus, in qua hora presidentes prefati Abbas & sui monachi comparentes & nobiscum adversarium sacramentum calumpnie prestaturum expectantes diu ultra horam prefixam petiverunt sibi justitiam exhiberi super eo quod non com-

comparuit & ſacramentum calumpnie preſtare recuſavit, unde nos conſiderata pena juramentum prehabitum preſtare nolentes, videlicet, quod actor cadat ab actione inſtituta per ſententiam judicantis, reus autem pro confeſſo habeatur & condempnetur in hiis capitulis, que in narracione ſunt comprehenſa, domum, locum, qui dicitur *Brotſtadel* & vineam cum aliis rebus predictis Abbati & Conventui *Uterine Vallis* per ſentenciam adjudicavimus diffinitam, eidem *H.* ſuper predictis perpetuum ſilencium imponentes, contradictores nichilominus & rebelles excommunicacionis ſentencia irretientes. Actum in Clauſtro Spirenſi, Sabbato poſt *Nycholai* (8. Dec.) Anno Domini predicto.

Anno Domini M. CC. LX. octavo Littere ſuper deciſione litis inter nos & *Heinricum* clericum paſtorem Eccleſie in *Tan. loc. cit. pag.* 197.

Anno Domini M. CC. LX. octavo — Littere ſuper vineis in *Berczabern. l. c. p.* 198.

Anuo Domini M.CC.LXVIII. — Littere ſuper vineis modò ſatis. *l. c. p.* 198.

Anno Domini M.CC.LXVIII. — Littere ſuper duobus urceis vini & una urna olei. *loc. cit.* p. 199.

XXIV

XXIV.

Littere ſuper donatione omnium bonorum Domine Methildis Uterine Valli facta. 1269.

Judices Spirenſes omnibus in perpetuum. Eis que ad animarum ſalutem proficiunt, de facili adhibetur favor benivolus & conſenſus & expedit ea ut ſedulo vigeant & inconvulſa permaneant teſtium & ſcripture munimine ſolidari. Unde ſciant preſentes & poſteri, quod *Methildis* relicta *Cunradi* dicti *Howenſtein* una cum nato ſuo *Heinrico* ſcolare habente annos diſcretionis preſente *Walthero de Lingenvelt* dicti ſcolaris avunculo & ſuo infra annos tutore conſtituto & cum eis conſentiente omnia bona ſua tam in Curiis, areis, agris, vineis, cenſibus, penſionibus denariorum ac vini & aliarum rerum quocunque nomine cenſeantur, quam rerum mobilium ad eos in civitate Spirenſi, *Kungesbach*, *Gumeltingen*, *Winzingen* & in *Hart* atque *Ottersheim* ad ipſos ſpectancia libere & pure pro ſalute animarum ſuarum titulo donationis inter vivos Viro religioſo Domino *Stephano* Abbati *Uterine Vallis* nomine Monaſterii

nasterii sui & Conventus ibidem dederunt in nostra presencia & resignaverunt eadem omni juri & possessioni quam hactenus in ipsis habebant renunciando, ita quod idem Abbas suusque Conventus & eorum successores quieta eorundem bonorum gaudeant possessione & de ipsis ordinent, prout ipsis videbitur expedire. Nos igitur ad preces dicti Domini Abbatis & partis alterius ut predicta donacio cunctis presentes litteras visuris pateat & robur obtineat, hanc cartam super hoc confectam sigillo nostro munitam cum testium nominibus, qui inter erant Monasterio *Uterine Vallis* predicto conferimus conservandam. Testes *Ditherus* Cellerarius & Magister *H. de Nicastel* prebendarius Majoris. *Swicgerus* dictus *Romanus*. *Bernhohus*, *Cunradus* dictus *Phephelinus* & *Stephanus sancti Germani* ecclesiarum Spirensium Canonici. *Ulricus Cluphel* & *Heinricus de Wormatia* Cives Spirenses & alii quam plures fide digni. Acta sunt hec in Claustro Spirensis Ecclesie Anno Domini M°CC°LX°IX° in die *Petronille* virginis. (31. Maji.)

Anno Domini M.CC.LXIX. — Littere absolucionis Decime Novalium in *Wandesheim*. *l. c. p.* 203.

An-

Anno Domini M.CC.LX.IX. — Littera Domini *Heinrici* Epiſcopi Spirenſis ſuper donatione Domine *Methildis* bonorum in *Kungesbach*. l. c. p. 201.

Anno Domini M.CC.LXIX. — Littere donationis bonorum in *Heiligenſtein* ex parte *Berthradis* & *H.* filii ſui. *l.* c. p. 202.

XXV.

Littere ſuper libertate bonorum in Mulnhuſen. 1270.

Nos *Fridericus Comes de Liningen* omnibus preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem & credere ſubnotatis. Quia in inſtrumentis Venerabilium Dominorum noſtrorum *C.* quondam Spirenſis Epiſcopi ac *H.* ejusdem Eccleſie nunc exiſtentis Epiſcopi nobis exhibitis plene didicimus, bona in villa *Mulnhuſen* ſita, cujus ville Advocacia ad nos pertinere dinoſcitur, que quondam fuerunt *Zeiszolfi* civis Spirenſis & que nunc ſui heredes poſſident, debere eſſe jure libera ob omni exactione vel peticione, ipſa ſicut debemus ab omni exactione vel peticione libera dicimus & ſoluta, volentes & noſtris officiatis, qui pro tempore

pore fuerint, ſub obtentu noſtre Gratie firmiter injungentes, ut predictos heredes & eorum ſucceſſores in eisdem bonis ullatenus inquietent.

Datum Anno Domini M°CC°LXX°. In die beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*. (29. Junii.)

Anno Domini M. CC. LXX. — Littere, ut bona noſtra in *Mulhuſen* ſint libera & abſoluta ab omni exactione. *l. c. p.* 205.

XXVI.

Littere ſuper IIII. maldris Siliginis.
1271.

Magiſter *Cunradus* prebendarius Spirenſis, Officialis Domini Prepoſiti ibidem preſencium inſpectoribus credere ſcriptis iſtis, *Marquardus* Advocatus de *Burnheim* & uxor ejus vendiderunt *Cunrado Kadoldo* civi Spirenſi & *Agneti* filie ſue converſe IIII. modios ſiliginis annuos in Nativitate beate *Marie* ſolvendos de bonis ſuppoſitis pro XV. libris hall. ſibi & ſuis heredibus vel ſucceſſoribus ante domum, quam voluerint, Spire ſine periculo, jure hereditario perpetuo preſentandos, & ſi termino ſtatuto non ſolverint, bona eadem ad

eos

eos vel eorum heredes ſeu ſucceſſores ſine lite qualibet declinabunt, que inquam bona unus poſt unum heres heredem, ut bona indiviſa maneant, poſſidebit, videlicet unum & dimidium jugera in der *Cylen*. It. unum & dimidium in *Queicheimer wege*, It. V. quartalia *Oſterlant*. It. IX quartalia *anewender* que pertingunt in *Bruchwiſer wec*. It. unum & dimidium, que pertingunt *Oſterwiſen*. Item unum in inferiori parte *Blettingesbomes*. It. unum ſuper *Oberholn*, It. unum juxta agros Dominorum *ſancti Germani*, hec ſolent ſeminari. Item jugerum prati in *Weſterwiſen* pro Underphant publice obligata. Et quia hec apud ſe in predicta villa coram judice & ruſticis tractaverant, à Nobis petiverunt etiam confirmari. Hujus rei teſtes ſunt *Wolfgerus* rector Capelle ſancti *Jacobi*, *Bermannus*, *H.* cerdo, *Fritzo* pellifex, *H. windode* & alii boni viri tam clerici quam laici in preſcripte rei teſtimonium convocati, Unde nos preſentes litteras duximus ſigillandas. Actum Anno Domini M° CC°LXX°I°. in vigilia *Agathe*. (4.Febr).

XXVII.

XXVII.

Littere ſuper dimidia carrata vini & duobus quartalibus in Ettenkoben.

1271.

Nos *Sigelo* & *Ulricus* milites & frater noſter *Jacobus de Meiſterſel* notum facimus univerſis tam preſentibus quam futuris preſentem litteram inſpecturis, quod *Wolframus* & frater ſuus *Sigelo de Haſelach* vendiderunt Conventui monialium *pontis ſalutis* tale feodum videlicet: dimidie carrate vini & duorum quartalium, quo dicti fratres a nobis infeodati fuerant in *Ettenkoben* pro XIX. libris hallenſium ſub nomine proprietatis libere & abſolute à dictis conventibus de *Uterina Valle* & *ponte ſalutis* in perpetuum poſſidendum, accedente conſenſu noſtro unanimi & voluntate. Prenominati vero fratres *de Haſelach* in recompenſam & in reſtaurum dicti feodi nobis duo jugera agrorum ſitorum in *Haſelach* legaverunt, quorum videlicet alterum dimidium ſitum eſt juxta *Leingruben* & aliud dimidium non longe diſtat ab eodem loco, & tendit ultra viam *Didensheimerorum*. Testes vero qui hujusmodi vendicioni pre-

ſentes aderant ſunt ſubſcripti videlicet *Theodericus* Cellerarius, *Bruningus* Grangiarius monachi *Uterine Vallis*, *Helwicus* junior converſus *pontis ſalutis*, *Eberhardus* & *H.* dictus *ſchit milites de Altdorf* & alii quam plures. In hujus rei teſtimonium & munimen preſentem litteram prelibatis Conventibus *Uterine Vallis* & *pontis ſalutis*, ſolo ſigillo noſtro, quo communiter utimur porreximus roboratam. Acta ſunt hec Anno Domini M°CC°LXX°. primo.

XXVIII.

Littere reſignationis omnium bonorum Waltheri, que ſibi ex hereditate provenerunt. 1272.

Judices Spirenſes. Cum eſſet in noſtra preſencia *Waltherus* juvenis filius quondam *Dymari militis de Schiverſtat* propoſuit coram nobis, quod hereditatem, que ſibi obvenerat ex ſucceſſione paterna & materna, Omnipotenti Deo & beate *Marie* virgini matri ſue Monaſterio & Conventui in *Uzerstal* pro remedio anime ſue decrevit offerre, cujus rei gratia proteſtatus eſt coram nobis, quod omnia bona mobilia & immo-

mobilia que ad ipſum devoluta fueraut ex hereditaria ſucceſſione tam paterna quam materna titulo donacionis inter vivos transtulit & donavit in honorem beate virginis Domino Abbati & Conventui *Uterine Vallis.* Et ut hec donacio robur evidencius firmitatis obtineat de conſenſu Domini *Theodorici*, qui tunc preſens erat, patrui ejusdem, qui auctoritate Domini Abbatis *Uterine Vallis* & permiſſione ipſius tutelam geſſit, ejusdem Waltheri ſtabilivit & confirmavit donacionem factam per memoratum *Waltherum.* In cujus rei evidenciam preſentem litteram ad peticionem ipſius *Waltheri* dedimus predicto Conventui *Uterine Vallis* ſigillo noſtro munitam. Acta ſunt hec Anno Domini M°CC°LXXII°. feria ſexta proxima ante feſtum *Urbani* (20. Maji.) in clauſtro Spirenſi preſentibus viris honeſtis Domino *H. poſt monaſterium*, Domino *H. de Nycaſtel* & Magiſtro *H. Cymino* & *Wernhero de Caule* prebendariis Eccleſie Spirenſis *C.* plebano de ſancto *Marco*, *Bernhardo* Archipresbytero *C. de ſtella*, *Rodenburngero* & filio ſuo *Urtlibo* civibus Spirenſibus & aliis bonis viris.

 XXIX.

XXIX.

Littere ſuper quinque uncias Spirenſes de IIII. jugeribus extra muros Spirenſes. Ad pytanciam. 1272.

Judices Spirenſes conſtare volumus Univerſis ad quos preſentes littere pervenerint, quod *Diethericus* Cellerarius major, *H. Kaufmannus* monachi monaſterii in *Uzerstal* Cyſt. Ord. miſſi a Domino *Stephano* Abbate totoque Conventu predicti monaſterii coram Nobis conſtituti *Cunrado* dicto *Hergesheimer* quatuor jugera campeſtria ſita retro *vallem Spirenſem* jugeribus *Stelle* civis Spirenſis contigua pro quinque Unciis Spirenſibus annuis feſto *Martini* dicto monaſterio perſolvendis conceſſerunt & publice reſignarunt jure hereditario perpetuo poſſidenda, hoc adjecto, quodidem *Cunradus* ſuique heredes de eisdem quatuor jugeribus dabunt & perſolvent cenſum, quem eadem bona dare tenentur, ſcilicet in Nativitate beate virginis ſingulis annis duas uncias Spirenſes Eccleſie *ſancte Trinitatis* Spirenſi & eodem termino Conventui ſancti Sepulchri extra muros Spirenſes ſimiliter duas uncias Spirenſes dabunt & perſol-

ſolvent, que inquam quatuor jugera prefatus *Conradus* à predictis *D.* Cellerario & *H. Kaufmanno* nomine Abbatis & Conventus in *Uſzertal* coram nobis recepit ſub modo & forma prenotatis. Ad majorem eciam Cautelam faciendam Monaſterio predicto de cenſu ſuo prenotato Idem *Cuonradus* ei dedit & conſtituit in Underphant curiam ſuam quam inhabitat, cum ſuis attinenciis ſitam inter novam & veterem portam, quem tollet monaſterium, ſi ipſe *Cunradus* vel ejus heredes feſto *Martini*, ut dictum eſt, non ſolverint cenſum ſuum. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras partibus ſigillo noſtro dedimus communitas. Actum & Datum Anno Domini M°CC° LXX°ſecundo, in Craſtino Exaltationis ſancte Crucis. (15. Sept.)

Anno Domini M.CC.LXXII. — Littere abſolucionis cenſus ducentorum LX. caſeorum, quos ſingulis annis dabamus de agro quodam in *Emtersheim*. *l.* c. p. 186.

SUB ANSELMO ABBATE.

XXX.

Littera ſuper tribus maldris Siliginis in Rinzabern. 1272.

Judices Spirenſes. Conſtituti coram nobis duo villani de *Zabern*, unus qui dicitur cognomine *fritdac* & alter *Bertoldus* nomine confeſſi ſunt, ſe teneri ad perpetuam penſionem trium modiorum ſiliginis magiſtro *H. de Nicaſtel* prebendario Spirenſi, unus ex illis, ſcilicet *fritdac* duo maldra, alter vero ſcilicet *B.* unum, que ſibi & *Heinrico* ſcolari ſuo ac matri ejusdem *Gertrudi* poſt mortem ſuam deputavit titulo donacionis cauſa mortis, vel ſi ipſum ad religionem transire contigerit, ita quod ſingulis annis in Nativitate beate Virginis in villa *Zabern* uterque penſionem ſuam preſentabit cum juſta menſura & approbata ejusdem loci & annonam bene purgatam ipſi Magiſtro *H.* vel ejus certo nuncio, quem ad hoc duxerit deputandum in eccleſia *Zabern* cum cenſu de bonis debito. Si vero ipſum cedere vel decedere contigerit, eodem jure ſolucionis obligati erunt predicto *H.* ſcolari & matri ejusdem *G.* memorate, ſi vero in dicto termino Nativitatis

tis ſolvere non potuerint, inducias habebunt dicti villani uſque ad feſtum beati *Michaelis* proximo ſubſequens, in quo feſto ſi forſan ipſo die vel ante ſolvere neglexerint, ex tunc bona aſſignata eidem Magiſtro *H.* & predictis perſonis cedent libera & ſoluta diſponenda de cetero per ipſum Magiſtrum *H.* ſeu perſonas per ipſum ſubſtitutas pro ſuæ libito voluntatis. Ad majorem hujus penſionis ſolvende certitudinem Villanus, qui dicitur *fritdac* in Underphant aſſignavit Magiſtro *H.* & prefatis perſonis unum juger vinee quod ſitum eſt *vor dem berge an den bersvelle.* It. unum jugerum an der *heide.* It. quartale an der *veltwiſen* cum curia quam in habitat cum omni jure ad ipſam pertinente, ita tamen quod eo decedente dicta jugera et Curia apud duos heredes ipſius tantum perpetuo permaneant ſic, quod uterque modium unum ſolvat. *Bertoldus* vero ei et prefatis perſonis aſſignavit duo jugera vinearum de novo plantata ſita in loco *Nonnimberger* et pomerium juxta dotem eccleſie ſitum ſub modo et forma prenotatis. In cujus rei teſtimonium preſentem litteram ſigillo judiciali prefatis Magiſtro *H.* et perſo-

nis per eum ſubſtitutis damus communitam. Actum et Datum Anno Domini M° CC° LXX° Craſtino *Innocentum.* (29. Dec.)

XXXI.

Littere ſuper quatuor libras hall. de curia dicta zu dem Meiſen. Ad pytanciam. 1273.

Judices, Conſules et univerſi Cives Spirenſes preſencium inſpectoribus credere ſubnotatis. *Cunradus Meiſo* noſter concivis emit cnriam quamdam *Friderici Temis* in foro frumenti pro ſuis heredibus pro centum et decem libris hallenſ. et pro quatuor libris hallenſ. annuis ſolvendis Domino *Wolfgero de ſancto Jacobo*, duabus videlicet in Nativitate beate *Marie* et duabus in feſto beati *Geory* jure hereditario ſecundum conſuetudinem Civitatis et Domino *Wolfgero* decedente hee quatuor libre hall. ad Dominum *Fridericum* dicti *F.* filium *Temis* eodem jure declinabunt, *Cunrado* tamen *Meiſone* hoc ſalvo, vel ſuis heredibus, ut quandocunque venerit cum XVIII. libris hall. promptis ante terminos predictos redimendi, unam lib-

libram annuam liberam ſine contradiccione habeat facultatem, et ſic, ſi voluerit, redimat totum cenſum, Acta ſunt hec preſentibus *H.* advocato. *F. Tbiſcho* Civium Magiſtris, *G. Scheffeln*, *El. nigro*, *M. Lambesbuch*, *S. pullo*, *Bermanno*, *S. de Columba*, *Alberto* advocato, *El. de Elephante*, Conſulibus; *Dietmaro*, et *Bernhoho*, fratribus et aliis concivibus noſtris per *Syfridum* Camerarium in teſtimonium hujusmodi convocatis, unde nos ad preces parcium ſigillo noſtre Civitatis roboravimus preſens ſcriptum. Datum et Actum Anno Domini M°CC°LXX° tercio, In Annunciacione beate Virginis. (25. Martij.)

Anno Domini M. CC. ſeptuageſimo tertio — Littere reemtionis decem ſolidorum hall. erga conventum *ſancti Lamperti*. *l. c. p.* 206.

XXXII.

Littere ſuper IIII. maldris. vid. 1271. *an.* 1273.

Judices Spirenſes tenore preſencium profitemur et conſtare volumus univerſis, quod cum *Cunradus* dictus *Kadolt* quondam civis Spirenſis nunc defunctus

tus Conventui Monasterii *Uterine Vallis* sive in *Uzerstal* donacione inter vivos quinque jugera vinearum sita in *Didensheim* et quatuor modios siliginis annue pensionis solvendos perpetuo per *Marquardum* Advocatum in *Burnheim* ac heredes ejusdem in remedium anime sue pure et simpliciter contulerit et publice resignarit post obitum ipsius *Cunradi* due filie ejusdem *Agnes* Conversa et *Werndrudis* et *Cunradus Windode* maritus ejus una cum *Sigulone de Columba* tutore seu manu fideli dictarum filiarum a dicto quondam *C.* constituto in nostra presencia constituti predictam donacionem factam ab ipso *C.* nunc defuncto se ratam et gratam habere confitentes, dicto monasterio predicta bona scilicet vineas et pensionem publice resignarunt coram nobis, renunciantes insuper pro se et suis heredibus omni juri, actioni seu inpeticioni, que eis occasione hereditatis seu tuicionis in dictis bonis competere posset precise coram nobis. Ne autem inposterum prefatus Conventus in ipsis bonis à quoquam valeat molestari, et quod predicta omnia et singula perpetuo in suo robore maneant valitura, presentes litteras ad preces

par-

parcium noſtro ſigillo fideliter duximus roborandas. Teſtes ſunt *Benzo de Columba*, *Ul.* et *Waltherus* Clerici, *H. mercator*, *Al.* de domo Spirenſi et *Bertextor* monachi ſeu converſi dicti Clauſtri et *H.* filius *Anzonis* ſenior Carnifex et plures alii. Acta ſunt hec Spire Anno Domini M°CC°LXXIII°. Sabbato infra Octavas Pentecoſtes. (30. Maji.)

SUB JOANNE ABBATE.

XXXIII.

Littere ſuper unam Urnam olei ad Infirmariam monachorum. 1274.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam poſteris, quod accedente et approbante conſenſu Reverendi patris Domini *Johannis* Abbatis et tocius conventus *Uterine Vallis* ex parte fr. *B.* infirmarii monachorum dicte domus talis contractus initus eſt cum Venerabili matrona dicta *Methilde* relicta quondam *Wilhelmi*, quod bona que habuit in *Gotrameſtein* videlicet Domum lapideam cum pomerio ſibi adjacente et unum jugerum vinee ſitum in loco qui volgariter dicitur *Bleke* vendidit eidem Infirmario nomine dicte Abbatie pro quatuor

tuor libris et dimidia hall. tali pacto, predicta mulier memorata bona titulo ypotece quod vulgo dicitur Underphant, debeat habere usu fructuario ad tempus vite sue pro una urna olei annuatim in festo sancti *Martini* hiemalis ad infirmitorium dicti Claustri infirmario presentanda, salvo tamen priori censu de area prenominatorum bonorum, quem dare debet omnibus annis predicta Matrona loco et tempore constituto. Sic igitur cautum est sepedicto Infirmario aut alteri loco ejus subrogato, quod quandocunque prelibata Matrona in festo *Martini* non dederit oleum memoratum, sicut est pretactum, continuo potest ipse Infirmarius omnia bona premissa in suam redigere potestatem, idem fiat post obitum matrone sepius memorate. Huic contractui interfuerunt *Landoldus* plebanus in *Gotramestein*, *Wolwer* et *C. de Altdorf* milites, *Bert.* frater *Hermanni de Sibeltingen*, *H. Cleinemez*, *Wernherus* institor de *Wolmesheim*, *Cunradus de Albrehtswilre* et alii quam plures fide digni. Ut autem hec rata et inconvulsa omni tempore perseverent, de consensu utriusque partis Sigillum Domini Metensis presentibus est

ap-

appenſum. Actum Anno gratie M°CC° LXX°IIII. Menſe Aprili.

Anno Domini M.CC. LXXIIII. — Littere Domini *Rudolfi* Regis Romanorum ſuper *Heingereide*. *l. c. p.* 206.

Anno Domini M.CC.LXX. quarto. — Littere ſuper abſolucione minute decime per cenſus quatuor unciarum hall. in *Wandesheim*. *l. c. p.* 208.

Anno Domini M.CC.LXX. quarto. — Littere ſuper quatuordecim talentis olei ad infirmariam monachorum *Uterine Vallis*. *l. c. p.* 209.

XXXIV.

Gregorii PP. littere ſuper Leuben & Herboltesberge ad Monaſterium Uterine Vallis.

Gregorius (X.) Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ciſterc. Ord. Spirenſ. Dioc. ſalutem et Apoſtolicam benedictionem. Cum à Nobis petitur, quod eſt juſtum et honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii

filii vestris justis postulacionibus grato concurrentes assensu, personas vestras et Monasterium *Uterine Vallis*, in quo divino vacatis obsequio cum omnibus bonis que in presenciarum rationabiliter possident aut in futurum justis modis prestante Domino poterit adipisci, sub beati *Petri* et nostra protectione suscipimus; specialiter autem Grangiam de *Loyben* cum redditibus frumenti, feni et aliarum rerum ac aliis pertinentiis suis, pascua de *Vischbach*, quatuor mansos terre in *Herboltesberge*, terras quoque possessiones et alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis vobis et per vos eidem monasterio auctoritate Apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contra ire, si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum *Petri* et *Pauli* Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum *Anagnie* II Idus octobris Pontificatus nostri anno tercio decimo. (1274).

XXXV.

XXXV.

Donatio omnium bonorum in Schiverſtat à Walthero & parentibus ſuis Uterine Valli facta. 1274.

Judices Spirenſes tenore preſencium proteſtamur publice et conſtare volumus univerſis, quod *Theodericus* cellerarius *Uterine Vallis* Curator *Waltheri* filii quondam *Ditmari militis de Sciverſtat* conſtitutus coram Nobis in figura judicii una cum *Walthero* predicto, univerſa bona, que ipſum *Waltherum* ex obitu patris ac matris ſue contingunt et alias undecunque ſcilicet propria et hereditaria jugera Campeſtria, prata, curtes, areas, ſilvas et cenſus, quorum ſitus eſt in *Schiverſtat*, Item vineas in *Wachenheim*, quorum bonorum curam idem *Theodericus* geſſit, eidem *Walthero*, qui ſedecim annos etatis habuit, coram Nobis in manus ſuas liberė reſignavit, qua reſignatione facta idem *Waltherus* deliberato animo et bona voluntate univerſa bona predicta et ſingula Abbati et Conventui *Uterine Vallis* in remedium anime ſue et ſuorum contulit libere et preciſe Domino *Johanni* Abbati, *H.* priori, *Th.* Cellerario, *H. merca-*

catori ibidem ea pro toto conventu presentibus libere resignando, ita tamen, quod iidem Abbas et Conventus in domo Abbatis ipsum *Waltherum*, quam diu voluerit stare permittet, et ei prebenda, que uni monacho dari consuevit, dabunt. Item quinque ulnas grisei panni annuatim et caligas et calcios quibus eget et nichilominus ei viginti modios siliginis sine suis expensis et laboribus ante domum, quam voluerit in Nativitate beate Virginis Spiram presentabunt, cum quibus faciet, quod sibi viderit expedire. Si vero in Claustro stare noluerit, triginta modios siliginis ipsi *Walthero Spiram* ad dies vite sue sub forma predicta ipsi Abbas et Conventus presentabunt. Adjectum fuit etiam quod ipsi *Walthero* hanc donacionem non liceat revocare et quod de bonis predictis nullatenus se deinceps intromittere poterit neque debet. Hujus rei testes sunt *Hugo Spisarius* Canonicus sancti *Widonis Eudungus* Officialis Domini Prepositi Spirensis, *Heinricus* plebanus sancte crucis, *Ludolfus*, *H.* ac Magister *Bruningus* Causidici, *H.* Archipresbyter, *Johannes* tabellio, *H.* Scultetus Spirensis et *Sigulo pullus* et alii Clerici et

Lai-

Laici fide digni. Ut autem predicta omnia & singula in suo robore perseverent perpetuo valitura, ad preces & consensum partium hinc inde sub testimonio testium prescriptorum Sigillum nostrum huic instrumento publico duximus appendendum. Acta sunt hec coram Nobis in Claustro spirensi presentibus Domino Abbate, monachis & *Walthero* ac testibus predictis Anno Domini M°CC°LXX°IIII°. post *Severini* Episcopi feria quarta. (28. Oct.)

Anno Domini M.CC.LXXIII. — Littere super IIII. Solidos hall. ad Hospitale *Uterine Vallis*. *l. c.* p. 210.

XXXVI.

Collatio bonorum Domine Gute de Wilenstein. 1274.

Nos *Wernherus* miseratione Divina Abbas in *Franckendal* tenore presencium notum facimus Universis, quod venerabilis Pater Dominus *Johannes* Abbas totusque conventus *Uterine Vallis* bona sua sita in *Bintersheim* videlicet curiam & XXIIII. jugera agri arabilis, que honorabilis matrona *Guta* relicta Domini *Joannis* de *Wilenstein* post

obitum ejusdem mariti justo emptionis titulo acquisita ipsis in puram elemosinam contulit, Concesserunt *Cunrado* dicto *de Munnesheim* ejusque successoribus jure hereditario possidenda, ita tamen quod semper senior heredum singulariter succedat in eisdem bonis pro viginti maldris siliginis et uno maldro tritici ipsis in Civitatem Wormaciensem seu ad quemcunque locum infra unum miliare voluerint in Nativitate beate *Marie* sine dampno ipsorum & expensis annis singulis presentandis. Preterea edificia dicte curie in eadem firmitate & valore quo eis assignata sunt, studeant conservare. Hijs nichilominus adjectum, quodsi dictus *C.* vel heredes sui circa culturam predictorum bonorum desides et remissi fuerint comprobati seu prehabitam Census pensionem die non solverint memorato, prelibati Abbas & Conventus de proventibus fructuum dictorum bonorum presentis tunc anni IIII^or libras deneriorum Wormatiensium & ad hoc Censum predictum recipient contradicta qualibet non obstante. Insuper bona concessa sepe fato C. in suam possunt redigere potestatem. Hec omnia ob reverenciam Venerabilium virorum

rum Domini *Johannis* Abbatis & Conventus *Uterine Vallis* ſigilli noſtri munimine duximus confirmanda. Actum anno Domini M°CC°LXX quarto.

XXXVII.

Littere ſuper vineas in Bubenwilre.
1275.

Judices Spirenſes preſencium inſpectoribus credere ſubnotatis. Tenore preſencium ad noticiam univerſorum volumus pervenire, quod *Hugo miles de Bellenheim* dictus *Havener* Zelo pietetis attactus bona ſua ſubſcripta, que ipſe multis retroactis temporibus pacifice tenuit & poſſedit Abbati & Conventui *Uterine Vallis* contulit propter Deum videlicet vineas ſuas in *Altenvorſt* & in *Bubenwilre* hijs terminis diſtinctas in *Altenvorſt* apud pratum II. jugera, It in *Mulenbuhel* unum juger & dimidium. It. in *Altenvorſt ame Geren* duo jugera & dimidium It. *Schelehornes Gehe* unum jugerum It. *Schelehornes* jugerum longum. It. *Schelhornes* dimidium jugerum in planicie apud tugurium. It. *Kriges morgen* apud tugurium It. *Schelehornes* jugerum in Valle. It. unum

 &

& dimidium jugerum zu *ebben eirde*. It. *antiqui lupi* unum & dimidium jugerum. It. unum & dimidium jugerum *Hermanni de prato* verſus montem. It. *Nardenbert* unum & dimidium jugerum, qui dabit Nobis quartam partem proventuum. It. *Schelehornes* duo jugera *an der phlecgen* oben an *Scepten eirden*. It. retro *Bubenwilre* an der Gaszen unum jugerum & dimidium. Hec bona memoratus *Hugo* miles in manus noſtras reſignata liberaliter prefatis Abbati & Conventui peciit aſſignari ſub hac forma, ut ijdem Abbas & Conventus annuatim XX carratas fimi & cultores totidem eisdem vineis ſuperducant. Inſuper medietatem proventuum dictarum vinearum ipſi militi annis ſingulis, quamdiu vixerit, absque dampno ſuo & labore ad quemcunque locum infra duo miliaria circa *Bellenheim* voluerit, preſentabunt & nichilominus ipſo decedente de eisdem vineis heredibus uxoris ſue *Petriſſe* tredecim libras Spirenſes preſentabunt. Nos vero ſecundum voluntatem ipſius donatoris dicta bona prenominatis Abbati & Conventui aſſignavimus cum effectu & miſimus eos in poſſeſſionem dictorum bonorum

norum & ea ab ipſis decrevimus jure perpetuo poſſidenda et nichilominus in robur et firmitatem hujus donacionis facte inter vivos ſigillum noſtrum ad rogatum dicti *Havenarii* cum ipſius ſigillo duximus preſentibus appendendum. Huic donacioni facte coram Magiſtro *H.* cauſidico de *Auguſta*, cui Nos vices noſtras commiſimus in hac parte interfuerunt Dominus *Hugo* Cantor Spirenſis, *Berngerus* plebanus in *Hergesheim*, *H. de Wiszen*, *Diderich* et frater ejus, *Conradus Otdo milites de Hergesheim*, *Hartmannus & Crafdo de Queicheim*, *Egeno de Steinwilre*, *Theodoricus* monachus de *Herte*, *Theodoricus* major Cellerarius *Uterine Vallis*, *Wilhelmus* filius ſororis *Havenarii*, *Cunradus* Cellerarius ejusdem et alii quam plures fide digni in preſcripte rei teſtimonium convocati. Acta ſunt hec *Spire* Anno Domini M°CC°LXXV°. menſe Majo.

Anno gratie M. CC. LXX. quinto — Littere ſuper unam urnam olei in *Bochingen* ad infirmariam monachorum *Uterine Vallis*. *l. c.* p. 212.

XXXVIII.

Littere donacionis bonorum in Bubenwilre. Ad Cuſtodiam. 1275.

Judices Spirenſes preſencium inſpectoribus credere ſubnotatis. Tenore preſencium ad noticiam univerſorum volumus pervenire, quod *Hugo miles de Bellenheim* dictus *Havenarius* Zelo pietatis attactus bona ſua ſubſcripta, que ipſe multis retro actis temporibus pacifice tenuit Abbati et Conventui *Uterine Vallis* contulit propter Deum, videlicet omnes porcos ſuos et duo jugera vinearum ſita in *Altenvorſt*, de quibus ad altare ſancte *Katherine* ibidem ſacerdos conſtituetur perpetuo celebraturus, ad quod eciam lumen ardebit in perpetuum et nomen ejus et uxoris ſue *Petriſſe* libro ejusdem altaris in Canone aſſcribetur. Item unum juger et dimidium vinearum in *Mulenbuhel* eisdem contulit, ut ex eis et predictis lumen perpetuum fiat ad altare virginis glorioſe. Item quinque viros ſibi jure proprietatis attinentes videlicet, *Fridericum* ſeniorem *de Bubenwilre* et quatuor filios ejus *Sigulonem*, *Johannem*, *Heinricum* et *Fridericum* cum omni

ni jure ſuo donavit eisdem ſervituros. Item vineas ſuas in *Altenvorſt* et in *Bubenwilre* eis contulit ſub hac forma, ut ipſi viginti carratas ſimi annuatim et cultores totidem eisdem vineis ſuperducant. Inſuper medietatem proventuum dictarum vinearum ipſi militi annis ſingulis, quamdiu vixerit, absque dampno ſuo et labore, ad quemcunque locum infra duo miliaria circa *Bellenheim* voluerit, aſſignabunt et nichilominus ipſo decedente de eisdem vineis heredibus uxoris ſue *Petriſſe* tredecim libras Spirenſium preſentabunt. Preterea equum ambulantem cum coopertura eisdem donavit, apud quos eciam percipere ſepulturam eccleſiaſticam preelegit. Item de quinque jugeribus agri ſitis in terminis *Bellenheim* conſtituit ab eorundem jugerum poſſeſſoribus Custodi jam dicti Cenobii annuatim duo maldra ſpelte ad conficiendas hoſtias in Nativitate beate *Marie* perpetuo preſentari. Hec igitur bona memoratus *Hugo Havenarius* miles in noſtras manus reſignata liberaliter prefatis Abbati et Conventui peciit aſſignari et nichilominus hanc donacionem inter vivos rite ac ſollempniter factam ſigil-

 lis

lis Venerabilis Patris ac Domini noſtri *Friderici* Spirenſis Epiſcopi, Capituli ibidem, noſtro, Domini *Hugonis* Cantoris Eccleſie Spirenſis ac ſuo petivit humiliter roborari. Huic donacioni facte coram Magiſtro *H.* Cauſidico de *Auguſta*, cui nos predicti judices vices noſtras commiſimus in hac parte, interfuerunt Dominus *Hugo de Spigelberc* Cantor predictus, *Berngerus* plebanus in *Hergesheim*, *H.* de *Wieſzen Ditherícus* et frater ejus, *Cunradus*, *Otto* hij *milites de Hergesheim*, *Hartmannus* et *Crafto* de *Queichen*, *Egeno de Steinwilre*, *Didericus* monachus de *Herde* Confeſſor ipſius *Havenarii*, *Wilhelmus* filius ſororis *Havenarii*, *Cunradus* Cellerarius ejusdem, *Theodericus* Cellerarius Major *Uterine Vallis* et alii quam plures fide digni in preſcripte rei teſtimonium convocati. Nos *Fridericus* Epiſcopus, Capitulum Spirenſe, judices et *Hugo* Cantor predicti profitemur predictam donacionem rite a *Havenario milite* factam et eam eſſe veram et ut perpetuo maneant valitura, ſigilla noſtra una cum ſigillo ipſius *Hugonis*, *Havenarii militis*, ad rogatum ipſius *Havenarii* huic inſtrumento publico

lico duximus appendenda. Acta ſunt hec *Spire* Anno Domini M°CC°LXX°V.

XXXIX.

Littere ſuper donacione IIII. maldrorum Silig. 1276.

Judices Spirenſes Anno Domini M. CC.LXXVI. in Octava Epiphanie (13. Jan.) Magiſter *Heinricus de Nicaſtel* prebendarius Spirenſis et H. Scolaris ipſius quatuor modios Siliginis annuos et perpetuos, quos habent in villa *Zabern* Abbati et Conventui *Uterine Vallis* contulerunt liberaliter propter Deum, ita tamen, quod prefatus *H.* Scolaris dictis quatuor modiis gaudeat in vita ſua. Teſtes hujus donacionis ſunt. Dominus *H.* plebanus ſancte Crucis, *Drutwinus* preſpiter nepos ejusdem, frater *H. miles dictus de Breteheim*, frater *H.* monachus *Uterine Vallis*, fr. *Sifridus* Magiſter Curie in *Spira*. *C.* Scolaris Magiſtri *H. de Nicaſtel* ſupra dicti et alii quam plures fide digni. Nos igitur ad preces ipſorum ſigillo noſtro roboravimus preſens ſcriptum. Actum Anno et die prenotatis.

XL.

Littere ſuper Urnam Olei in Noszdorf ad infirmariam monachorum. 1276.

Judices Spirenſes tenore preſencium ad noticiam Univerſorum volumus pervenire, quod *Bertoldus de Nosdorf* dictus *Bietze* in preſencia noſtri conſtitutus profitebatur ſe ſuosque heredes obligatos fore ad ſolvendam penſionem annuam, videlicet unam urnam olei aut unum maldrum piſe bone ac purgate, quam felicis memorie pater ſuus pro remedio anime ſue perpetuo in die ſancti *Martini* ad *I*nfirmitorium monachorum *Uterine Vallis* conſtituit preſentari de bonis ſuis, videlicet orto conſito arboribus nucum ſito apud curiam *H. militis* dicti *Baungerter*, in villa prenotata. Preterea dictus *Bert.* male conſuetudini, quam pro jure uſurpaverat, aſſerens ſibi debere dari ab Infirmario prefati monaſterii annuatim duos ſoccos vel duas cyrotecas, in noſtra preſencia renunciavit. In cujus facti evidenciam & munimen infirmario ſepedicti monaſterii preſens ſcriptum contulimus ſigilli noſtri munimine roboratum. Datum Anno Domini M°CC°LXXVI°. Menſe Majo.

XLI.

XLI.

Littere ſuper ſex unciis hall. & dimidia in Oſſingen & in Burnheim. 1276.

Ego *Cunradus Dominus de Schuppen* tenore preſencium recognoſco, profiteor & proteſtor, quod fideles mei *Welp* & *Margareta de Gotrameſtein* conjuges, *Welpf, Otdo, Sifridus & Cunradus* eorundem filii communicata manu meo adhibito beneplacito & conſenſu vendiderunt Viris religioſis Domino Abbati & Conventui *Uterine Vallis* cenſum ſex uncearum & dimidie hallenſ. in *Oſſingen* & in *Burnheim* proprietatis titulo perpetuo recipiendum, quem a me predicti conjuges hactenus in feodo habuerunt, reſignaverunt itaque memorati conjuges mihi in recompenſam ejusdem cenſus quinque quartalia vinearum apud villam *Sibeltingen* dicta in *hindirſten vorſt* ſita, & eadem una cum pueris ſuis predictis à me in feodo receperunt, hoc adjecto, quod ſi prefatus Conventus ab aliquibus in memoratis cenſibus gravaretur, memorata quinque quartalia vinearum nunc mihi reſignata ipſi Conventui loco cenſus predicti cedant proprietatis titulo ipſisque gaudeat

deat liberaliter perpetuo ſine quorumlibet inpeticione. Hujus vendicionis teſtes ſunt *Sibotdo* Clericus de *Annewilre*, *Eberhardus* de *Mulnhuſen*, *Andreas* de *Gotrameſtein*, *C.* de *Altdorf* ibidem, *Otdo de jugenheim*, *Hugo* de *Zeizinkeim* milites & *Marquardus* dictus *Kanfman* advocatus. In quorum omnium teſtimonium & cautelam perpetuo valituram ſigillum meum una cum ſigillo *Marquardi* dicti *Kauſman* advocati Sereniſſimi Domini *R.* Regis Romanorum Officiati preſentibus eſt appenſum. Actum & Datum Anno Domini M°CC°LXX°VI°. feria quinta ante feſtum beati *Johannis Baptiſte*. (18. Junij.)

SUB ABBATE ARNOLDO.

XLII.

Littere ſuper tribus domibus ſitis an der Ertbruſte. 1277.

Judices Spirenſes. Cauſam, que vertebatur inter reverendos viros Abbatem & Conventum *Uterine Vallis* exparte una & Priorem & Conventum fratrum Ordinis ſancti *Auguſtini* ſeu *Adelheidim* et

et *Werndrudim* converſas ſuper tribus domibus ſitis *in der Ertbruſte*, Dominus *H. de ſancta Cruce* et Magiſter *Ludolfus* advocatus ſibi aſſumentes arbitrio pena viginti marcarum vallato, quas pars contraveniens Nobis dimidias et arbitris dabit dimidias taliter deciderunt, quod dictus Prior et Conventus ſancti *Auguſtini*, predicte cauſe et domibus cum omni jure quod eis competebat contra prefatum Dominum Abbatem et Conventum et contra converſas abrenunciando ceſſerunt ſimpliciter et preciſe procurando, nichilominus ſub pena predicta nomen ipſorum de predictis domibus intabulatum detabulari et nomen Domini Abbatis et Conventus *Uterine Vallis* de eisdem domibus intabulari. Acta ſunt hec in Clauſtro Spirenſi preſentibus Cellerario et fratre *Diethérico* nomine ſui Abbatis et Conventus, fratre *Johanne* ſuppriore et fratre *Ditmaro* nomine Prioris et Conventus ſui, Domino *Heilmanno*, Domino *Budungo* prebendario *ſancti Martini* et aliis probis viris, unde nos ad preces parcium ſigillo noſtro et ſigillo conventus predictorum fratrum ſancti *Auguſtini* roboravimus preſens ſcriptum. Nos

fra-

frater *Johannes* Supprior et Conventus Ordinis ſancti *Auguſtini* de domo Spirenſi dantes teſtimonium et conſenſum de premiſſis ſigillum noſtri conventus preſentibus duximus apponendum. Actum Anno Domini M°CC°LXXVII°. *Perpetue & Felicitatis.* (7. Mart.)

XLIII.

Littere compoſitionis inter monachos Uterine Vallis & ruſticos in Hohenſtat ſuper quadam ſemita. 1277.

Judices Spirenſes tenore preſencium ad noticiam univerſorum volumus pervenire, quod *Theodericus* major Cellerarius & procurator virorum religioſorum Abbatis & Conventus *Uterine Vallis* nomine eorum contra villanos univerſos in *Superiori Hohenſtat* citatos & comparentes in figura judicii propoſuit, quod dicti Villani pro Almeinda habuerunt limitem tendentem per pratum inferius juxta eandem villam diſtinguentem terminos ſive quod vulgo dicitur marken villarum *Hohenſtat ſuperioris & inferioris*, quem limitem ſive viam proprietatis titulo Abbati & Conventui conſenſu unanimi vendiderunt

runt pro tribus libris denariorum *Anewilre*; quas ipſi villani ab eis receptas ad chori ſui ſtructuram & edificium converterunt, tali adjecta nichilominus condicione, ut in teſtimonium juſte empcionis clauſtrum *Uterine Vallis* annuatim in feſto ſancti *Martini* ad eccleſiam *Superioris Hohenſtat* unum fertonem cere perpetuo preſentaret, quibus rite ſolutis dicti Villani Abbatem & Conventum prelibatos in prefato limite nitebantur contra juſticiam impedire, tandem poſt multas allegationes hinc inde habitas dicti villani habito inter ſe conſilio, jus empcionis, ut dictum eſt, animo deliberato & voluntate ſpontanea recognoverunt, Abbati & Conventui memoratis, aſſerentes ſibi vel villanis in *inferiori Hohenſtat* nullum jus competere debere in eadem via, renunciantes nichilominus pro ſe ſuisque heredibus ac ſucceſſoribus omni queſtioni, actioni ſeu juri ſibi ex quacunque cauſa in ipſo limite competenti, obligantes inſuper ſe & ſuos heredes quod quicunque ſepedictis Abbati & Conventui in eadem via contra juſtitiam verbo vel opere impedimentum quodcunque intulerit & gravamen, nobis judicibus ſeu noſtris ſucceſ-

ceſſoribus nomine pene in decem libras Spirenſes teneatur, ſalvo jure proprietatis preſcripti conventus in via prenotata & expenſis dampni & querele. In hujus igitur compoſicionis certam evidenciam Nos ad peticionem parcium ſigillum noſtrum huic inſtrumento duximus appendendum. Actum Anno Domini M°CC°LXXVII°. feria ſecunda proxima poſt *Letare*. (8. Martij.)

XLIV.

Littere ſuper V. tinas vini in Sibeltingen. Ad Inſirmariam Monachorum.

1277.

Nos *Johannes miles* dictus *de Meti* adteſtacione preſencium dilucide profitemur quod accedente conſenſu filiorum noſtrorum *Heinrici* et *Johannis* reditus quinque amarum vini in *Sibeltingen* tempore vindemie ſolvendarum in vineis et ab ipſarum poſſeſſoribus ſubnotatis, quarum *Hertwicus* procurator noſter ſuique heredes dant unam amam et dimidiam de vinea dicta volgariter *hucke* ijdem dant unam de vinea picta *Worſte wingert* et alia parte vinee dicta *doppelbret*. It. *Heinricus Winzeler* et

et ſui heredes dant amam de jugere ſito apud pontem. It. *Cunradus Glade* ſuique heredes dant amam de duali parte jugeris ſita retro *Hermannum* Advocatum. It. *Heinricus Veldunc* ſuique heredes dant dimidiam amam de jugere vinee ſito verſus *Gotrameſtein*. Hos inquam redditus vendidimus fratri *Jacobo* Infirmario *Uterine Vallis* nomine Infirmarie ſue & publice reſignavimus perpetuo quiete & pacifice percipiendos pro quindecim talentis hall. nobis modo debito perſolutis. Preterea vineas jam preſcriptas aſſignavimus jam dicte Infirmarie nomine Clauſtri prelibati titulo ypotece quod vulgo dicitur Underphant tali interpoſita condicione, ut ſi quando poſſeſſores ipſarum vinearum redditus preſcriptos non ſolverint modo ac termino prenotato, tunc omnes vinee memorate cedent infirmarie *Uterine Vallis* perpetuo proprietatis titulo poſſidende noſtris heredibus & coheredibus vel ipſarum vinearum poſſeſſoribus ſeu quibuscunque hominibus non valentibus contraire. Preterea ſepedicte vinee ſine conſenſu Infirmarii & Conventus *Uterine Vallis* nec vendi debent, nec aliquo cenſu ullatenus obligari. Nos igi-

tur ad hujus legittimi contractus evidenciam, robur & memoriam ſigillum noſtrum una cum Sigillo filii noſtri memorati *H.* huic inſtrumento publico duximus appendendum. Actum Anno gracie M°CC°LXX°VII°. menſe Marcio in preſencia teſtium ſubſcriptorum, qui ſunt *H.* prior *Uterine Vallis*, *Cunradus* Cuſtos, *Lampertus* Magiſter in *Geilenwilre*, *C.* vinitor ibidem, *Cunradus miles de Altdorf*, *Burkardus miles de Bochingen*, *C. retro eccleſiam* & poſſeſſores vinearum in littera prenotati.

XLV.

Littere ſuper duobus jugeribus vinearum ad Officium Cuſtodie. 1277.

Nos *Johannes Miles de Meti* dictus adteſtatione preſencium dilucide profitemur, quod accedente conſenſu filiorum noſtrorum *Heinrici* & *Johannis* vendidimus fratri *Cunrado* Cuſtodi monaſterii *Uterine Vallis* nomine Cuſtodie ejusdem Clauſtri duo jugera vinee ſita in terminis ville *Sibeltingen* in loco qui volgaritèr dicitur *Ginnenbach* pro decem & novem talentis hall., aſſignantes

tes

tes ea Custodie jam dicti Claustri ab omni exactione & censu libera perpetuo proprietatis titulo possidenda contradictione heredum vel coheredum nostrorum seu quorumcunque hominum non obstante. Acta sunt hec Anno Domini M°CC°LXX°VII°. mense Marcio coram testibus subnotatis, qui sunt Dominus *Arnoldus* Abbas *Uterine Vallis H.* prior, *Jacobus* Infirmarius ibidem, *Wolverus* & *C. de Altdorf* milites, *Hertwicus* procurator noster, *C. Kiselhart.* Ut igitur hec rata & inconvulsa perpetuo perseverent, nos presenti scripto sigillum nostrum una cum sigillo filii nostri prelibati *H.* duximus appendendum.

Anno Domini M. CC. LXXVII. — Littere donacionis omnium bonorum ex parte Domine *Jrmele* in *Wolmesheim. l. c. p.* 213.

XLVI.

Littere super III. libris hall. de curia sita juxta portam Reni. 1277.

Judices Spirenses tenore presencium ad noticiam universorum volumus pervenire, quod viri Venerabiles Dominus

Arnoldus Abbas & Conventus *Uterine Vallis* in noſtra preſencia conſtituti conceſſerunt *Heinrico* & uxori ſue *Demudi* dicte *Welhen* curiam ſuam ſitam apud portam Reni in Civitate Spirenſi pro cenſu annuali videlicet quindecim unceis denariorum, media parte ejusdem cenſus in Nativitate beate *Marie*, reliqua vero in Nativitate Domini perſolvenda. Prelibati etiam *H.* & *D.* obligaverunt etiam unam amam vini cenſualis in *Bubenwilre* & unum jugerum vinee ſitum ibidem titulo hypotece, quod vulgo dicitur Underphant Dominis prenotatis ſub tali condicione, ut ſi infra terminum in Curia jam conceſſa domum cum Cellario ad valorem viginti librarum non edificaverint, ut promiſerunt, tunc ipſa bona hypotece titulo obligata cum curia conceſſa ad proprietatem Dominorum *Uterine Vallis* transibunt contradiccione qualibet non obſtante. Hijs adjectum eſt, quod cum uterque videlicet *H.* & *D.* de vite hujus medio fuerint evocati, curia prefata ad Dominium jam dicti conventus revertentur & ama preſcripta vini cenſualis cedet perpetuo ad ſolacium ejusdem conventus ut ipſorum Anniverſarium annuatim modo debito

bito peragatur. Preterea ſepedicti Abbas & Conventus eisdem curie ſue poſſeſſoribus contulerunt plenam fraternitatem omniumque bonorum que apud eos fiunt, participium & communionem eccleſiaſtice ſepulture. In hujus igitur facti certam evidenciam, robur & memoriam Nos huic inſtrumento publico ſigillum noſtrum una cum ſigillo Domini Abbatis prenominati ad peticionem utriusque partis duximus appendendum. Actum anno gratie M°CC° LXXVII. menſe...

Anno gratie M.CC.LXXVII. — Littere ſuper ſex maldris Siliginis & duali parte unius maldri in *Barbelrode* ad pitanciam. *l. c. p.* 215.

XLVII.

Littere abſolucionis bonorum in Bubenwilre. 1278.

Nos *Fridericus miles* dictus *de Tan* tenore preſencium proteſtamur & conſtare volumus univerſis, quod Villani de *Bubenwilre*, cujus ville jurisdictio ad Nos pleno jure ſpectare dinoſcitur, in figura judicii ejusdem ville viros religioſos Abbatem & Conventum *Uterine*

 Val-

Vallis traxerunt in Caufam et impetebant pro dando jure quod vulgo dicitur *dische phenninge* de bonis fuis fitis in *Altenvorst*, que bona ijdem Abbas & Conventus ex donacione feu legacione felicis memorie Domini *Hugonis militis de Bellenheim* dicti *Havener* jam dudum vero proprietatis titulo poffederunt, e contra dicti Abbas & Conventus legitimo teftimonio comprobaverunt & per fententiam fcabinorum feu juratorum ejusdem ville confirmarunt, quod bona prelibata tam ex donatoris libertate, quam ex temporis prefcripcione ab omnibus cenfibus feu juribus quocunque vocabulo cenfeantur, perpetuo libera effe debeant & foluta, quam fententiam rite & racionabiliter latam, utpote juri confonam prefentis fcripti ac figilli noftri patrocinio confirmamus, dantes has noftre auctoritatis litteras Conventui *Uterine Vallis* in teftimonium predictorum. Actum Anno Domini M°CC°LXX° octavo.

Anno Domini M. CC. LXX. VIII.— Littere fuper bonis in *Damheim* quod fint abfoluta ab omni exactione feu precaria. *l.* c. p. 216.

Anno

Anno Domini M.CC.LXX. octavo — Littere absolutionis bonorum in *Bubenwilre* ab omni impeticione census seu juris quod dicitur *Ymesphenninge. l. c.* p. 221.

Anno Domini M.CC. LXXIX. — Littere super decisione litis inter nos & villanos *de Offinbach* super Almeinda. *l. c.* p. 218.

XLVIII.

Littere judicum super Decimis in Altdorf. 1280.

Judices Spirenses. Noverint universi presencium inspectores, quod Dominus *Johannes Miles* dictus *de Meti* in judicio constitutus coram nobis una cum filiis suis *Johanne* Canonico Spirensi & *Heinrico* milite recognovit se liberaliter & in toto titulo proprietatis vendidisse viris religiosis Domino *Arnoldo* Abbati totique Conventui *Uterine Vallis* Cistercienfis Ordinis, Spirensis Dyocesis totam decimam in Altdorf majorem & minorem cum pleno jure & integritate habendam & perpetuo ac vero proprietatis titulo possidendam, de consensu honorabilium virorum Abbatis & Conventus

ventus monasterii Wizenburgensis Ordinis sancti *Benedicti*, a quibus dictam decimam tenuerat titulo feodali, quibus eciam in recompensam & restaurum resignavit universa bona sua in *Winden*, castro & jure patronatus ibidem exceptis, que bona in feodum habenda sicut dictam decimam in *Altdorf* recepit ab eisdem, Confessus est eciam, quod bona sua proprietaria in *Altdorf* in recompensam dedisset *H.* dicto *Schiet*, *C.* dicto *Jungen*, *Eberhardo* & *Bertholdo* militibus ibidem, quos ipse de eadem decima, quam habuit ab Ecclesia Wizenburgensi in feodo ulterius infeodavit. Et quod post liberam resignacionem per dictos milites de ipsa decima sibi factam coram Dominis judicibus ville *Altdorf* & coram sculteto juratisque & aliis quam pluribus fide dignis, quorum nomina sunt subscripta, sepe dictis Abbati *Uterine Vallis*, *Heinrico* Cellerario & fratri *Erphoni* nomine tocius Conventus ad hoc missis prelibatus Dominus *Johannes* una cum filiis suis de consensu militum prescriptorum ibidem presencium & id fieri rogancium dictam decimam cum pleno jure tradidisset & resignasset & scultetus nomine judicum

eos-

eosdem Abbatem & Conventum in pos-
sessionem veram & nudam misisset de-
cime supra scripte, prout hec conscrip-
ta & subdictorum Abbatis & Conven-
tus Wizenburgensis & ipsius Johannis
sigillum plenius continentur, quibus ro-
gati sigillum nostrum appendimus in
instrumento publico super hijs confecto,
quod una cum sigillis appensis verum
esse recognoscimus & protestamur. Pre-
terea ad securandum dictos Abbatem &
Conventum *Uterine Vallis* plenius in
premissis, prefati *Heinrici* & *Johannis*
filii ipsius coram nobis & eciam judi-
cibus & scabinis ville *Altdorf* se fide-
jussores constituerunt & Warandos pro
pueris ejusdem Domini *Johannis* non-
dum adultis & nomine fidejussionis *C.*
dictus *Binthinberger* & *H.* dictus *Schiet*
milites curias suas in prehabita villa
ypothece titulo ipsis Abbati & Conven-
tui tradiderunt & resignaverunt in figu-
ra judicii super eo, quod pueri ipsius
Johannis postquam ad maturam & le-
gittimam pervenerint etatem, dicta bo-
na similiter tradant & resignent ipsis Ab-
bati & Conventui eis debite renuncian-
do, & quod rata habeant & observent
universa circa vendicionem dicte de-

 cime

cime facta per Dominum *Johannem* prelibatum, alioquin si id factum non fuerit, quodcunque dampnum vel incommodum Abbas & Conventus prefati ex hoc sustinuerint, ab hoc eos indempnes reddant penitus & absolvant, vel ipsi Abbas & Conventus super dicta bona *Cunradi* & *Heinrici* militum prescriptorum eis ypothecis titulo constituta & ad personas ac bona filiorum *Johannis* predictorum respectum habebunt & omnia bona eorum erunt ipsis Abbati & Conventui obligata, donec indempnes penitus absolvantur, super quibus omnibus actis rite & racionabiliter coram nobis hoc instrumentum publicum nostri sigilli munimine ad rogatum parcium decrevimus roborari ad premissorum perpetuum firmamentum. Testes, qui resignacioni premisse facte in *Altdorf* interfuerunt sunt milites prescripti videlicet *C. Binthenberger* & *H.* dictus *Schiet*. Item *Eberhardus* & *C. de Gotderamestein* milites. Item jurati & hubarij *Marcul*: scultetus, *C.* filius sculteti, *Eusel*, *Cunradus*, *Banplini*, *Brumezzer*, *Hermannus* filius sculteti, *Gerwinus*, *Eberhardus* filius *Alberti* & alii fide digni. Acta sunt hec coram nobis

Anno

Anno Domini M°CC°LXXX. in Dominica ante Afcenfionem Domini proxima (26. Maji.) prefente Magiftro *Johanne* tabellione & quam pluribus fide dignis.

XLIX.

Littere fuper Decimam totam in Altdorf. 1280.

Johannes miles dictus *de Meti* Univerfis prefencium infpectoribus fidem fubfcriptis adhibere. Quoniam ea que geruntur in tempore, labuntur cum tempore, ob hoc prudens decrevit Antiquitas, cui fancti Patres fanxerunt reverenciam exhibendam, ut ea que racionabiliter gefta funt, fcriptorum ac figillorum munimine roborentur. Hinc eft quod ad perpetuam rei memoriam renovandam cunctorum noticie cupimus declarari, quod nos totam decimam ville *Altdorf* Spir. Dyoc. majorem & minorem, quam ab Abbate & Conventu de *Wizenburg* ordinis fancti *Benedicti* in feodo tenuimus & quam *Heinricus Schiet*, *Conradus* dictus *juvenis*, *Gerhardus* & *Bertholdus* fratres *milites* de *Altdorf* fimiliter à nobis jure feodi tenuerunt jufte & legitime vendicionis con-

contractu ſeu titulo vendidimus & vendidiſſe pleno jure nos preſentibus Confitemur viris religioſis Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ciſt. Ord. Spir. Dyoc. pro quadam ſumma pecunie nobis numerate & integraliter perſolute ad habendum, tenendum, utendum, poſſidendum, faciendum ac disponendum de eadem decima, quod ipſis & ſuo monaſterio viderint expedire, transferentes & donantes eis & in ipſos omne jus, quod nobis in dicta decima competebat & in manus eorum idem jus abſolute, libere & plenarie reſignantes, Et tradidimus ac tradimus accedente conſenſu & auctoritate predicti Domini Abbatis de *Wizenburc* & Conventus ejusdem loci dicte Decime poſſeſſionem vel quaſi liberam & vacuam ac intrandi eandem & occupandi tanquam ſuam propriam preſenti ſcripto ipſis damus plenam & liberam poteſtatem. Confitentes dictam pecuniam in noſtros uſus fore converſam & conſtituentes nos & noſtros liberos & heredes Univerſos warandos hujusmodi decime predictis Abbati & Conventui adverſus omnem hominem ſeu Collegium vel Collegia ut eſt juris, et ſiquis occaſione noſtri prefa-

fatum Monasterium seu Abbatem et Conventum super predicta decima in toto vel in parte inpecierit, molestaverit aut gravaverit in judicio vel extra, de hoc ipsos secundum scripti juris exigenciam liberabimus ac indempnes reddemus. Recunciantes excepcioni pecunie non numerate, non tradite non recepte et in utilitatem nostram non converse, restitucioni doli mali, beneficio constitucionis, quo deceptis ultra dimidiam justi precii subvenitur et generaliter omni juris auxilio Canonici et Civilis cunctisque defensionibus et excepcionibus et litteris à sede Apostolica vel aliunde impetratis vel impetrandis ad presens et inposterum venire et juvari possemus de jure vel de facto contra hujusmodi vendicionis contractum seu presens instrumentum. Accessit in omnibus hijs sollempnis voluntas consensus et auctoritas predicti Domini Abbatis et Conventus de *Wizenburc* nec non militum prescriptorum, quibus Abbati et Conventui bona sita in Winden nobis attinencia cum omnibus suis pertinenciis, excepto jure patronatus et castro et insuper redditus seu pensionem sex maldrorum siliginis et dimidii qui de

de bonis *Rulini* in *Offenbach* ſitis annis ſingulis perſolvantur, prout hec bona in ſpeciali inſtrumento plenius declarantur, ita ut eadem bona omnia ab ipſis jure feodi teneamus ſicut predictam decimam ab eis prius tenuimus, prefatis vero militibus bona noſtra in *Altdorf* jure proprietatis habenda et poſſidenda dedimus in recompenſam, Accedente quoque pleno et benivolo conſenſu *Johannis* Canonici Spirenſis et *Heinrici* militis filiorum et heredum noſtrorum, qui viva et expreſſa voce renunciaverunt omni juri et actioni ſibi in prehabita decima ex quacunque cauſa competenti ſeu competitura ac promiſerunt prelibatis Abbati et Conventui *Uterine Vallis* Warandiam una nobiscum ſecundum formam à nobis ſupra ſcriptam. In cujus rei evidenciam, robur et memoriam nos *Johannes* miles una cum Domino Abbate *Uterine Vallis*, militibus quoque de *Altdorf* ac filiis noſtris prenominatis hoc publicum inſtrumentum ſigillo Domini Abbatis de *Wizenburc* et Conventus ejusdem loci, judicum Spirenſium ac noſtro petivimus et obtinuimus roborari. Nos Abbas et Conventus de *Wizenburg*, ju-

judices quoque Spirenſes ad peticionem predictorum ſigilla noſtra preſenti ſcripto duximus apponenda in robur et teſtimonium preſcriptorum et nos milites ſepedicti de *Altdorf*; quia ſigilla propria non habemus ſigillum judicum Spirenſium petimus hijs appendi. Nos vero Johannes et *Heinricus* predicti ſigillo patris noſtri Domini *Johannis* prenominati contenti ſumus, ſigilla propria non habentes. Actum et Datum Anno Domini M° CC° LXXX° Menſe Majo.

Anno Domini M. CC. LXXX. — Littere ſuper bonis in *Wizzenburg*. l. c. p. 224.

L.

Littere ſuper Curiam in Altdorf.
1280.

Judices Spirenſes. Quoniam ab humana cicius elabuntur memoria, que nec voce nec ſcripto ſeu eciam auttenticis perennantur, ad noticiam igitur cunctorum preſentibus cupimus pervenire, quod *Mnrgareta de Altdorf* begina nata quondam *Gerhardi* militis ibidem conſtituta in judicio coram Nobis

bis recognovit, ſe dediſſe et tradidiſſe Domino Abbati et Conventui *Uterine Vallis* Ciſt. Ord. Spir. Dyoc. curiam et domum ſuam in *Altdorf* ſitas cum pomerio adjacente, ita quod ipſi ſibi dabunt et ſine dampno ipſius *Margarete* ei preſentabunt ante quamcunque domum voluerit in *Spira* cum menſura ſpirenſi ſex modios Siliginis, quam diu vixerit et non ultra, quas curiam et domum cum pomerio predicto *H.* majori Cellerario Domino *Humberto*, *Heinrico* quondam *Kaufmanno* et *Ernfrido* fratribus dicti clauſtri nomine Abbatis et Conventus predictorum ad hoc miſſis in jure coram Nobis ſimiliter donavit et tradidit ac publice reſignavit cum pleno jure et integritate ſibi in bonis predictis ex cauſa quacunque competenti, e converſo dicti cellerarius et fratres predicti nomine Abbatis et Conventus ac ſuo recognoverunt ſe eidem *Margarete* teneri in dicta penſione et promiſerunt ac monaſterium ſuum ad hoc obligaverunt, quod ſingulis annis in Nativitate ſancte Marie dabunt ſex modios Siliginis predictos *Margarete* et preſentabunt ſibi eosdem ut eſt dictum. Super quo duo inſtrumenta unum tenorem continencia

ſuper

ſuper hijs confecta ad rogatum parcium, quarum quelibet unum reſervabit, noſtro ſigillo roboravimus. Teſtes ſunt Magiſter *Cunradus* & *Johannes* tabelliones noſtri, *Johannes*, *Bernh.* & *Walterus* clerici noſtri, ac dicti monachi. Actum & datum Anno Domini M°CC° LXXX°, feria quinta ante *Martini.* (7. Nov.)

Anno Domini M.CC.LXXX. — Littere ſuper ſedecim amis vini ad hoſpitale noſtrum in *Arbotsheim. l. c. p.* 222.

LI.

Littere judicum Spirenſium ſuper bonis in Wolmesheim. 1281.

Judices Spirenſes Anno Domini M° CC°LXXXI°. Sabbato poſt Purificacionem beate virginis (8. Febr.) conſtituta in judicio coram Nobis *Irmengardis de Wolmesheim* univerſa bona & ſingula que habuit in *Wolmesheim* vel alias ubicunque cum omni jure & integritate ſicut ea hactenus pacifice habuit & poſſedit multis annis, accedente ad hoc conſenſu *Fritelonis de Frekenvelt*, *Fritelonis de Scheide* & *Heinrici* pellificis civis Spirenſis donavit, tradidit pure &

ſimpliciter ac liberaliter donacione inter vivos religioſis viris Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Cyſt. Ord. Spir. Dyoc. in remedium anime ſue & ſuorum cedens in continenti ipſis Abbati & Conventui poſſeſſionem bonorum predictorum, que ipſis coram nobis publice reſignavit, renunciavit quoqe eadem *Irmengardis* omnibus excepcionibus doli mali, in factum actioni, ſine cauſa & ex injuſta cauſa, omni auxilio juris Canonici & Civilis, per quod preſens donacio nunc vel in poſterum poſſet aliquatenus inpediri et ſpecialiter juribus et defenſionibus, que dicunt renunciacionem generalem non valere. Preterea predicti *Fritelo*, *Fritelo* et *Heinricus* dicte Matrone in predictam donacionem coram Nobis preſentes conſenſerunt liberaliter et juraverunt, quod ipſi per ſe vel per alios contra hujusmodi donacionem nullo modo veniant, ſed eciam ſe ratum habituros per ſe et ſuos ſub juramento preſtito promiſerunt, et promiſerunt ſe effecturos ſub ypotheca rerum ſuarum, quod *Ditherus* dictus *Zungelin de Heilgenſtein* in hujusmodi donacionem conſenciat, nec contraveniat per ſe vel per ſuos ullo modo. Super

qui-

quibus omnibus actis coram nobis hoc publicum instrumentum nostro sigillo ad rogatum dicte *Irmengardis*, *Fritelonis*, *Fritelonis* et *H.* predictorum roboramus. Actum Anno et die prenotatis presentibus Magistro *Cunone* Canonico *Sancti Widonis*, *Anshelmo milite de Wolmesheim*, *C.* de *Heilgenstein*, fratre *H.* Cellerario et *Kaufmanno* monachis Magistro *C.* et *Johanne* tabellionibus, *Johanne*, *Walthero* et *Bert.* Clericis et aliis fide dignis vocatis ad hoc et rogatis.

LII.

Littere super curia & vineis in Wachenheim ex parte Domini Johannis de sancta Cruce. 1281.

Judices Curie Spirensis. Noverint universi quod constitutus in judicio coram nobis *Johannes* dictus *de Cruce* Prebendarius Spirensis Ecclesie, donacionem inter vivos cum pleno jure et integritate bona sua universa, si qua habet et hactenus habuit et quiete possedit in villa *Wachenheim* videlicet Curiam suam et Domum cum decem jugeribus vinearum et aliis bonis suis, si

 qua

qua ibi habet, quocunque nomine cenſeantur, Abbati et Conventui in *Uzerstal* donavit, Edidit et Cellerario majori ac *Kaufmanno* fratribus dicti clauſtri nomine Abbatis et Conventus bona eadem recipientibus ipſa bona liberaliter, pure et ſimpliciter in remedium anime ſue coram nobis publice reſignavit. Hoc anno Domini M°CC°LXXX primo feria ſecunda poſt *Invocavit* (3. Martij) preſentibus Domino *Wilhelmo* Decano *ſancti Germani*, *H. de Neckerowe*, *H.* plebano Hoſpitalis, Johanne *Rauce*, *Bruningo Razman*, *Craftone*, *Ber.* ſcriba noſtro et *Johanne* tabellione et aliis fide dignis. Super quo has patentes litteras ad rogatum dicti *Johannis* ſub teſtimonio dictorum teſtium noſtro ſigillo roboramus. Actum Anno et die prenotatis.

LIII.

Littere ſuper quatuor maldris Siliginis in Ottersheim. 1282.

Judices Spirenſes ad cunctorum noticiam cupimus pervenire, quod *Theodericus* dictus *Lange de Ottersheim* et *Agnes* uxor ſua conſtituti in judicio coram nobis confeſſi ſunt ſe vendidiſſe Do-

mino Abbati et Conventui *Uterine Vallis* quatuor modios siliginis dative mensure Spirensis annuos et perpetuos presentandos eis in *Landowe* usque ad Nativitatem sancte *Marie* ante quamcunque domum voluerint sine eorum periculo, laboribus et expensis pro duodecim talentis et quatuor unciis hall., que se confessi sunt ad plenum se recepisse et in usus suos convertisse & constituerunt eis bona subscripta in ypothecam quod vulgo dicitur underphant ac ipsis liberaliter unanimi consensu tradiderunt et resignaverunt bona hujusmodi publice coram nobis pro dicta pensione sub hac pena, ad quam se sponte obligaverunt, videlicet, quod si in solucione dicte pensionis in parte vel in toto fuerint negligentes, dicta bona nomine pene in crastino nativitatis ipso facto ad dictos Abbatem et Conventum proprietatis titulo redibunt libere et precise. Juravit eciam dicta *Agnes* quod ipsa bona, que asseruit esse dotem suam per se vel per alium nunquam de cetero repetat ullo modo. Confessi sunt eciam dicti *Theod.* & *A*, se dictis Abbati et Conventui bona predicta eciam in judicio seculari coram *Cunrado* dicto

 Wirt

Wirt ſculteto de *Ottersheim* et juratis ibidem ſub testimonio teſtium ſubſcriptorum tradidiſſe & publice reſignaſſe et tandem eadem bona recepiſſe a dictis Abbate & Conventu jure hereditario ipſis duobus & uni tantum heredum ſuorum ſucceſſive perpetuo poſſidenda ſub condicionibus antedictis, ut bona maneant indiviſa. Hec eſt deſcriptio bonorum, que locata ſunt pro Underphant in campo dicto *uf deme ſlur imme grunde* prope dotem duo jugera. It. duale juxta *Berthelinum* ultra viam dictam *furſterwec*. It. duale juxta *Graſewec*. It. unum jugerum prope illum de *Buligesheim* tendens ſuper *langen anewande*. It. in monte *uffe den luſzen* unum jugerum. It. dimidium jugerum juxta crucem. It. jugerum juxta *Volzonem Groſſen de Spira an der hohen anewanden*. It. in alio campo qui dicitur *ſuperior arena* ante ſilvam dictam *hart* duo jugera & dimidium *anewender*. It. unum jugerum et dimidium *zu jbenloche*. It. dimidium jugerum ultra *Mulhuſer wec*. It. dimidium jugerum in *inferiori arena* retro villam. Fidejuſſores ſuper warandia debita facienda ſunt *H*. dictus *wiſe* & *C*. ſcultetus qui dicitur *Wirt*. Acta ſunt hec

An-

Anno Domini M° CC° LXXXII° feria quarta poſt Pentecoſten (20. Maji.) coram juratis ville *Ottersheim* qui ſunt *Bernhardus H.* dictus *Wiſe*, *Heichet* Carnifex & *H.* filius ſuus, *Bergmann Heinburge*, hy jurati It. *Friderich Stolle*, *Sigulo* Colonus *Retzelini* & *C.* frater ſuus, *Hugo* filius ſculteti & tres filij Domine *Anne Hauge* & alij quam plures fide digni, in preſcripti contractus teſtimonium convocati. In cujus rei certam evidenciam, robur et memoriam hoc publicum inſtrumentum predictis Abbati et Conventui contulimus ſigilli noſtri munimine roboratum.

LIV.

Littere donacionis Domini Rudegeri militis de Otterbach & Irmengardis ſuper XXX jugera agrorum & XVI. pratorum in Landowe. 1282.

Judices Spirenſes ad noticiam Univerſorum volumus pervenire, quod Anno Domini M°CC°LXXXII°. *Rudegerus* miles dictus *de Otterbach* et *Irmengardis* uxor ſua conſtituti in judicio coram nobis publice contulerunt, tradiderunt et reſignarunt titulo donacionis inter vi-

vos Monasterio *Uterine Vallis* in puram elemosinam propter Deum XXX. jugera agri arabilis et XV. jugera ac dimidium pratorum sita in terminis civitatis *Landowe* perpetuo proprietatis titulo possidenda, cunctis suis heredibus vel coheredibus seu quibuscunque hominibus non valentibus contraire, quod apud Conventum dicti loci ipsorum donatorum ac progenitorum memoria perpetua habeatur, in cujus donacionis certam evidenciam robur et memoriam hoc publicum Instrumentum Abbati et Conventui ipsius Monasterii contulimus sigilli nostri munimine roboratum. Acta sunt hec Anno Domini prenotato coram Nobis *Eberhardo*, judice Domino *Wilhelmo* Decano *sancti Germani*, *Eberhardo* milite dicto *de Mulnhuse*, *Burkardo* filio *Andree de Gotramstein* et *H.* dicto *Vilherre* Notario judicis et aliis quam pluribus fide dignis.

Anno Domini M.CC. LXXXII. — Littere Domini *Heinrici* de *Bannacker* contra rusticos, quod debet nos defendere, tueri et manu tenere. *l. c.* p. 226.

Anno Domini M. CC. LXXXIII. — Littere Domini *Friderici Comitis de Linin-*

ningen ſuper confirmatione ſentencie contra ruſticos. *l. c. p.* 227.

Anno Domini M.CC.LXXXIII. — ſententia modo memorata contra ruſticos in generali judicio per univerſos milites. *l. c. p.* 230.

LV.

Littere ſuper Teſtamento Magiſtri Erlewini. 1283.

In nomine Domini Amen. Quoniam ut legalis ſanccio atteſtatur, humana fragilitas mortis precipue cogitacione turbata nequit memoria plures res conſequi, idcirco Ego Magiſter *Erlewinus* clericus Wizzenburgenſis licet debilis corpore, ſanus tamen mente, de extremis cogitans teſtamentum meum ordino, diſpono et ſtatuo modum in hunc. Religioſis viris Abbati et Conventui *Uterine Vallis* domum meam, quam inhabito do, lego. Item vineas meas apud *Wizzenburg* ſitas, ſcilicet duo jugera ſita *imme phlenzere* apud murum. Item dimidium juger in *Wilremarke* eisdem Abbati et fratribus do, lego. Item prefatos Abbatem et Conventum executores teſtamenti mei conſtituo et ordino,

ut ipſi univerſa legata infra ſcripta a me relicta diſtribuant, diſpenſent et ordinent, prout in hac ultima voluntate mea plenius declarabo. Volo igitur ſtatuo et ordino ut poſt meum deceſſum larga detur in carnibus, pane et vino (omiſſa: fort. *elemoſina*). Item do, lego duas libras hallenſium beginis et ſolitariis devocioribus. Item fratribus Clingenſis Monaſterii libram hallenſium. Item fratribus de domo Theutonica in *Wizenburg* libram hallenſium. Item fratribus Auguſtinenſibus in *Wizenburg* libram hallenſium. Item monialibus in *ponte ſalutis* libram hallenſium. Item monialibus in *Baden* libram hallenſium. Item Predicatoribus in Civitate Spirenſi quinque ſolidos hallenſium. Item Minoribus fratribus in *Wizenburg* quinque ſolidos hallenſium. Item ad fabricam *ſancti Petri* in *Wizenburg* decem ſolidos hallenſium. Item quatuor ſacerdotibus unctioni mee cooperantibus libram hallenſium, unicuique quinque ſolidos hallenſium *). Item ad *ſanctum Michaelem* quinque ſolidos hallenſium. Item ad fabricam *ſancti Stephani* libram hal-

*) Valor unius libræ hallenſium ſunt viginti ſolidi hallenſium.

hallensium. Item Campanariis tres solidos hallensium unicuique sex hallenses. Item quinque solidos hallensium offerendos per triginta dies. Item sacerdoti celebranti ad *sanctum Johannem* quinque solidos hallensium et triginta hallenses. Item socio suo ibidem quinque solidos hallensium. Item sacerdoti in *Gartwingart* libram hallensium. Item famule mihi ministranti et perseveranti libram hallensium. Item ancille mee *jutde*, si ad meum duraverit obitum vestes mee cedent ei exceptis tribus lectis et cultura. Ego inquam *Erlewinus* lego hec de rebus meis mobilibus, si haberi possunt constituendo, ut supra, Dominum Abbatem vel suos successores et Conventum *Uterine Vallis* fideles executores super premissis. Quidquid vero residui fuerit in rebus mobilibus pretaxatis dispertiatur monasteriis monachorum et monialium Cysterciensium per industriam Abbatis predicti, prout videbitur eidem Abbati salubrius expedire anime mee, taliter, quod summus judex *jhesus Xpus* requirat ab Abbate predicto vel suis successoribus, et sic voluntatem meam ultimam transfero in Abbatem predictum et Conventum, ne

vi-

videar decedere inteſtatus. Actum Anno Domini M°CC°LXXXIII° in vigilia beati *Thome* Apoſtoli (20. Dec.) in preſencia teſtium ſubſcriptorum, qui huic teſtamento vocati et rogati interſuerunt videlicct Domino Abbate *Arnoldo Uterine Vallis*, *H.* Priore, *Johanne* Camerario et *Johanne* Cantore monachis ejusdem loci. Item Magiſtro *Rulino* Officiali Domini Prepoſiti Majoris Eccleſie Spirenſis, *H.* plebano *ſancti Johannis* in *Wizenburg* et ſocio ſuo ſacerdote ad *ſanctum Stephanum* celebrante. Nos Magiſter *R.* Officialis Domini Prepoſiti Spirenſis ad peticionem dicti Magiſtri *Erlewini* huic teſtimonio ſigillum Domini Prepoſiti predicti ad cauſas duximus preſentibus appendendum.

Anno Domini L.CC.LXXX. quarto. Littere ſuper quibusdam bonis emtis erga *Nycholaum* de *Anthenwilre*. *l. c. p.* 234.

LVI.

LVI.

Littere ſuper tredecim maldris Siliginis cum dimidio in Scheide.

1284.

Omnibus preſencium inſpectoribus *Burcgozus de Scheide* noticiam ſubſcriptorum. Tenore preſencium publice profiteor, quod *Agnes* filia dicte *Waltſoitin de ſorhenloch* bona ſua infra ſcripta in banno ville *Scheide* ſita videlicet: quatuor jugera pratorum dicta *des ſcharphenberges wiſe*. It. dimidium quartale agrorum juxta fabricam ſitum. It. quartale agrorum ſitum ex oppoſito fontis dicti *Kwecburne*. It. dimidium quartale agrorum ſitum *uf der hole*. It. quartale agrorum ſitum ex oppoſito curie dicte *Kaltoſens hoſ* provida deliberacione prehabita mihi et meis heredibus conceſſit jure hereditario perpetuo poſſidenda ita videlicet, quod ego et mei heredes eidem *Agneti* ſuisque heredibus vel quibuscunque aliis, quibus ipſa id vendiderit, donaverit aut legaverit de eisdem tredecim modios ſiliginis et dimidium communis menſure predicte ville *Scheide* annuatim perſolvere debeamus, predictum quoque

que frumentum annis singulis ipsis aut ipsorum nuncio in Nativitate beate Virginis mensurabitur apud *Scheide* et statim sine dilacione super quamcunque domum infra duo miliaria a predicta villa *Scheide* sitam, voluerint seu elegerint annuatim nos eis prefatam pensionem debebimus sub nostris expensis, vectura et periculo presentare. Ad majorem autem certitudinem predicte pensionis ego pro me et meis heredibus ortum meum in dicta villa juxta curiam dictam *der Borechechers hof* situm pro subpignore obligavi. Ceterum omnes census de predictis bonis solvendos ego meique heredes nomine predicte *Agnetis* ejusque heredum seu eorum quibus hujusmodi pensionem ipsam vendiderit, donaverit aut legaverit; debebimus statutis terminis solvere annuatim. Ad hec omnia bona predicta semper apud seniorem inter heredes meos integraliter remanere debebunt perpetuo indivisa, quocunque vero anno ego vel mei heredes dictam pensionem contra voluntatem ipsius *Agnetis* aut eorum, quibus tunc fuerit persolvenda, non persolverimus plene in termino supra dicto, ipso facto omnia bona predicta

cum

cum ipſo ſubpignore ad ipſam *Agnethim* ſeu ad eos, quibus tunc ſolvenda erit penſio ſupradicta, ſine contradictione cum omni jure libere devolvi debebunt. Adjectum eſt eciam, quod quibuscunque prefata *Agnes* predictam penſionem in parte vel in toto vendiderit, donaverit aut legaverit eisdem in omnibus predictis ſicut et ipſi *Agneti* ego et mei heredes debebimus ſecundum modum preſcriptum per omnia obedire. In premiſſorum omnium robur et teſtimonium honorabiles Domini judices Spirenſes et Dominus *Richwinus de Schonenburc* Canonicus Eccleſie Spirenſis, qui gubernat officium ſculteti prefate ville *Scheide* ſigilla ſua ad meam et prefate *Agnetis* peticionem preſentibus appenderunt. Nos judices Spirenſes et *Richwinus de Schonenburg* Canonicus Eccleſie Spirenſis ſupra dicti ad preces predictorum *Burgozzi* et *Agnetis* noſtra preſentibus ſigilla appendimus in evidenciam omnium predictorum. Datum feria ſexta poſt feſtum omnium ſanctorum (3. Nov.) Anno Domini M°CC° LXXX°. quarto.

LVII.

LVII.

Littere ſuper octo Uncijs hall. in Offenbach. 1284.

Univerſis Xpi fidelibus preſentes litteras inſpecturis Magiſter *Rulinus* Officialis Domini Prepoſiti Majoris Eccleſie Spirenſis credere ſubnotatis. Ad noticiam univerſorum volumus pervenire quod conſtituti coram nobis in figura judicii procuratores Monaſterii *Uterine Vallis* videlicet fr. *Rudegerus* et fr. *Heinricus* confeſſi ſunt ſe nomine Abbatis et Conventus conceſſiſſe curiam ſuam ſitam in *Offenbach* apud fontem Domino *Abbeloni* militi ibidem ſuisque heredibus jure hereditario poſſidendam pro octo unciis hall. ſibi annuatim in feſto ſancti *Martini* perpetuo perſolvendis, dictus vero Abbelo et uxor ſua *Xpina* communicata manu et unanimi conſenſu curiam ſuam quam inhabitant in jam dicta villa obligaverunt ypothece titulo quod vulgo dicitur underphant prelibatis Abbati et Conventui *Uterine Vallis*, ſub tali condicione, ut ſi quando dictus *Abbelo* miles vel ſui ſucceſſores cenſum prehabitum ſolvere neglexerint termino ſupra ſcripto, ex tunc utre-

utreque curie cum ſuis attinentiis cedent predicto Monaſterio jure proprietatis perpetuo poſſidende, cunctis heredibus jam dicti *Abbelonis* militis vel coheredibus ſeu quibuscunque hominibus non valentibus contra ire. Nos igitur ad peticionem parcium duo paria litterarum eundem tenorem habencia conſcribi fecimus utrique parti unam dantes, quibus ſigillum noſtrum appoſuimus in premiſſorum robur et perpetuum firmamentum. Acta ſunt hec Anno Domini M°CC°LXXX° quarto feria ſecunda ante feſtum beati *Martini* (6.Nov.) coram teſtibus ſubnotatis, *Gerhardus* & *Ramungus milites* de *Offenbach*, *Anſelmus* de *Nuzdorf*. It. *Wolframus* & filius ſuus *Johannes* de *Offenbach*, *Rudegerus Butenkeimer* & frater ſuus *Dithericus*. Item *Cunradus* Sutor.

LVIII.

Littere cujusdam aree dicte Zume Schelren. 1285.

Judices Spirenſes. Anno Domini M°CC°LXXX°V°. in craſtiuo converſionis beati *Pauli* Conſtituti coram nobis in judicio *Heilmannus* prebendarius

Ecclesie Spirensis dictus *de Vado* tutor seu curator quatuor puerorum *Cunradi* sororii sui dicti *Schelre* pistoris una cum ipso *Cunrado* confessi sunt se vendidisse justo vendicionis titulo Domino Abbati et Conventui Monasterii in *Uzerstal* Cist. Ord. Spir. Dyoc. quandam aream contiguam domui ipsius *Cunradi* et domui ipsorum monachorum retro Ecclesiam sancti *Mauricii* sitam ipsis pueris scilicet *Adelheidi*, *Methildi*, *juthe* & *Elizabet* attinentem pro decem et novem libris hall. pecunie numerate, in utilitatem ipsorum puerorum converse, ut dicebant, confessi sunt etiam, quod ipsam aream nomine puerorum venditam ipsis Abbati et Conventui seu *H. Kaufmanno* confratri eorum procuratori eorum constituto coram judice seculari scilicet *H. Cluphel* sculteto Spirensi tradidissent et resignassent presentibus *Volzone* in *Salzove*, *Guntramo* in *hertgazeu*, *Rudolfo Razeman*, *Cunrado de Vorst*, & *Benzone* dicto *Griben* pro testibus ad hoc vocatis et per dictum scultetum super hoc eis datis. Ad majorem etiam evidentiam premissorum, dicti *Cunradus* & *Heilmannus* una cum *Adelheide* & *Methilde* duobus pueris

pre-

predictis etatis legittime exiſtentibus dicto fratri *H.* et *Gerlaco* Cellerario dicti Monaſterii nomine ipſorum Abbatis et conventus dictam aream tradiderunt etiam coram nobis et publice ac liberaliter reſignarunt, caverunt etiam et fidejuſſores ſe in ſolidum conſtituerunt predicti *Heilmannus*, *Cunradus* et duo pueri predicti ſcilicet *Adelheidis* et *Methildis* pro duobus aliis pueris infra annos conſtitutis ſcilicet pro dicta *jutha* et *Elizubet*, quod ipſi cum ad annos maturos pervenerint, etiam reſignent ipſis monachis ipſam aream et quod ratam habeant dictam vendicionem et etiam pro plena warandia aree antedicte. In cujus rei teſtimonium ad preces parcium has litteras noſtro ſigillo communimus. Actum anno Domini M°CC°LXXXV°. in Craſtino Converſionis beati *Pauli* ante dicto. (26 Jan.)

LIX.

Littere super VI. libras hall. ex parte Rudegeri et Irmengardis super eorundem bonis in Brunneheim apud Landowe. 1285.

Nos Consules et Scabini de Civitate *Landowe* tenore presencium ad noticiam Universorum volumus pervenire, quod cum *Rudigerus miles de Otterbach* et uxor sua *Irmengardis* Zelo Divine gracie inflammati Abbati totique Conventui *Uterine Vallis* bona sua sita in Marchia ville quondam dicte *Brunneheim* apud *Landowe* videlicet triginta jugera agrorum et quindecim jugera pratorum ac dimidium contulerint ac tradiderint donacione inter vivos et publice in figura judicii Spirensis resignaverint vero ac perpetuo proprietatis titulo possidenda, ipse et conventus predicta bona eodem anno *Cunrado* dicto *Kaudtemar* civi Landowensi suisque heredibus, sicut jam pridem a predictis donatoribus concessa fuerant, locaverunt et concesserunt jure hereditario perpetuo possidenda pro sex talentis hall. ecclesie sue perpetualiter in curiam eorundem in *Landowe* annis singulis persol-

ſolvendis diviſim, media parte in feſto ſancti *Martini*, et reliqua in feſto ſancti *Jahannis Baptiſte* ſub tali condicione, quod ſi dictus *C.* vel ſui heredes ſupra ſcriptis diebus terminalibus cenſum prehabitum ſolvere neglexerint, inducias habebunt ad quindenam immediate ſequentem ſolvendi eosdem cenſus ſub tali forma, quod ſi tunc negligentes extiterint in ſolvendo dictos cenſus, ex tunc predictus Abbas ſuusque Conventus eosdem cenſus ab ipſis requirent ſecundum jus et conſuetudinem civitatis Landowenſis et ad hoc exequenda bona preſcripta una cum aſſignatis pro Underphant ſepedicto Abbati et Conventui erunt obligata titulo hypotece. Hec autem ſunt bona pro underphant aſſignata, videlicet ſex jugera agrorum et dimidium in quatuor partibus ante ſilvam marchie *Queicheim*. It. unum et dimidium ſupra viam que dicitur *Rodewec*. It. tercia pars jugeri non longe ab eisdem. It. dimidium jugerum ultra viam predictam *Rodewec*. It. duo dualia verſus vallem que tenditur juxta *Nusdorf* almende. It. duo jugera in duobus locis ultra viam que venit à *Spira* in *Landowe*. It. unum juger juxta viam que ver-

vergit à *Landowe* in *Nusdorf*. Ii. dimidium juger juxta inferiores arbores *Burnheim*. It. duale ſupra viam que venit à *Landowe* verſus *Nusdorf*. It. unum et dimidium ſupra *Calcoven*. It. unum juger et dimidium que tendunt ſupra viam que venit a *Spira* in *Gotrameſtein*. It. duale juxta Almeindam *Nusdorf*. Item duale juxta agrum Domine que dicta éſt *Habeniten*. Item dimidium juger ſupra viam que venit à *Spira* in *Gotrameſtein*. It. dimidium juger apud *Geitingen*. It. duo jugera et dimidium ſupra Almeinde *Mulnhuſen*. It. dimidium ſuper eandem Almeindam. It. duale ſupra viam qua venitur a *Spira* in *Gotrameſtein*. It. quinque jugera preter quartale in quatuor locis ſita *imme Steingeboze*. It. duale vinee ſupra Almendam *Landowe*. It. tria jugera pratorum in duobus locis ſupr a viam que tendit ultra viam que venit a *Lutramesvors* verſus *Rodenwec*. It. unum juger ſupra eandem viam juxta predictam Dominam *Habeniten*. It. Undecim jugera et dimidium ſupra eandem viam. Interpignus additum et obligatum pro antedictis cenſibus ſunt duo jugera agri ſita in marchia *Utzingen*

gen et finiencia ſupra marchiam *Volmesheim*. De omnibus hijs bonis dabit dictus *C.* et ſui heredes annuatim ad Capellam in *Brunheim* viginti hallenſes. In horum omnium perpetuum firmamentum preſens ſcriptum ſepedictis Abbati et Conventui contulimus ſigilli noſtri munimine roboratum. Datum Anno Domini M°CC° octogeſimo quinto menſe februario.

LX.

Littere donationis Waltheri ſuper omnia bona ſua in Schiverſtat et in Wachenheim. 1285.

Judices Spirenſes. Anno Domini M° CC°LXXX°V. feria quinta poſt Dominicam *jubilate* (7. Junii.) *Waltherus* filius quondam *Diemari militis de Schiverſtat* donacione inter vivos dedit, tradidit et reſignavit publice coram nobis Domino Abbati et Conventui de *Uzerstal* curiam ſuam, jugera campeſtria prata et alia bona que habet in Schiverſtat et habuit dicta die quocunque nomine cenſeantur, una cum vineis ſuis in *Wachenheim*, nec non univerſa et ſingula bona ſua que nunc habet vel

 ac-

acquiret in futurum, cum pleno jure sibi in hijs competenti tam mobilia quam immobilia, ita quod ipsum pascent seu expensas ei dabunt ad tempus vite sue, ita quod comedet in domo Domini Abbatis omni die et annuatim ipsi Abbas et Conventus ipsi *Walthero* de dictis bonis dabunt viginti modios siliginis, quinque ulnas grisei panni, calcios et caligas ad suam necessitatem dum vixerit. Hoc adjecto si idem *Waltherus* ab eis recesserit, triginta modios siliginis annuatim sibi dabunt et nullos calcios, pannum, caligas vel expensas, sed pro omnibus triginta modios, ut est dictum, nec ipse *Waltherus* donacionem predictam poterit nunc vel imposterum retractare. Hujus rei testes sunt multi qui continentur in littera sigillata, et *Gerlacus* Cellerarius nomine Abbatis et Conventus in *Uzerstal* ad hoc missus ab ipso *Walthero* recepit coram nobis tradicionem et resignacionem bonorum predictorum super quibus omnibus actis coram nobis ad rogatum parcium damus has literas nostro sigillo communitas. Actum ut supra.

Anno

Anno Domini M. CC. LXXX. quinto. — Littere ſuper lite ſedata de prato in *Geroltsheim* ſito. *l. c. p.* 235.

LXI.

Ad S. Martinum. Littere ſuper curiam & vineas. 1285.

Judices Spirenſes. Noverint univerſi preſencium inſpectores, quod conſtitutus in judicio coram Nobis *Heinricus* plebanus Eccleſie *ſancti Martini* ſub *Cropfesberc* donatione inter vivos tradidit et reſignavit liberaliter et publice coram nobis bona infra ſcripta, retento ſibi uſu fructu bonorum eorundem tantum ad tempora vite ſue Abbati et Conventui *Uterine Vallis* nomine ipſius monaſterii, ſcilicet: Curiam ad *ſanctum Martinum* cum ſuis pertinenciis que fuit quondam *Anshelmi*. It. unum juger vinee, quod fuit *Burkardi* dapiferi. It. juger vinee, quod fuit *Theoderici*. Item juger vinee in *Vorſt*, quod fuit *Herbordi*, It. juger vinee, quod fuit dicti *Schulere* et juger vinee in *Bubenwilre*, recognoſcens quod ipſe plebanus et quondam Ella ejus neptis etiam antea dicta bona coram ſculteto et ju-

ratis apud *ſanctum Martinum* prefatis Abbati et Conventui tradiderunt, quem uſum fructum bonorum predictorum ipſe plebanus ſibi retinuit, ſubſtancia bonorum ipſis Abbati et Conventui ſemper ſalva, et in recognicionem translati dominii promiſit eisdem Abbati et Conventui ſolidum hallenſium annuatim, dum vixerit, in feſto beati *Martini* ſe daturum. In cujus rei evidenciam damus prefatis Abbati et Conventui has patentes litteras ad rogatum ipſius *H.* plebani noſtro ſigillo communitas. Acta ſunt hec in vigilia nativitatis ſancte *Marie* (7. Sept.) Anno Domini M°CC° LXXXV° preſentibus *Rudungol* et *Arnoldo de Bernhuſen* prebendariisSpirenſibus Magiſtris *Johanne* et *Gerwico* Advocatis, fratre *H.* antiquo Cellerario, fratre *Hunberto* et fratre *H.* Magiſtro Curie *Erneſto* et aliis fide dignis.

Anno Domini M. CC. LXXX. quinto. — Littere donationis, quod bona in *Queichheim* debent cedere infirmis et decumbentibus in Monaſterio *Uterine Vallis. l. c. p.* 236.

Anno Domini M. CC. LXXXVI. — Littere ſuper abſolucione quorundam bonorum in *Lachen. l. c. p.* 238.

Anno

Anno Domini M. CC. LXXXVI. — Littere ſuper compromiſſione in arbitros circa ſilvam juxta *Lobium. l. c. p.* 239.

Anno Domini M. CC. LXXXVI. — Littere ſuper lite ſopita de ſylva *Loyben* inter nos et Conventum in *Hornbach. l. c. p.* 242.

LXII.

Littere ſuper libertatibus in Swebechingen et in Burnheim. vid. an. 1268. menſe febr. 1286.

Nos *Emicho Comes de Liningen* et *Katharina* conjugales ac Univerſitas Civitatis *Landowe* Univerſis preſentem litteram inſpecturis ſeu eciam audituris veritatis teſtimonium acceptare. Licet affectu ſincero religionem Cyſtercienſem cunctis merito venerandam univerſaliter diligamus, precipue tamen eccleſiam beate Virginis de *Uterina Valle* gratia ſpecialis amoris proſequimur et favoris, hinc eſt, quod ejusdem eccleſie de *Uterina Valle* utilitati pariter et quieti quantum poſſumus in diſtrictu noſtro et nunc et in poſterum providere volentes, quasdam libertates, quas pro ſalute animarum noſtrarum et interven

tu

tu dilecti nobis *Arnoldi* Abbatis et fratrum suorum dicte Ecclesie concedimus presenti cedule duximus annotandas, inprimis videlicet indulgentes, ut in civitate nostra *Landowe* à theloneo et eo jure quod dicitur *Ungelt*, a censu de area, quam in eadem possident civitate et ab omni censu seu exactione ab aliis solvendis hominibus prefata *Uterine Vallis* ecclesia sit libera penitus et exempta, excepto eo, quod de vino, quod in predicta civitate vendunt seu vendent, solvere debent hoc quod volgariter dicitur *Ungelt* in futurum, de vino inquam, quod vendent ad brocam. Preterea permittimus ecclesie memorate, quod de bonis in *Burnheim*, que nunc habet, nullam exactionem cuiquam de cetero solvere teneantur. De dimidio eciam maldro avene, que vulgo *Schutzhaber* appellatur, ipsam in *Damheim* absolventes. Insuper quoque in *Swebechenheim* de eo jure, quod *Wegerume* volgariter nuncupatur, antedictam *Uterine Vallis* ecclesiam decrevimus fore liberam et quietam. Et ut hec nostre donacionis auctoritas in omne tempus reliquum perpetuam obtineat firmitatem, presentem cedulam necessarium sta-

ſtatuimus noſtrorum ſigillorum munimine roborandam. Datum apud *Landowe* Anno Dominice Incarnacionis M°CC° octogeſimo ſexto.

LXIII.

Littera penalis ſuper V. libr. hall. & XX. maldra ſilig. & XX. maldra ſpelte ad hoſpitale in Spira. 1286.

Judices Spirenſes. Noverint preſencium inſpectores, quod coram nobis in judicio probatum eſt, quod quondam *Gotsmannus* civis Spirenſis jacens in extremis, mentis ſuæ compos, licet eger corpore, volens ſaluti anime ſue providere, ſuum condidit teſtamentum et fecit in hunc modum, ſcilicet quod quinque libre hall. annui cenſus, qui dantur per Magiſtros hoſpitalis et viginti modii Siliginis et viginti modii ſpelte annue et perpetue penſionis, qui dantur annuatim de bonis ipſius *Gotsmanni* in terminis ville *Bellenheim* ſitis, vendi debent, quolibet anno per Magiſtros novi hoſpitalis et cum denariis inde provenientibus una cum quinque predictis infirmis ibidem ad prebendam eis prius deputatam, que nihilominus eis

eis dabitur, comparari et dari carnes recentes quolibet anno perpetuo bis in ſeptimana ſcilicet in ſecunda et in quarta feria, et ſi tunc ſunt dies jejunii, recentes piſces, albi panes et bonum clarum vinum, in quantum dicti reditus Siliginis et Spelte ſeu denarii inde provenientes et dicte quinque libre hall. ſe extendunt, ſeu de hiis habere poteſt, quolibet abſente dolo, quod ipſis Magiſtris faciendum fideliter commiſit in animas eorum et ſuper juramentum per Magiſtros, qui nunc ſunt vel erunt in hoſpitali preſtitum ſeu preſtandum hoſpitali, hac pena adjecta, quod ſi ipſi Magiſtri aliquo anno vel ſeptimana predicta non fecerint ut eſt dictum, Dominus Abbas et Conventus de *Uttersta*l habebunt plenam poteſtatem dicta bona ad ſe trahendi et ſibi retinendi, ita quod quatuor remedia inde faciant et inter fratres Conventus ibidem ſingulis terminis quatuor temporum anni in piſcibus, albo pane et in vino pro ſervicio proportionaliter dividant redditus ante dictos et dictas quinque libras, ſicut fieri eſt conſwetum, ut tunc memoriam animarum ipſius *Gotsmanni* et *Selfridis* uxoris ſue defunctorum faciant

ciant et habeant, alioquin dicti reditus redibunt ad hoſpitale, ſi autem venit in dubium dictos reditus infirmis hoſpitalis eſſe diſtributos et datos integre, ut eſt dictum, ſi Abbas et Conventus predicti carere noluerint, magiſter exiſtens in hoſpitali, Celleraria ſeu procuratrix infirmorum et cocus ibidem, quorum juramento crederetur, in hac parte jurabunt, ſe infirmis dictos reditus integre miniſtraſſe et dediſſe, ut tenentur, dabunt et miniſtri hoſpitalis ſingulis quatuor temporibus anni ſacerdoti novi hoſpitalis ſimulam unam, que emitur pro duobus hallenſibus et plebano ſancti *Georii* unam, ut Anniverſarium *Gotsmanni* et uxoris ſue peragant, ut tenentur, et per populum eorum memoriam facere rogent in Eccleſiis eorum, que ſimule dabuntur de bonis antedictis et quicunque bona ſeu redditus habuerint, easdem ſimulas eis dabunt. In cujus rei evidenciam ad preces *Conradi de Wintdernheim*, *Conradi de Wizenburg* et *Heiderime* ſororis quondam *Gotsmanni* executorum teſtamenti ejusdem ſigillum noſtrum una cum ſigillo *Johannis* plebani ſancti *Georii* Confeſſoris, *Gotsmanni* et *Johannis* Notarii Civium *Spirenſium*

ſium qui teſtamentum ſcripſit, hijs duximus appendendum. Datum Anno Domini M°CC°LXXXVI.

LXIV.

Littere donacionis bonorum in Hohenſtat. 1287.

Judices Spirenſes tenore preſencium ad noticiam univerſorum volumus pervenire, quod Anno Domini M°CC° LXXX°VII°. Conſtituta coram nobis in figura judicii Venerabilis matrona Domina *Elizabeth* dicta *Greven* univerſa bona ſita in *Hohenſtat*, que ante duos annos preſentibus ſcabinis predicte ville Eccleſie *Uterine Vallis*, ut confitebatur, tradidit in puram elemoſynam propter Deum, ad dictam donacionem confirmandam et ratificandam donacione inter vivos tradidit et reſignavit fratri *H.* antiquo cellerario et fr. *H.* Magiſtro curie in *Spira* nomine dicte eccleſie vero ac perpetuo proprietatis titulo poſſidenda, renuncians pro ſe ſuisque heredibus ſeu coheredibus omni juris auxilio, quo dicta donacio poſſet inpoſterum infirmari, fietque ei vive et defuncte, quod in litteris ſuper hoc confectis et ſi-

ſigillo monaſterii ſigillatis plenius continetur. In cujus donacionis perpetuum argumentum hoc publicum inſtrumentum ad rogatum ipſius donatricis prefato monaſterio contulimus ſigilli noſtri munimine roboratum. Actum die ſancte *Scolaſtice* virginis (10. Febr.) anni prenotati, coram teſtibus ſubnotatis in preſcripte donacionis teſtimonium convocatis, qui ſunt *Waltherus* Notarius, *Bertoldus* plebanus ſancti *Mauritii* & frater ſuus *Cunradus*, *Fridericus* de *Garthahe*, *Suicgerus* de *Bruſſella*, *H. Keller* et alii quam plures fide digni.

LXV.

Littere donationis bonorum in Bubenwilre. 1287.

Judices Spirenſes. Tenore preſencium ad noticiam Univerſorum volumus pervenire, quod anno Domini M°CC° LXXX° ſeptimo in die ſancte *Scolaſtice* virginis (10. Febr.) conſtitute coram nobis in figura judicii venerabilis matrona Domina *Agnes* dicta *de Walhalben* et filie ſue *Drutlint* et *Lucgart* contulerunt, tradiderunt et reſignaverunt donacione inter vivos univerſa bona ſua,

 que

que habent in marchia ville *Buwenwilre* in vineis, redditibus, domibus ſeu quocunque vocabulo cenſeantur, Fratri *H.* Cellerario et fr. *H.* magiſtro curie in *Spira* nomine Monaſterii *Uterine Vallis* in puram elemoſinam propter Deum vero ac perpetuo proprietatis titulo poſſidenda, retento ſibi nichilominus uſufructu in eisdem bonis tantum tempore vite ſue, ipſis vero decedentibus proventus dictorum bonorum cedent integraliter monaſterio prelibato et fient de ipſis remedia pro animabus earum, prout in litteris ſuper hoc confectis et ſigillo prefati monaſterii ſigillatis plenius continentur, et renunciaverunt pro ſe ſuisque heredibus ac coheredibus omni juris beneficio canonici vel civilis, per quod dicta donacio poſſet in poſterum infirmari. In cujus donacionis perpetuum argumentum hoc publicum inſtrumentum ad rogatum ipſarum donatricum prefato monaſterio contulimus ſigilli noſtri munimine roboratum. Actum Anno et die prenotatis coram teſtibus ſubnotatis in preſcripte donacionis teſtimonium convocatis, qui ſunt *Waltherus* Notarius, *Bertholdus* plebanus ſancti *Mauricii* et frater ſuus *Cun-*

Cunradus, *Fridericus de Gartahe*, *Swicgerus de Bruſſella*, *H. Keller* et alii quam plures fide digni.

LXVI.

Super bonis Domini Erphonis Decani ſancti Widonis. 1287.

Coram Nobis judicibus Spirenſibus in forma judicii conſtitutus Dominus *Erpho* Decanus Eccleſie ſancti *Widonis* Spirenſis vendidit et tradidit et ſe vendiſſe et tradidiſſe publice eſt confeſſus, curiam ſuam cum ſuis attinentiis ſitam uffe dem ſande in villa *Ditensheim* ac vineas nec non univerſa bona ſua, que habet in marchia ejusdem ville *Ditensheim* Venerabilibus in Xpo Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* et eorum Monaſterio memorato pro pretio centum et decem librarum hallenſium uſualium et bonorum, quod utique pretium confeſſus eſt prefatus Dominus Decanus ab eisdem Abbate et Conventu plene et integraliter recepiſſe et in ejus utilitatem fore converſum, transferens in eosdem Abbatem et Conventum nec non Monaſterium eorum predictum poſſeſſionem, proprietatem, dominium et

 aliud

aliud quodlibet jus, quod ſibi in dictis bonis competere poterat aut debebat, conſtituit etiam ſe warandum eorundem bonorum generaliter adverſus omnem hominem, ut eſt juris, renuncians publice et expreſſe exceptioni pecunie non numerate, non ponderate, non tradite, nec recepte, nec ſolute, doli mali, in factum actioni, beneficio reſtitucionis in integrum, et quo deceptis ultra dimidium juſti pretii ſubvenitur, nec non litteris ſeu privilegiis quibuscunque à ſede Apoſtolica vel aliunde impetratis aut impetrandis ſub quacunque forma cunctisque juris clauſulis Canonici et Civilis, Conſuetudinarii et ſtatuti publici et privati quibus juvari poteſt quoquo modo, contra preſentem vendicionis contractum in judicio vel extra per ſe vel per alium aut per alios in poſterum vel ad preſens. In quorum evidentiam et probationem perpetuam ſigillum curie Spirenſis appendi fecimus ad preſentes. Ad peticionem Domini Decani ſupradicti. Datum et Actum Anno Domini M°CC°LXXX ſeptimo, feria tertia ante feſtum Aſcenſionis Domini, (24. Maij) preſentibus Magiſtro *Marcio* Canonico ſancti *Germani*, Magiſtro

H.

H. Phisico Canonico ſancti *Widonis*, Domino *Johanne* prebendario ejusdem ſancti *Widonis* eccleſiarum Spirenſium, *Walthero de Slegeltal* et *Cunrado* tabellione curie Spirenſis et aliis quam pluribus fide dignis ad hoc vocatis ſpecialiter et rogatis.

Anno M. CC. LXXX. octavo. — Littere donationis ſuper vineas Domini *Hartmudi* in *Didensheim*. *l. c.* p. 244.

Anno Domini M.CC.LXXXVIII. — Littere ſuper abſolutione unius Urne olei, quam dedimus Eccleſie in *Mornesheim*. *l. c.* p. 245.

LXVII.

Littere ſuper prato in Genſen. 1288.

Nos *Alexander* Decanus totumque Capitulum Eccleſie Spirenſis notum facimus preſencium inſpectoribus univerſis, quod nos communi tractatu locavimus et confitemur nos locaſſe in emphiteoſim *Hedewigi* ſorori Domini *Cunradi* preſcripti prebendarii quondam Eccleſie Spirenſis dicti de *Gospolczheim* et ſuis heredibus pratum quod dictus quondam prebendarius Eccleſie noſtre Spirenſis legavit, quod idem preben-

darius olim emit a *Diterico de Dudenwilre* ſitum in terminis ville *Genſſen* pro annuo cenſu duorum modiorum tritici nobis annis ſingulis dando et preſentando a dicta *Hedewige* et ſuis heredibus, ut eſt ſubſcriptum, in civitate Spirenſi ſuper granarium noſtrum in feſto Nativitatis beate Virginis *Marie* vel ante non obſtante grandine, exercitu et ſterilitate ſeu alio caſu fortuito qualicunque ipſius *Hedewigis* et heredum ſuorum periculo, laboribus et expenſis ita videlicet quod poſt mortem dicte *Hedewigis* ſenior ſemper ejus herès dictum pratum habeat, poſſideat et nos de cenſu annuo expediat, quemadmodum eſt preſcriptum pro indiviſo et ſic de uno herede ſeniore poſt mortem ejus in tunc heredem ſeniorem viventem dictum pratum in diviſum transiet in perpetuum ſucceſſive fraude et dolo penitus circumſcriptis. Et ſi dicta *Hedewigis* et ejus heredes ſeu heres ſenior, ut eſt dictum, in ſolucione dicti annui cenſus aliquo anno ſeu termino fuerint negligentes aut remiſſi, quod abſit, ex tunc dictum pratum ad nos absque qualibet contradictione devolvetur, quod vulgariter dicitur *ufgeholt*, poſt

post quindenam proximam a dicto termino numerando et nobis liberum et locandum cuicunque voluerimus dictum pratum integraliter remanebit. In quorum evidenciam et probacionem perpetuam prefate *Hedewigi* et suis heredibus has litteras sigillo judicum Spirensium tradidimus sigillatas, quod ad nostram peticionem presentibus est appensum. Et nos judices Spirenses sigillum nostrum ad peticionem Venerabilium in Xpo Dominorum Decani et Capituli predictorum appendimus hijs litteris in testimonium omnium premissorum. Datum et Actum Anno Domini M°CC°LXXX°VIII°. In Crastino beati *Johannis Baptiste.* (25. Junii.)

LXVIIII.

Littere super terciam partem bonorum Sigelonis dicti Groz de nova Civitate. 1288.

Ego *Sigulo* dictus *Groz* civis *Nove civitatis* tenore presencium publice profiteor et protestor, quod cum ego jam dudum accedente consensu et libera voluntate *Kunegundis* uxoris mee *Sigulonem* scolarem filium *Wernheri* filii

mei in tercia parte bonorum meorum mobilium et immobilium poſt obitum ſeu deceſſum felicis memorie conjugis mee jam pridem defuncte cum predicta *Kunegunde* quomodolibet conquiſitorum et quocunque titulo poſſeſſorum heredem legittime conſtituerim et mihi deputaverim ac ſubſtituerim ſucceſſorem, *Bertoldo* dicto *Gans* tunc ſculteto *nove Civitatis* ipſi *ſiguloni* nepoti meo tutore ad conſervacionem eorundem bonorum a me legittime deputato et provide conſtituto, coram quo *B.* ſculteto judicio preſidenti per ſentenciam eſt obtentum et lucide declaratum, quod ſepedicta bona absque quolibet prejudicio filiorum ſeu quorumlibet heredum meorum et nulla eorum contradictione obſtante cuicunque mihi placet libere dare poſſum, et nunc idem *Sigulo* nepos meus Monaſterium in *Uzerstal* divina inſpiracione voluntarie ſit ingreſſus de tutoris ſui prefati conſenſu, poſt ſuam recepcionem divino nutu libere conferens ſe et ſua. Ego pie devocioni et ſalubri ejus ad Deum converſioni affectu pio congratulans et congaudens ejus quoque donacionem prefatam dicto monaſterio factam approbans et quantum poſ-

possum et debeo ratificans et confirmans loco dicti *Sigulonis* nepotis mei Cenobium ipsum in *Uzerstal* heredem prefate tercie partis bonorum meorum mobilium et immobilium ordino et constituo pleno jure, precise volens, ut in ipsa tercia parte loco dicti pueri hereditario jure mihi succedat monasterium memoratum nullius impediente contradiccione qualibet vel obstante. Ita tamen quod de universitate dictorum bonorum meorum cum *Kunegunde* prefata conquisitorum, excipio redditus sex maldrorum Siliginis et redditus unius ame vini, excipio etiam dimidium juger vinee situm in *Didensheim*, que pro remedio anime mee deputavi aliis piis locis. Sepedictam itaque terciam partem bonorum meorum prefatum puerum, imo loco ipsius dictum cenobium jure hereditario contingentem de voluntate et assensu prefate *K.* uxoris mee jam voluntarie et libere resignavi et de consensu antedicti tutoris à Venerabili Domino Abbate in *Uzerstal* pro annuo censu recepi retento mihi de voluntate ipsius Abbatis usufructu in ipsis bonis pro tempore vite mee et libera facultate utendi bonis ipsis et pro necessitate

manifesta et evidenti. si ingruerit, bona eadem distrahendi vel etiam commutandi absque dolo quolibet et prejudicio Monasterii memorati, Profiteor insuper per presentes, quod ego preter terciam partem predictam redditus octo maldrorum Siliginis, que habeo in *Veningen* donacione inter vivos de consensu *K.* uxoris mee predicte eidem monasterio in *Uzerstal* in remedium anime mee tradidi seu donavi, de quibus taliter ordinavi, ut monachis ejusdem loci anniversarium meum et dicte *K.* uxoris mee et nostrorum progenitorum bis in anno agentibus scilicet feria quarta quatuor temporum post Dominicam *invocavit* et feria quarta ebdomade pentecostes eisdem diebus refectio procuretur. Actum in *Nova Civitate* Anno Domini M°CC°LXXX° octavo, presentibus discretis viris *Johanne* sculteto *nove Civitatis* et *Johanne* Magistro Civium ibidem, *Hermanno* dicto *Mezeler*, *Gotsmanno*, *Brungero*, *Heilmanno* filio *Sigulonis de Durenkeim*, *Gotfrido* dicto *Kescelrinc*, *Bertramo de Vischelingen*, *Bertoldo* dicto *Gans*, in horum itaque robur et perpetuam firmitatem presentes litteras sigillo *Nove Civitatis* pecij communiri. LXIX.

LXIX.

Littere ſuper decem ſolidos in vico Cerdonum. Ad pytanciam.

1289.

Coram nobis judicibus Spirenſibus in forma judicii conſtituta *Margareta* converſa filia dicti de *Gumersheim* redditus decem ſolidorum hall. ſuper curia *Cunradi de Tanneſtat* ſita in Civitate Spirenſi apud *Schetzelinum* viris religioſis Abbati et Conventui in *Uzerstal* donavit et tradidit pro ſubpignore in ſolucionem duarum librarum hall. quas ipſa *Margareta* de domo ſua ſita etiam in civitate Spirenſi apud Predicatores prefatis Abbati et Conventui dare tenetur annis ſingulis nomine cenſus, quos quidem redditus decem ſolidorum hall. prefatus *Cunradus de Tanneſtat* eciam in noſtra preſencia in jure conſtitutus promiſit annis ſingulis pro ſe et ſuis heredibus dare et aſſignare absque fraude ſupradictis Abbati et Conventui, ſuſcipiens dictam ſuam curiam coram Nobis à Monaſterio memorato. Prefata eciam *Margareta* promiſit dictos fratres in dictis redditibus eis ab ea pro ſubpignore obligatis nullo modo de ce-

cetero inpedire. In quorum evidenciam sigillum nostrum appendi fecimus ad presentes ad peticionem parcium predictarum. Datum Anno Domini M°CC° LXXX°IX°, feria sexta post Purificationem beate virginis *Marie*. (4. Febr.)

Anno Domini M.CC.LXXX.IX. — Littere Compromissionis in alios arbitros super *Heingereide*. *l. c.* p. 246.

Anno Domini M. CC. LXXXIX. — Littere super sententiam datam contra rusticos per juris peritos super *Heingereide*. *l. c.* p. 251.

Eodem anno sententia modo dicta contra rusticos per jurisperitos et milites. *l. c. p.* 255.

LXX.

Littere donacionis bonorum in Bebingen in recompensam bonorum in Otterstat. 1289.

Coram nobis judicibus Spirensibus constitutus in jure *Volmarus* dictus *Knolcz* civis Spirensis, omnia et singula, que Domina *Bertha de Rorhus* relicta quondam *Heinrici an der ecke* fecit, ordinavit et dispofuit de bonis in *Bebingen* et de bonis suis universis que ha-

habuit in Civitate Spirensi, qne dudum se asserit donasse eidem Domine *Berthen* et banno, excepta sua curia, quam inhabitat sita in civitate spirensi, que quidem bona universa dicta Domina *Bertha* Abbati et Conventui Monasterii de *Uzerstal* in *Bebingen* predicta in recompensam bonorum ipsorum Abbatis et Conventus in *Otterstat* sitorum dicto *Volmaro* Donatorum ab eisdem Abbate et Conventu donavit et tradidit et bona que habuit in banno Civitatis Spirensis predicta, excepta dicta curia in recompensam eorundem bonorum de *Otterstat* et donatorum *Cunrado Stella* civi Spirensi donavit pro bonis suis in *Bebingen* sitis quibuscunque, que idem *Stella* dictis Abbati et Conventui pro dictis bonis in *Otterstat Knolczoni* donatis donavit et tradidit in recompensam eorundem, ratificavit et rata habere promisit, nec contra ea aliqualiter facere vel venire, prout in litteris nostris nec non Civitatis Spirensis ac dicti Abbatis et Conventus plenius est expressum. In quorum evidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Anno Domini M°CC°LXXX°IX. feria sexta post *Letare*. (25 Martii.)

LXXI.

LXXI.

Concambium inter bona in Bebingen et Otterſtatt. 1289.

Nos judices, conſules nec non Univerſi Cives Spirenſes notum facimus preſencium inſpectoribus univerſis, quod nos litteram ſubſcriptam nobis ab honeſta matrona Domina *Bertha* filia quondam *Wernheri de Rorhus* relicta quondam *Heinrici an der ecke* exhibitam vidimus non abolitam non cancellatam nec in aliqua ſui parte viciatam et eam de verbo ad verbum perlegimus hunc tenorem continentem — Nos judices, Conſules et Univerſi Cives Spirenſes tenore preſencium publice proteſtamur, quod honeſta matrona Domina *Bertha* filia quondam *Wernheri de Rorhus* relicta quondam *Heinrici an der ecke* conſtituta coram nobis et *Burchardo* dicto *frunt* ſculteto noſtre Civitatis Spirenſis probavit legittime per tres teſtes ydoneos. per ipſum ſcultetum ſecundum jus et conſuetudinem noſtre civitatis ad hoc datas videlicet per *Johannem de Rorhus* fratrem ſuum *Petrum* fratrem *Volmari* dicti *Knoltz* et *Berngerum* filium ſororis ejusdem

Vol-

Volmari, quod idem *Volmarus* dictus *Knoltz Irmengarde* dicta *Zarten* uxore sua vivente, universa omnia et singula bona sua immobilia in Civitate Spirensi et extra ubicunque sita, predicte Domine *Berthe* pleno jure dedit, tradidit et publice resignavit, quam donacionem et tradicionem et resignacionem predictorum bonorum idem *Volmarus* ipsi *Berthe* illo tempore facere de jure potuit secundum jus et consuetudinem Spirensis Civitatis, super quibus omnibus dictus *Burckardus* scultetus ex debito sui officii dedit hos in testes videlicet *Johannem* dictum *Kranich* et *Heinricum de Colonia* civium Magistros, *Johannem de Rorhus*, *Sifridum Rethschelin*, *Bernhohum de Corona*, *Voltzonem in deme Salczhove*, *Volmarum* dictum *Knoltz*, *Marquardum* dictum *Lamesbuch*, *Heinricum* dictum *Kluphel*, *Cunradum* et *Bernhohum* fratres *de Columba* et *Cunradum Retschelin* Consules Spirenses et alios quam plures fide dignos, et nos in evidenciam omnium premissorum ad preces dictarum parcium has patentes litteras nostre Civitatis sigillo communimus, Datum Anno Domini M°CC°LXXXIX°. feria secunda

cunda proxima post Dominicam *Oculi mei super.* — Cum igitur ex tenore dictarum litterarum invenimus dictam Dominam *Bertham* habere potestatem et auctoritatem ordinandi, faciendi et disponendi de bonis Universis dicti *Volmari Knoltzonis* quod ei placuerit secundum jus et consuetudinem civitatis Spirensis sentenciando unanimiter pronunciamus omnia que dicta *Bertha* inferius ordinavit, fecit et disposuit de quibusdam bonis dicti *Volmari Knoltzonis* valere debere perpetuo et persistere omni robore firmitatis, contradiccione qualibet non obstante. Que quidem Domina *Bertha* coram Nobis et *Burchardo* dicto *frunt* sculteto nostre civitatis predicte constituta de consensu et libera voluntate dicti *Volmari Knoltzonis* universa bona que idem *Knoltzo* habuit in terminis et in villa *Bebingen* videlicet, tercia pars decime de *Bebingen* et media pars juris patronatus ecclesie de *Bebingen* ejusdem et alia bona quecunque habet et habuit ibidem viris religiosis et in Xpo honorandis Domino Abbati et Conventui Monasterii de *Uzerstal* Ord. Cist. Spir. Dyoc. donavit et tradidit et se donasse et tradidisse publice

lice est confessa in recompensam universorum bonorum, que dicti Dominus Abbas et Conventus in villa et terminis *Otterstat* habent, qualiacunque sint, dicte Domine *Berthe de Rorhus* pro bonis ejusdem et aliis bonis subscriptis nomine Cambii a dictis Domino Abbate et Conventu coram Nobis antea traditorum. *Cunradus* eciam dictus *Stella* noster concivis Spirensis sororius dicti *Volmari* curiam suam dictam *Hubhof* cum agris, pratis, pascuis et nemoribus et bonis aliis quibuscunque, que in villa et terminis *Bebingen* habet cum universis eorum attinenciis pro dicta Domina *Bertha* et nomine ejusdem dictis Abbati et Conventui de *Uzerstal* eciam in recompensam dictorum bonorum Abbatis et Conventus predictorum sitorum in *Otterstat* dicte Domine *Berthe* superius donatorum donavit, tradidit et assignavit simpliciter absque dolo, vice versa autem dicta Domina *Bertha* universa bona in banno civitatis Spirensis sita ad dictum *Knolczonem* ex successione quondam sui soceri, patris videlicet dicti *Cunradi sterre* devoluta, excepta curia sua dicta *zume Sterren* in Civitate Spirensi sita, quam ipse *Knoltz* in-

habitat, donavit et tradidit *Cunrado Sterre* predicto nomine Cambii et in recompensam dictorum bonorum ipsius *Cunradi* in *Bebingen* sitorum scilicet curie dicte *Hobhof* et bonorum aliorum superius specificatorum, que dictus *Cunradus Stelle* dictis Dominis Abbati et Conventui pro dicta Domina *Bertha* donavit superius pure, simpliciter, irrevocabiliter et in totum, Domina *Bertha* eciam prenotata adhoc in persona propria centum libras hall. dictis Abbati et Conventui Monasterii de *Uzerstal* in recompensam dictorum bonorum de *Otterstat* donavit coram Nobis, tradidit et assignavit, et promiserunt unanimiter tam dicti Dominus Abbas et Conventus, quam Domina *Bertha* et eciam *Cunradus Sterre* predicti unus alterum in bonis ad unumquemque ipsorum nomine Cambii devolutis, ut supra scriptum est, non impedire, non turbare, nec impetere vel aliqualiter molestare, sed se velle omnia et singula prenarrata, rata habere atque grata, quemadmodum superius est expressum, fraude et dolo penitus circumscriptis. Super quibus dictus *Burchardus* scultetus Spirensis ex debito sui Officii dedit hos in testes

vi-

videlicet *Johannem* dictum *Kranich* et *Heinrlcum de Colonia* civium Magiſtros, *Johannem de Rorhus*, *Sifridum Retſchelin*, *Bernhohum de Corona*, *Volczonem in deme Salzhove*, *Volmarum* dictum *Knoltz*, *Marquardum* dictum *Lambesbuch*, *Heinricum* dictum *Kluphel* *Cunradum* et *Bernhohum* fratres de *Columba* et *Cunradum Retſchelin* conſules Spirenſes et alios quam plures fide dignos. Et nos in teſtimonium et evidenciam omnium predictorum et ſingulorum ad peticionem et inſtanciam dictarum parcium ſigillum noſtre Civitatis Spirenſis appendimus ad preſentes. Datum et Actum Anno Domini M°CC° LXXX° nono, Sabbato poſt Dominicam *Letare*. (26. Martii.)

Anno Domini M.CC.LXXXIX. — Littere Domini *Rudolfi* Regis de *Heingereide* ſuper compromiſſione in arbitros. *l. c.* p. 348.

Anno Domini M. CC. LXXXIX. — Littere ſuper cenſu dando de inſula Reni dicta *Wolfauwe*. *l. c.* p. 250.

LXXII.

Littere ſuper V. amis vini in Bubenwilre ad infirmariam. 1289.

Judices Spirenſes. Conſtitutis in preſencia noſtra *Adelheide* filia quondam *Cunonis militis de Godrameſtein* et *Volzone* marito ejus ex parte una et *Heinrico* dicto *Wolver milite de Godramſtein* filio dicte *Adelheidis* ex altera renunciaverunt *Adelheidis* et *Volzo* predicti libere unanimi conſenſu omni juri et actioni, quod vel quam habebant vel habere poterant, communiter vel diviſim in bonis mobilibus et juribus quibuscunque à dicto *H.* milite poſſeſſis vel quaſi ex quacunque inſtitucione vel ſucceſſione vel quavis alia cauſa ad ipſum pervenerint preſtitis ab ipſis *A.* et *V.* corporaliter juramentis, quod nunquam contra predicta veniant in parte vel in toto per ſe vel alios fraude et dolo penitus circumſcriptis et hoc idem promiſerunt ſe facturos in judicio ſeculari, ubi et quando a dicto *H.* milite fuerint requiſiti. Predictus etiam *H.* dictus *Wolver* miles dedit, ceſſit et transtulit in predictam A. matrem ſuam ac pueros ſuos, quos ex ea genuit vel generare po-

pdterit in futurum prefatus *Volzo* omne jus et actionem, quod vel quam habet idem *H.* miles vel habere videtur nunc vel eciam in posterum habiturus est ex successione materna in bonis que dicta *Adelheidis* mater ejus in *Clingen* possidet et novem libris hall. in quibus ipsi *Adelh.* Magister *Witdego* Canonicus Spirensis tenetur et quinque amis vini annui reditus in *Franckenwilre*, quos pater dicti *H.* militis ipsi *Adelheidi*, quo ad viveret tantum deputaverat, et hec fecit sepefatus *H.* miles ea condicione et modo, quod si dicta *Adelh.* et pueri sui predicti omnes sine liberis seu heredibus descendentibus ab ipsis decesserint, omnia bona predicta ad ipsum *H.* vel heredes suos, qui pro tempore fuerint, libere revertantur, nec *Volzonis* predicti heredes alii aliquod sibi jus vendicare valeant unquam in predictis, habebit eciam *Volzo* predictus post obitum *Alh.* predicte jus quod secundum consuetudinem patrie viri in bonis mulierum habere solent, non aliam duceret uxorem, tunc bona predicta apud pueros, quos ipse ex dicta *Adelheide* genuit, libere remanebunt, ipso *V.* excluso, hujusmodi autem pueris non ex-

 isten-

iſtentibus, idem *Vol.* uſumfructum in bonis predictis libere habebit ad dies vite ſue tantum, nec bona predicta vendi vel permutari poſſunt vel debent ſine conſenſu dicti *H.* militis, et hec omnia et ſingula predicta fecit dictus *H.* miles nomine ſuo et uxoris ſue legittime et promiſit eciam in judicio ſeculari in locis competentibus, ubi et quando ipſe requiſitus fuerit eandem donacionem, ceſſionem et translacionem ſe facturum. In hec omnia et ſingula partes predicte unanimiter per omnia conſenſerunt et predictis contente fuerunt, rogantes et ſupplicantes ut ad robur et evidenciam premiſſorum ſigillum noſtrum preſentibus appendere curaremus. Nos igitur ad inſtanciam partium predictarum ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum et Actum preſentibus *Engelfrido* presbitero rectore eccleſie in *Frisbach*, *Johanne* filio *Ysfridi de Andernaco* clerico et aliis fide dignis Anno Domini M°CC°LXXX° nono. Feria quarta poſt feſtum beati *Jacobi* Apoſtoli. (27. Julii.)

LXXIII.

LXXIII.

Littere empcionis bonorum in Bebingen pro MC. libris hallensium.
1289.

Judices, Consules et universi cives Spirenses. Quoniam ea que in tempore geruntur, oblivionis devio adimuntur, expedit ea subsidio scripturarum roborari, ea propter tenore presencium profitemur publice protestando, quod constituti coram nobis et *Burchardo* dicto *Frunt* sculteto Spirensi honesta matrona Domina *Bertha* relicta quondam *Cunonis* dicti *de Stella* civis Spirensis et sui liberi videlicet Domina *jtha* uxor *Friderici* dicti *Sömer*, *Wernherus*, *Elizabeth* & *Cunradus* dictus *Bickenbach* ac *Johannes* dictus *Druckint* quondam filiaster dicte Domine *Berthen* pro se tantum solo manibus coadunatis et unanimi consensu ipsorum omnium vendiderunt et tradiderunt et se vendidisse et tradidisse publice sunt confessi viris religiosis et in Xpo honorandis Domino Arnoldo Abbati Monasterii *Uterine Vallis* Ord. Cist. Spir. dyoc. totique Conventui ejusdem Monasterii in *Uzerstal* justo vendicionis titulo curiam eorum

 sitam

ſitam in villa *Bebingen*, decimam, agros campeſtres, prata et univerſa ac ſingula bona in terminis dicte ville *Bebingen* ſita, quocunque nomine cenſeantur, que bona eis jure hereditario a quondam *Cunrado* ſeniore dicto *Stella* obvenerunt, cum omni jure eis in bonis predictis ex quacunque cauſa competenti, pro mille et Centum libris hallenſium bonorum, cujus pecunie trecentas libras hall. dicti Abbas et Conventus dictis perſonis ſcilicet Domine *Berthen* et ſuis liberis predictis ſolverunt, tradiderunt et numeraverunt, prout ipſa Domina *Bertha* et dicti ſui liberi publice ſunt confeſſi coram nobis, hoc adjecto, quod prefati Dominus Abbas et Conventus per ſollempnem ſtipulacionem interpoſitam octingentas libras hall. adhuc ſolvendas eisdem dictis perſonis infra quadringennium a feſto Purificacionis beate Virginis *Marie* proxime nunc venturo ſolvere et dare promiſerunt; inter ipſos eciam Abbatem et Conventum ac *Bertham* nec non ſuos liberos utraque parte in hoc conſenciente taliter eſt conventum, quod ipſe Abbas et Conventus in ſolucione dictarum octingentarum librarum hall. de dictis

bonis

bonis in *Bebingen* ſitis, ipſis *Berthen* et liberis ſuis dabunt annuatim ducentos modios Siliginis dative, cum qua mercator pagare poteſt mercatorem et eosdem ducentos modios eis ante domum ſuam, quam in Spira elegerint, annis ſingulis in feſto Nativitatis ſancte *Marie* preſentare debent eorum Vecturis, periculo, laboribus et expenſis. Adjectum eſt eciam, quod quocunque anno infra quadrigennium ante purificationem ſancte *Marie* prefati Abbas et Conventus quadringentas libras hall. ipſi *Berthen* et ſuis liberis dederint, a penſione centum modiorum Siliginis erunt penitus abſoluti. Et ſi alias quadringentas libras hall. infra ipſum quadringennium ante purificacionem ſancte Genitricis Dei prefate *Berthen* ac ſuis liberis dederint, a tota penſione ducentorum modiorum Siliginis erunt penitus abſoluti, ſi vero, quod abſit, in ſolucione prefate pecunie infra quadringennium erunt negligentes in parte vel in toto, ad ipſam penſionem, ſi quam cum quadringentis libris hall. infra predictum quadringennium non reemerunt, perpetuo ipſi *Berthe* et ſuis liberis ac eorum heredibus ſolvere et tradere atque

dare tenebuntur de bonis antedictis, ad quod prefati Abbas et suus Conventus Monasterii de *Uzerstal* dicta bona, se et suum Monasterium predictum ac eorum successores perpetuo obligarunt, quæ inquam bona predicta cum suis attinenciis et juribus universis sibi in ipsis bonis predictis competentibus nobis communiter sentenciantibus, quod id facere possunt, dicta *Bertha* et sui liberi supradicti memoratis Abbati et Conventui seu eorum monasterio sepefato tradiderunt liberaliter et publice resignaverunt. Promittentes coram Nobis et *Burchardo* sculteto antedicto de curia, decima et bonis omnibus antedictis eisdem Dominis Abbati et Conventui seu ipsorum Monasterio de *Uzerstal* predicto se facturos Warandiam per annum et diem juxta dicte civitatis nostre consuetudinem generalem. Renunciantes ad hec expresse pro se et suis successoribus quibuscunque excepcioni pecunie non numerate, non tradite non recepte nec solute, doli mali, in factum accioni, beneficio restitucionis in integrum et quo deceptis ultra dimidium justi precij subvenitur, nec non litteris, seu privilegiis quibuscunque a sede apostolica vel

aliun-

aliunde impetratis aut impetrandis, cunctisque juris claufulis Canonici et Civilis, confuetudinis et ftatuti, publici et privati, quibus iidem venditores juvari vel venire poffent per fe vel alios ex caufa qualicunque inpofterum vel ad prefens contra hunc contractum publicum feu eciam inftrumentum fe et fuos fucceffores ad predicta omnia et fingula perpetuo fervanda litteris prefentibus obligantes. Super quibus omnibus prefatus *Burchardus* dictus *frunt* fcultetus fpirenfis ex debito fui Officii fecundum jus et confuetudinem dicte noftre civitatis dedit hos in teftes, *Johannem* dictum *Kranich* et *Cunradum de Columba* civium Magiftros, *Sifridum* dictum *Retfchelin*, *Bernhohum de Corona*, *Volczonem in dem Salzhove*, *Marquardum* dictum *Lamesbuch*, *Heinricum* dictum *Kluphel*, *Ebelinum ante monafterium*, *Cunradum* dictum *Retfchelin*, *Bernhohum de Columba*, *Wernherum* dictum *Sydinfwantz* et *Knolzonem* dictum *Zoller* confules Spirenfes et quam plures alios fide dignos. Et nos in teftimonium et evidenciam omnium premifforum ad preces dictarum parcium in predicta omnia utrinque confenciencium damus has

has patentes litteras ſigilli noſtre civitatis predicte munimine roboratas. Actum et datum Anno Domini M°CC°LXXXIX°. in Craſtino beatorum *Symonis* et *Jude* Apoſtolorum. (29. Oct.)

LXXIV.

Littera penalis Uterine Vallis. 1289.

Nos frater *Arnoldus* dictus Abbas totusque Conventus *Uterine Vallis* tenore preſencium profitemur publice nos recepiſſe à felicis memorie *Heidendrut* et filio ſuo *Gerlaco* monacho noſtro octoginta talenta hallenſium et comparaſſe cum eis à *Burkardo milite de Gotdrameſtein* redditus perpetuos viginti et nnius maldrorum Siliginis ſuper bonis in Morensheim, ad hoc nos preſentibus obligantes, quod eosdem redditus annuatim fratri *Gerlaco* prefato pro ſua infirmitate in infirmariam noſtram asſignabimus tantum tempore vite ſue, ipſo vero decedente, dicti redditus perpetuo aſſignabuntur in prefatam noſtram infirmariam pro ſolacio infirmorum et maxime decumbentium, ſub tali pena quod ſi nos vel noſtri ſucceſſores dictos red-

redditus quocunque anno ad alios usus, quam prescriptum est, converterimus, eodem anno ipsi redditus Canonicis ecclesie sancti *Petri* in *Wormacia* dabuntur pro eorum beneplacito illo anno disponendi salva nobis semper proprietate dictorum reddituum, qui annis sequentibus, cum prescripta tenuerimus, ad nos devolventur sub pena et conditionibus prenotatis. In cujus rei testimonium presentem litteram Venerandis Dominis Canonicis prefate Ecclesie sancti *Petri* contulimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Anno Domini M°CC°LXXX nono.

Anno Domini M.CC.LXXX nono — Littere Domini *Friderici* Episcopi Spirensis super Ecclesiam et decimam in *Bebingen*. *l*. c. p. 259.

Sub Abbate Gerlaco.

LXXV.

Littere ex parte Sigelonis super quedam debita nobis tradita. 1290.

Coram nobis judicibus Spirensibus in figura judicii constitutus *Sigelo* dictus *Magnus* Civis *Nove Civitatis* omnia debita in quibus *Heinricum* dictum *Dur-*

Durrewirt, *Hugonem* filium ſuum, *Hiltegundim* uxorem filii ſui, *Sifridum* filium dictum *Heime* et *Mezam* ejus ſororem ſibi aſſerit obligatos et omnes actiones, impetitiones et requiſitiones ſibi erga easdem perſonas ex quacunque cauſa usque in diem hodiernum competentes et omne jus ſibi competens in eisdem Domino Abbati et Conventui Monaſterii de *Uzerstal* donavit, ceſſit et deputavit cauſa ſpecialis amicitie, quam habet erga dictos fratres ſeu ordinem eorum et precipue propter Deum pure ſimpliciter, irrevocabiliter et in totum, promittens fide preſtita ab eodem predictos Abbatem et Conventum in dictis debitis, actionibus, impeticionibus et requiſitionibus ac juri nulla tenus impedire, nec hanc donacionem revocare ſeu ceſſionem, ſed ſe easdem velle ratas habere atque gratas, quem ad modum eſt preſcriptum fraude et dolo penitus circumſcriptis. In quorum evidenciam ſigillum noſtrum ad peticionem dicti *Sigelonis* appendimus huic ſcripto. Datum Anno Domini M°CC° XC°. Sabbato ante Dominicam *Invocavit* (18. Febr.), preſentibus Domino *Engelfrido* rectore Eccleſie in *Frisbach* et aliis

aliis quam pluribus fide dignis teſtibus ad hoc vocatis ſpecialiter et rogatis.

LXXVI.

Super XXX Solidis hall. & XII. Solidis hall. in Annewilre.
1290.

Ego *Adelheidis Sibelonis de Annewilre* quondam ſculteti relicta tenore preſencium profiteor et proteſtor me a Venerabili Domino *Gerlaco* Abbate *Uterine Vallis* et ejusdem loci conventu recepiſſe bona ſubſcripta, que quondam fuerunt Domini *Wernheri militis de Valckenberc* et fratrum ſuorum videlicet unum juger prati ſitum juxta *Katzenburne*. It. IIII. jugera prati ſita juxta pratum monialis. It. quartale prati ſitum ſupra ripam juxta monialem. It. unum juger prati et dimidium infra viam et pratum monialis. It. quatuor jugera agri arabilis zu *Vrauenhuſen* uber in monte *Madelberge*. It. unum juger ſuper veterem Kalcgruben. It. curiam *Heinrici* piſtoris de *nova Civitate*. It. unum juger juxta herden dich jure hereditario poſſidenda, hoc tameu pacto interjecto, ut Eccleſie *Uterine Valli*s

lis ego vel heredum meorum unus tantum post obitum meum senior, qui prescripta bona possederit, annis singulis censum triginta solidorum hall. in festo beati *Martini* solvere teneamur. Item profiteor et protestor me a predictis Domiuo *Gerlaco* Abbate et ejus conventu recepisse bona, que quondam fuerunt femine religiose *Agnetis* dicte *monialis* videlicet medietatem curie mee, in qua nunc resideo. It. quatuor jugera prati, sub hac eciam forma, ut sepedicte Ecclesie *Uterine Vallis* censum duodecim solidorum hall. ad solacium conventus annis singulis Ego vel heres meus, qui bona prenotata possederit, in festo beati *Georgij* solvere teneamur. Quodsi censum prescriptum diebus prefixis solvere neglexerimus, omnia bona prescripta ad Ecclesiam *Uterine Vallis* libere revertantur. In hujus igitur facti memoriam et robur dicte Ecclesie *Uterine Vallis* presentes litteras Sigillo Civitatis *Annewilre* contuli roboratas. Actum et Datum Anno Domini M°CC° LXXXX°. Dominica prima post octavam Pentecostes. (4. Junij.)

LXXVII.

LXXVII.

Littere super VII jugera Vinearum in Frankenwilre. 1292.

Ego *Heinricus miles de Scharpfenecke* notum esse cupio presencium inspectoribus universis, quod cum *Eberhardus* quondam Cellerarius strenui militis *Johannis Metensis* patris mei VI. jugera vinearum et dimidium, quod habebat in terminis seu confinio ville *Frankenwilre* justo proprietatis titulo ad se spectantes donacione inter vivos dudum donaverit et libere contulerit religiosis viris Abbati et Conventui Monasterii in *Uzerstal* et earundem vinearum proprietatem atque dominium in figura judicii coram *Vilmanno* sculteto et juratis ville *Frankenwilre*, qui vulgariter vocantur *hubner* Domino Arnoldo Abbati et Conventui prenotatis presente Domino et fratre *Cunrado* quondam Custode in *Uzerstal* specialiter ad hoc misso publice resignaverit et insuper possessionem earundem vinearum amplius quam per annum prefato monasterio cesserit et postmodum Abbas et Conventus prescripti easdem vineas, retenta sibi earum proprietate pre-

predicto *Eberhardo* pro annuo censu excolendas concesserint sive locaverint, Idemque *Eberhardus* prescriptus cum novissime peregrinari vellet, omnia prescripta recognoverit et protestatus fuerit coram *Vilmanno* sculteto prescripto et *Veldungo de Sibeltingen*, *Hertwico de Sibeltingen* civibus Landowensibus *Richardo de Frankenwilre*, presente etiam presato fratre *Cunrado* quondam Custode, premissamque donacionem suam pro posse confirmaverit atque professus fuerit se prescriptas vineas nomine monasterii in *Uzerstal* possedisse et earum proprietatem ad ipsum monasterium ex sua donacione libere pertinere, defuncto in peregrinacione *Eberhardo* sepe dicto, *Gudelmannus*, sororius ipsius nomine suo et uxoris sue sororis sepedicti *Eberh.* et liberorum ejus conatus est in possessione sepedictarum vinearum predictum monasterium impedire dicens ad se eas et ad uxorem et filios suos jure hereditario pertinere, quo comperto ego *H. de Scharphenecke miles* prefatus omnem actionem et quid quid juris competebat, *Gudelmanno* et uxori ac filiis suis seu quibuscunque *Eberhardi* donatoris prescripti defuncti

ti emi ab ipſis pro certa ſumma pecunie, prefatusque Gudelmannus nomine ſuo et uxoris ac liberorum ſuorum preſcriptorum in figura judicii coram ſculteto *Vilmanno* et juratis, qui dicuntur *hubner* in *Frankenwilre* ceſſit mihi omnem actionem, quam habebat et omne jus quod in vineis antedictis prenominati *Eberhardi* heredibus competebat, quo facto Ego *H.* inſtructus et diligenter informatus, quod actio preſcriptorum heredum *Eberhardi* fuit irracionabilis et injuſta et jus ipſorum quod minus provide emeram, ut premiſſum eſt, erat invalidum et infirmum, propter ſalutem anime mee omni actioni ſive juri cuicunque quod ex preſcripta empcione in prenotatis vineis mihi vel meis heredibus quibuscunque competere poterat, quoquo modo totaliter libere et abſolute ceſſi nomine meo et honeſte matrone *Lucgardis* uxoris mee et omnium heredum meorum et easdem vineas, quas modico tempore occaſione prefate empcionis de facto non de jure poſſedi, Domino *Gerlaco* Abbati et Conventui in *Uzerstal* libere reſignavi coram *Vilmanno* ſculteto et juratis in *Frankenwilre* in figura judicii ſecula-

 ris,

ris, eosdemque Abbatem et Conventum in *Uzerstal* ab omni inpeticione mea et heredum meorum quorumcunque nec non ab inpeticione *Gudelmanni* et uxoris ac liberorum ejus ac heredum quorumlibet *Eberhardi* ſepedicti eliberavi totaliter et abſolvi et preſentibus pronuncio penitus abſolutos, proprietatem et juſtam poſſeſſionem anteſcriptarum vinearum monaſterio in *Uzerstal* lucide recognoſcens et conſtituens me warandum earundem vinearum monaſterio ſepedicto meque preſentibus firmiter obligans et aſtringens ad reſarciendum plenarie omne damp-num, quod ex actione ſive impedimento preſtito a me vel meis heredibus vel eciam à *Gudelmanno* vel uxore ſua preſcriptis vel eorum heredibus Monaſterio in *Uzerstal* incurrere contigerit vel etiam ſuſtinere. Actum in *Frankenwilre* coram teſtibus ſubnotatis *Johanne Metenſi* milite patre meo, fratre *Johanne* Cantore in *Uzerstal*, *Hugone* plebano in *Franckenwilre*, Fratre *H.* dicto *Speht* converſo, *Hermanno* Advocato de *Sibeltingen*, *Vilmanno* ſculteto in *Frankenwilre*, *Heimone de Servelingen*, *H.* dicto *Brunig*, *C. juxta ripam*, *Si-*

ge-

gelone de Hainmbach; *C.* dicto *Wolf*, *H.* dicto *Brehter*, *Cuncelmanno*, *C.* dicto *Hagen* et *Siguardo* juratis judicii in *Frankenwilre*, in quo facta est resignacio prenotata. In cujus rei testimonium presentem litteram meo sigillo predictis religiosis tradidi communitam. Actum et Datum Anno Domini M°CC°XC°II°. in Annunciacione beate *Marie* Virginis. (25. Mart.)

LXXVIII.

Littere civitatis Spirensis super donatione Methildis supra fate. 1292.

Nos judices, Consules et universi cives Spirenses cunctis presencium inspectoribus cupimus esse notum, quod vir religiosus frater *Heinricus* major cellerarius monasterii de *Uzerstal* coram nobis et dicto *Sprosse*, *Engelmanni* sculteti Spirensis nuncio constitutus loco Abbatis et Conventus Monasterii de *Uzerstal* probavit per tres testes ydoneos et juratos legitime videlicet *Cunradum de Vorst*, *Sifridum de Wizzenburg* et *Beinherum Elseszer* concives nostros per judicium ad hoc datos, juxta jus et consuetudinem Civitatis Spi-

renſis, quod *Methildis de Kungesbach*, quondam converſa noſtra concivis, dum vixit et id facere potuit, donavit et tradidit libere et abſolute Domino Abbati et Conventui Monaſterii de *Uzerstal* ſeu eidem monaſterio omnia bona ſua mobilia et immobilia in quocunque valore exiſtant in civitate et extra Civitatem Spirenſem ubicunque locorum ſita, pure, ſimpliciter, irrevocabiliter et in totum. Hac condicione adjecta, quod frater *Heinricus* monachus dicti monaſterii ipſius *Methildis* filius aliquod remedium in ſalutem anime ipſius *Methildis*, ſi vellet, faceret de dictis bonis absque dolo, qui quidem frater *Heinricus* dicte quondam *Methildis* filius coram nobis et dicti ſculteti nuncio conſtitutus confeſſus fuit, ſe feciſſe remedia, que voluit et quod vellet nullum facere uſquequo. Super quibus dictus nuncius ſculteti Spirenſis hos dedit in teſtes, videlicet *H.* dictum *Kluphel* et *C.* dictum *Betzzeln* civium Magiſtros, *Bernhohum ad coronam*, *Marquardum Lambesbuch*, *Johannem Kranich*, *Volzonem in Salzhove*, *Eberlinum ante monaſterium*, *Gotſchalcum* dictum *Clobelauch*, *Bernhohum* et *Cunradum* ad

ad Columbam fratres *Knolzonem Zoller* et *Wernherum* dictum *Sydeſwantz* conſules Spirenſes et quam plures alios fide dignos, Et nos in teſtimonium premiſſorum noſtre civitatis ſigillum ad preces dicti Cellerarii et fratris *H.* appendimus huic ſcripto. Datum Anno Domini M°CC° nonageſimo ſecundo, quarta feria ante *Nicolai.* (3. Dec.)

Anno Domini M.CC.XC. ſecundo — Littere ſuper concambio facto de pratis inter nos et villanos de *Queicheim. l. c. p.* 261.

Anno Domini M.CC.XC.III. — Littere donationis fundi laci ex parte Domini *Wirici de Duna. l. c.* p. 262.

Anno Domini M.CC. XCIII. — Littere ſuper unam urnam olei ad pitanciam. *l. c. p.* 264.

LXXIX.

Littere compoſitionis inter monachos Uterine Vallis et Villanos in Hohenſtat ſuper viam. 1294.

Sciant cuncti preſencium inſpectores, quod Anno Domini M°CC°XC° quarto ſexto Kalendas Marcii (24 Febr.) tota univerſitas villanorum in *Hohenſtat*

constituta in Cimiterio ville predicte inferiori coram magistro *Johanne* nostro Tabellione à nobis judicibus Spirensibus adhoc specialiter transmisso ad audiendum confessionem eorundem Villanorum auctoritate nostra et vice judicum Spirensium vendidit et tradidit et recognovit se vendidisse et tradidisse religiosis viris Domino Abbati et Conventui Monasterii *Uterine Vallis* Cyst. Ord. Spir. Dyoc. viam seu stratam markam seu districtum ville sue a marka ville *Superioris Hohenstat* distinguentem cum omni jure et utilitate, quod vel que ipsis et eorum posteris competere poterat vel eciam competebat in via predicta, pro duabus libris hall. pecunie numerate et pro dimidia libra cere, quam inquam pecuniam confessi sunt se integraliter recepisse et in usus ecclesie ipsorum totaliter esse conversam et quod prefati religiosi dictam dimidiam libram cere annuatim prenotate ecclesie in *Hohenstat* ad luminaria ipsius tribuat et persolvat contradiccione qualibet amputata. Renunciavit eciam Universitas omnibus excepcionibus seu juribus quibuscunque, que racione Almende seu alio jure quocunque ipsis vel eo-

eorum posteris in prescripta strata pro communi utilitate ville prelibate vendita et in proprietatem monasterii prefati translata competere poterant vel eciam competebat, promittentes stipulacionem coram dicto Magistro *Johanne* à nobis et auctoritate nostra ad hoc transmisso sollempni pro se et suis posteris universis, quod nec racione consuetudinis cujuscunque, nec aliquo alio jure, in judicio vel extra per se vel per alios dictos Dominum Abbatem et Conventum inquietent aliquatenus seu perturbent, nec quidquam juris in dicta strata sibi aut sue universitati in communi vel in speciali de cetero vendicabunt. In quorum omnium testimonium ad preces dicte universitatis secundum confessionem ipsorum coram tabellione nostro factam et ad hoc destinatum, ut predictum est, has litteras de Consensu parcium dedimus nostri sigilli munimine communitas. Datum et Actum Anno Domini et die quo supra.

 LXXX.

LXXX.

Littere ſuper commutatione agrorum in Wolmesheim. 1294.

Nos Scabini ſeu Conſules in *Landowe* conſtare volumus univerſis preſencium inſpectoribus, quod coram nobis conſtituti *Hunfridus* Advocatus in *Landowe* ac *Hertelinus* frater ejus confeſſi ſunt, commutaſſe Domino *Gerlaco* Abbati et Conventui in *Uzerstal* de ſuis agris in marchia ville *Wolmesheim* ſitis ſex jugera minus uno quartali, quorum unum duale ſitum eſt prope ſontem qui dicitur *Arbotsheimer burne*, tria vero jugera ſita ſunt in campo retro curiam predictorum Dominorum prope arborem que vocatur *edelinger*, duo quoque jugera ſita ſunt in Campo ab inferiori parte ville *Wolmesheim* prope arborem Herdenſium, que protendunt per collem verſus marchiam ville *Mornsheim*, commutaverunt autem ſeu cambierunt preſcriptos agros ſuos cum predictis Dominis Abbate et Conventu pro ſex jugeribus minus uno quartali ſitis apud *Wolmesheim* ſuorum agrorum, quorum tria jugera tenduntur ultra ſtratam, que de *Wolmesheim* ducit in *Landowe*,

owe, unum vero duale de eadem ſtrata protenditur verſus marchiam ville *Mulnhuſen*, unum autem juger et dimidium pertingit de ſtrata predicta a loco prope *hutteboum* per medios agros predictorum *Hunfridi* et *Hertelini*. Item dimidium juger quod protenditur ab agro *Petri* ſororii predictorum *Hunfridi* et *Hertelini* per vallem vicinam. Ad cujus concambii ratihabitionem, quod utrinque de ſuis propriis bonis fecerunt, predicti fratres *Hunfr.* et *Hertel.* ſe et ſuos ſucceſſores, preſentibus obligant, volentes ut de cetero ſupradicti Domini preſcriptos agros juſto titulo proprietatis poſſideant absque cenſu. In cujus rei teſtimonium et robur preſens cedula ad peticionem predictorum fratrum *Hunfr.* et *Hertelini* ſigillo communitatis civium in *Landowe* eſt communita. Datum Anno Domini M°CC° XC° III. Sabbato poſt diem paſche. (4. April.)

LXXXI.

LXXXI.

Littere super domum in vico sancte Trinitatis ex parte Domini Petri prebendarii Ecclesie sancte Trinitatis.

1294.

Nos judices Spirenses ad Universorum noticiam volumus pervenire, quod constituti in nostra presencia *Petrus* prebendarius Ecclesie *sancte Trinitatis* Spirensis et *Werndrudis* neptis ejus pari voto et consensu unanimi tradiderunt et dederunt donacione inter vivos, domum ipsorum sitam in vico *sancte Trinitatis* ex opposito putei inter domum Converse dicte *Druzen* et domum *Ulrici* dicti *Gebene de Veningen* Domino Abbati et Conventui Monasterii *Uterine Vallis* pure et simpliciter propter Deum, ita sane quodsi ad tantam devenerint inopiam, antequam hujus vite gemitus exsolverent naturales, quod absit, quod ipsos mendicare contingeret, tunc pro sua Urgente necessitate dictam domum vendendi liberam habebunt facultatem, contradictione predictorum Domini Abbatis et Conventus qualibet non obstante. In cujus rei testimonium sigillum nostrum ad preces prefatorum

P.

P. et *Wern.* huic pagine eſt appenſum. Actum et Datum feria quarta poſt Dominicam *Cantate* (19. Maji.) Anno Domini M°CC°XC° quarto.

Anno Domini M.CC.XCV. — Littere ſuper ama vini in *Gliſzencellen. l. c. p.* 265.

LXXXII.

Littere ſuper XV. maldris Siliginis et quartale ſeni de bonis in Berthuſen monialium ſancte Clare ex parte Domine Elsen dicte Berthen.

1295.

Nos judices, Conſules et Univerſi Cives Spirenſes cunctis preſencium inſpectoribus cupimus eſſe notum, quod coram Nobis et dicto *Sproſze* nuncio Sculteti Spirenſis in publico conſtituti *Heinricus* dictus *Bart* filius quondam *Rudelmanni Elſa*, *Theila* converſe filie quondam dicte *Robin* concives noſtri talem inter ſe fecerunt ordinacionem et compoſicionem, quod quilibet eorum porcionem ſuam omnium bonorum ipſis ab avo ſuo quondam *Heinrico* dicto *Bart* concive noſtro Obvenientium, ubicunque ſunt ſita pleno jure et proprietatis ti-

titulo habere, tenere et possidere debet perpetuo, ita ut quevis eorum cum eadem sua porcione in dictis bonis omnibus et singulis, possit facere, disponere et ordinare juxta sue beneplacitum voluntatis, absque aliorum vel alterutrius eorum qualibet reclamatione, qualitercunque eciam dictus eorum avus *Heinricus* dictus *Bart* olim disposuerit et ordinaverit de bonis eisdem debere fieri inter ipsos, quam quidem ordinacionem eorum predictam confessi sunt omnes et quelibet eorum spontanee se fecisse, promittentes eam perpetuo observare et nullatenus violare. Deinde prefate sorores *Elsa* et *Heila* porciones suas et quelibet earum porcionem suam bonorum subscriptorum et omnium aliorum bonorum immobilium sitorum extra Civitatem Spirensem et ejus preurbium prefato *Heinrico* et suis heredibus in emphiteosim locaverunt et concesserunt et se locasse et concessisse presentibus publice recognoscunt, que de ejus avo predicto ad eos, ut prescriptum est, pervenerunt, pro annua pensione triginta modiorum Siliginis dativi in Nativitate beate Virginis et unius quartalis feni in festo beati *Johannis Bap-*

Baptiste danda annis singulis et presentanda in civitatem Spirensem annonam super quamcunque domum voluerint, et fenum ante orreum, quod voluerint ipse sorores vel heredes earum juxta jus et consuetudinem Civitatis Spirensis ipsius *Heinrici* vel heredum suorum periculo, laboribus et expensis, non obstante grandine, exercitu, sterilitate seu alio casu fortuito qualicunque ad hec ad cautelam majorem ipse *Heinricus* porcionem suam dictorum bonorum dictis sororibus et earum heredibus pro dicta pensione obligat in subpignus juxta jus et consuetudinem Civitatis Spirensis. Hec vero est specificacio dictorum bonorum: Curia in *Berthusen* juxta curiam dicte *Swen* — Item XVI jugera ex alia parte leprosorum in strata versus *Heilgenstein*. Item quinque jugera juxta fontem sancte *Afre*. Item X jugera juxta *Berthusen*. Item duo jugera super que esse dicuntur vel tendunt dicta sedecim jugera. Item I. juger ein anewender juxta Dominas *de Baden*. Item I. juger uf Swebechenheimer weg, super quo unus Marstein est positus. Item quinque jugera an Swebechenheimer strasze. Item in parvo cam-

campo quinque jugera. Item ſex jugera in eodem parvo campo in uno fruſto. Item in eodem campo duo jugera. Item uf Heilgenſteiner velde tria jugera. Item ſuper eodem campo unum juger. Item ſuper eodem campo unum juger et dimidium. Item duo jugera apud agros leproſorum, uf Barthuſer velde. Item unum juger et dimidium ſuper eodem campo. It. iterum ſuper eodem campo duodecim jugera. It. inferius eadem duo jugera. It. unum juger verſus *Harthuſen*. It. nebent *Berthuſen* decem et ſeptem jugera. It. ſex jugera ſtoſzent uf Heilgenſteiner Mülenweg. Item unum juger et dimidium, que tendunt ſuper quatuor jugera *Cunradi de Vorſt*. It. unum juger eſt Anewender ſuper eodem campo. Item Silva zcn Dunſen. It. ſuper Hochfilden pratum juxta *Retſchelinum* et omnia alia bona immobilia extra Spiram et ejus preurbium ſita, que quondam fuerunt *Heinrici Bart* ſenioris, que eis obvenerunt de eodem avo ſuo, quem ad modum eſt preſcriptum. Super quibus dicti ſculteti nuncios hos dedit in teſtes ſcilicet *Johannem Cranich* et *Wernherum Sydenſwantz* Civium Magiſtros, *Bernhohum ad Coronvm*,

nam, *Marquardum Lamesbuch*, *Volczonem in Saltzhof*, *Ebelinum ante monasterium*, *Gotschalcum Clobelauch*, *Bernhohum* et *Cunradum* fratres *ad Columbam*, *Heinricum Cluphel*, *Cunradum Betscheln* et *Knoltzonem Zolner* Consules Spirenses ac quam plures alios fide dignos. Et nos in testimonium eorundem nostre Civitatis sigillum ad preces dictarum parcium appendimus huic scripto. Datum Anno Domini M° CC°XC°. V. feria quarta post *Vincula Petri*. (3. Aug.)

LXXXIII.

Littere emptionis IIII. librarum et duorum hall. super domum juxta veterem Berschelinum. Ad pytancias.
1296.

Nos judices, consules et universi cives Spirenses omnibus presencium inspectoribus cupimus esse notum, quod coram nobis et *Cunrado* dicto *Lamesbuch* sculteto Spirensi, constituti in publico *Cunradus ad Columbam*, *Knolzo Zolner* et *Rudolfus Razman* Magistri sive procuratores hospitalis novi Spirensis prope sanctum *Georium* nomine ejus-

dem vendiderunt et tradiderunt ac ſe vendidiſſe et tradidiſſe de noſtra libera voluntate et conſenſu expreſſo preſentibus recognoſcunt, annuos cenſus perpetuos quatnor librarum hall. et duorum hall. quos dictum Hoſpitale habet ſuper domo ſita ex oppoſito curie dicte *zume alten Retſchlen* que quondam fuit *Nibelungi* in vico ſalis, dandos annis ſingulis hijs terminis, in feſto beati *Georii* due libre, et relique due libre in Nativitate beate Virginis juxta jus et conſuetudinem Civitatis Spirenſis, de domo predicta Religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Cyſt. Ord. Dyoc. Spir. pro pretio ſeptuaginta librarum hall. legalium et bonorum, quod utique precium confeſſi ſunt dicti Magiſtri ſeu procuratores nomine dicti Hoſpitalis ſe recepiſſe à prefatis religioſis et in utilitatem ipſius Hoſpitalis convertiſſe ſcilicet ad comparationem bonorum in *Ugelnheim* integraliter et complete, conſtituentes ſe Warandos nomine prehabiti hoſpitalis ijdem Magiſtri dictorum cenſuum quatuor librarum hall. et duorum hall. ſuper domo prelibata dandorum de eadem ut dictum eſt, adverſus quemlibet

per

per annum et diem juxta jus et consuetudinem Civitatis Spirensis Generalem. super quibus dictus scultetus dedit in testes scilicet *Johannem* dictum *Kranich* et *Wernherum Sydenswanz* civium Magistros, *Bernhohum ad coronam*, *Marquardum Lamesbuch*, *Ebelinum ante Monasterium*, *Volzonem in Salzhove*, *Gotschalcum Klobelauch*, *Bernhohum* et *Gunradum* fratres *ad Columbam*, *Heinricum* dictum *Retscheln* et *Knolzonem* dictum *Zolner* Consules Spirenses et quam plures alios fide dignos. Et Nos in testimonium eorundem nostre Civitatis sigillum ad preces dictarum parcium appendimus huic scripto. Datum Anno Domini M°CC°XC° sexto, feria quarta post Circumcisionem Domini. (3. Jan.)

LXXXIV.

Littere empcionis villarum Grevenhusen, Mettenbach ct Rodenbach.
1296.

In nomine Domini Amen. Ego *Johannes* Armiger filius strenui quondam militis *Johannis Metensis* et Ego *Agnes de Hohenvels* conjux *Johannis* armigeri

ri prenotati presentibus publice profitemur, quod nos pariter constituti in presencia honesti viri *Çunradi* sculteti Lutrensis sub Advocati illustris Regis Romanorum Domini *Adolfi* per *Spircogiam* et Scabinorum Civitatis in *Landowe* Religiosis viris Domino *Gerlaco* Abbati et Conventui in *Uzerstal* Cyst. Ord. Spir. Dyoc. pro ducentis quinquaginta libris hall. pecunie numerate vendidimus atque tradidimus nosque vendidisse ac tradidisse publice confessi sumus villas *Grevenhusen*, *Mertenbach*, *Rotenbach* cum jure Advocatie seu jurisdictionis temporalis cujuscunque earundem villarum nomine feodi ab eodem monasterio dudum mihi Johanni et meis progenitoribus competentis et cum decem et octo jugeribus pratorum justo proprietatis titulo ad nos spectancium cum censibus eciam seu proventibus aliis universis, aquis, pascuis, vijs et rivis et alijs juribus ac utilitatibus quibuscunque in predictis villis aut earum terminis, qui *Gemercke* volgariter nominantur, a nobis ex quacunque causa habitis actenus vel possessis specialiter autem a loco, quo fluvius dictus *Sulz* et rivus dictus *Queiche* confluunt

ſluunt verſus aſcenſum ejusdem ſluvij dicti *Queiche* a parte dextra preciſe uſque ad terminos marchie ville *Bernesbach*, quidquid proveutuum vel bonorum ex quacunque cauſa poſſedimus vel habuimus uſque in preſens religioſis vendidimus memoratis, que omnia prenotata pari conſenſu et manu communicata ad ſtratam publicam et Regiam reſignavimus in manum Abbatis preſcripti juſto vendicionis titulo et ſtipulacione preſenti legittime transferentes in ejus et cenobij ſui dominium, poſſeſſionem et proprietatem omnia jura, proventus et utilitates que nobis nomine feodi ab Eccleſia eadem in *Uzerstal* dudum habiti, ut eſt dictum, vel certe ſucceſſione hereditaria aut proprietatis titulo ſeu aliis quibuscunque de cauſis in predictis villis aut bonis ſitis vel conſtitutis in earundem villarum terminis vel confinijs circumquaque preciſe aliqualiter competebant vel competere videbantur. In ſuper Ego *Agnes* preſcripta omni juri dotis mee, profecticie vel adventicie, ac litteris quibuscunque ſuper dote mea habitis, quantum ad hunc duntaxat articulum ſpecialiter renunciavi ſimpliciter et in to-

tum ipſamque dotem meam in predictis villis aut bonis mihi competentem cum omni jure voluntarie et ſolempniter abjuravi tactis corporaliter ſacroſanctis, ſub ejusdem juramenti atteſtatione, promittens et firmiter attingens, quod nunquam per me vel per alium repetam dicta bona. Renunciavimus inſuper et preſentibus renunciamus Nos Johannes et Agnes conjuges prenotati publice et expreſſe pro nobis et noſtris heredibus univerſis excepcioni doli mali, pacti conventi Epiſtole Divi *Hadriani* et conſtitucioni preſenti, reſtitucioni in integrum, actioni in factum, pecunie non numerate, non tradite, non ſolute et qua deceptis ultra dimidium juſti precij ſubvenitur, Vellejane cui Ego *Agnes* ſpecialiter renunciavi pro me beneficioque fori cujuscunque cunctisque juris clauſulis et auxiliis canonici et civilis, conſuetudinarii et ſtatuti, publici et privati, quibus contra premiſſe vendicionis contractum per nos vel per alios in judicio vel extra ad preſens vel in poſterum venire poſſemus, Religioſos preſcriptos in quieta poſſeſſione predictarum villarum, jurium et bonorum inquietando, impediendo vel aliqualiter per-

perturbando fraude et dolo penitus circumſcriptis. Actnm in *Queich* Anno Domini M°CC°XC°VI° in nonis Marcij (7. Mart.) coram teſtibus ſubnotatis *Johanne de Meti* Canonico Eccleſie Spirenſis, *Cunrado* ſubadvocato preſcripto, *H. milite de Mulnhoven* et *Johanne* fratre ejus, *Hunfrido* advocato et *Hertelino* fratre Magiſtro civium in *Landowe*, *C.* dicto *Keudamar*, *C. Heinburge*, *Johanne* filio *petri*, *Heilmanno Smalz* Scabinis in *Landowe*, *Friderico* et *Volmaro* civibus in *Landowe* ac aliis fide dignis vocatis teſtibus et rogatis. In robur itaque et teſtimonium omnium premiſſorum nos *Johannes* et *Agnes* venditores preſcripti ſigillo mei *Johannis* preſcripti has litteras communivimus, quas eciam ad certitudinem firmiorem ſigillo judicum Spirenſium, ſigillo Cunradi ſubadvocati preſcripti, Sigillo quoque Civitatis in *Landowe* ac Sigillo *Johannis* Spirenſis Canonici concorditer et inſtanter petivimus communiri. Nos judices Spirenſes ad preces venditorum et conjugum preſcriptorum recognoſcencium et fatencium premiſſa univerſa et ſingula coram nobis in figurá judicii Sigillum noſtrum appoſuimus

huic carte. Ego quoque *Cunradus* ſubadvocatus preſcriptus, qui perſonaliter interfui prenarratis, ſigillum meum appoſui ad preſentes. Sed et Nos Scabini in *Landowe* cum omnia prenarrata acta fuerint legittime et ſollempniter coram nobis, ſigillum noſtre Civitatis in *Landowe* appendi procuravimus ad hanc cartam, quam etiam Ego *Johanes Metenſis* Spirenſis Canonicus ad preces predicti *Johannis* fratris mei et nobilis Matrone conjugis ejus preſcriptæ ſigillo proprio conſignavi. Datum Anno et menſe prenotatis in Dominica qua cantatur *judica me Deus*. Facta eſt hec recognicio *Johannis* et *Agnetis* conjugum preſcriptorum coram nobis judicibus Spirenſibus et renunciacio communicata manu preſcriptorum bonorum in figura judicii tempore date preſcripte in preſencia fratris *H. de Remichingen* monachi de *Alba*, *H. militis de Scharphenecke*, *Heinrici* eciam et *Anshelmi de Uzingen* fratrum et aliis fide dignis vocatis teſtibus ſpecialiter et rogatis preſentibus et videntibus antedicta.

LXXXV.

LXXXV.

Littere ſuper VII. libras hall. ex parte Lucgardis. 1296.

*N*os judices, Conſules et univerſi Cives Spirenſes Cunctis preſencium inſpectoribus cupimus eſſe notum, quod coram Nobis et *Engelmanno de Gumersheim* ſculteto Spirenſi conſtituti in publico *C.* dictus *Byger* ex una et *Margareta* ejus legitima ex parte altera concives noſtri dictus *C.* donavit, tradidit et aſſignavit ac ſe donaſſe, tradidiſſe et aſſignaſſe preſentibus recognoscit prefate Margarete ſue legittime omnia bona ſua mobilia et immobilia qualiacunque et ubicunque locorum ſita ſint, que nunc habent et inpoſterum acquiret, pure ſimpliciter, irrevocabiliter et in totum, ut ipſa, ſi eum ſupravixerit, poſt mortem ejus bona eadem recipiat et habeat, ac cum ipſis faciat, ordinet et diſponat juxta ſue beneplacitum voluntatis, heredum ſuorum quorumcunque contradiccione qualibet non obſtante, vice verſa vero ipſa *Mar.* donavit, ceſſit et aſſignavit et ſe donaſſe, ceſſiſſe et aſſignaſſe preſentibus recognoſcit prefato *C.* ſuo marito omnia bona

 na

na ſua mobilia et immobilia preſencia et futura ubicunque locorum ſita et poteſtatem conſimilem ſuper ipſa, ſicut ipſe *C.* ei ſuperius predonavit videlicet ſi ipſe eam ſupervixerit, quod ex tunc ipſa teneat et habeat cum ipſis diſponendo et ordinando prout voluerit absque dolo, et confeſſi ſunt utrinque, hec feciſſe donacione ſimplici inter vivos. Ita quod eam non poſſint revocare. Super quibus dictus ſcultetus hos dedit in teſtes ſcilicet *Marquardum Lamesbuch* et *C. ad Columbam* civium Magiſtros, *Bernhohum ad coronam*, *Ebelinum ante monaſterium*, *Johannem Cranich*, *Wolczonem in Salzhove*, *Gotſchalcum Klobelauch*, *Bernhohum ad Columbam*, *H. Klupphel*, *C. Retſcheln*, *Knoltzonem Zolner* et *Wernherum* dictum *Sidenſwantz* Conſules Spirenſes et quam plures alios fide dignos. Et nos in teſtimonium eorundem noſtre Civitatis ſigillum ad preces predictorum conjugum appendimus huic ſcripto. Datum Anno Domini M°CC° XCVI°. in Craſtino beati *Jacobi*. (26. Jul.)

Anno Domini M.CC.XCVI. — Littere Domini *Adolfi* Rom. Regis ſuper confirmatione omnium privilegiorum ſuperius relatorum ſuper *Heingereide* l. c. p. 266.

An-

Anno Domini M.CC.XC.VI. — Littere ſuper XX maldris Siliginis in *Hanenbach. l. c. p.* 271.

LXXXVI.

Littere ſuper domum ſitam in curia quondam dicti Tbesheim. Ad pytanciam *Uterine Vallis.* 1297.

Noverint Cuncti preſencium inſpectores, quod coram nobis *Rudolfo* Officiali Domini Prepoſiti Spirenſis in figura judicii conſtituti *Heilmannus* pannifex et *Glismudis* ejus legittima recognoverit et publice ſunt confeſſi, ſe juſto vendicionis titulo vendidiſſe *Gezele* converſe de *Meckenheim* cenſum quatuor ſolidorum hall. ſuper domo eorum ſita in curia quondam *Tbiſchen* in platea *ſancti Bartholomei* ex oppoſito Domine dicte *Muterſtedern* pro tribus libris hallenſ. numerate pecunie et recepte, tali condicione appoſita, ut quandocunque dictus cenſus annuus et perpetuus predicte *Gezele* in Nativitate beate virginis et ſuis ſucceſſoribus ſolutus non fuerit plenarie et in totum, quod exinde dictus cenſus duplicatus ſecundum conſuetudinis civitatis Spirenſis deinde

inde persolvatur, promittentes dicti conjuges dictam vendicionem habere ratam perpetuo atque firmam, renunciantes simpliciter et precise omnibus exceptionibus per que posset contra premissa aliqualiter suffragari. Actum et Datum anno Domini M°CC°XCVII°, feria secunda post Dominicam *invocavit*. (4. Martii.)

LXXXVII.

Littere super VIIII libras XX. hall. et super IX maldra bladi et V. Capponibus in Scheide. 1297.

Judices Spirenses. Constitutus coram Nobis in figura judicii *Cunradus* Campanarius de *Scheiden* tradidit et donavit seque dudum donasse et tradidisse in villa *Scheiden* coram juratis in figura judicii secularis ac resignasse publice confessus est, religiosis viris Domino *Gerlaco* Abbati quondam *Uterine Vallis* et Conventui duas partes censuum subscriptorum videlicet undecim uncias hall. super prato sita oben an der Scharphenberger wise et continet duo jugera. It. duas libras cum dimidia et viginti hallenses super prato continente quatuor

tuor jugera et dimidium ſita uf dem underwege. It. quinque ſolidos hall. ſuper pomerio quod fuit olim *Hedewigis* uxoris dicti *Steinhuſer*. Item unam libram hall. et unum capponem ſuper uno jugere orti, quem poſſidet *Erneſtus* filius *Hugonis* in *Scheiden*. It. quatuor uncie hall. ſuper orto, quem poſſidet *Hugo* frater *Herneſti* predicti. It. triginta ſolidos denariorum Wizenburgenſium et duos cappones ſuper curia dicti *Schuchriter* ſita bi der glammen. It. duas libras denariorum et duos cappones ſuper curia quam ipſe *C.* Campanarius olim inhabitavit. Donavit inſuper dictus *C.* et ſe donaſſe ac legittime reſignaſſe confeſſus eſt eisdem religioſis duas partes reddituum bladi, quos habet in *Schwabenwilre* videlicet novem octalium ſub tali forma quod ipſi Abbas et Conventus poſt mortem ipſius *C.* debent duas partes bonorum ſeu reddituum preſcriptorum libere poſſidere, nec licebit ipſi *Cunrado* hujusmodi donacionem mutare quovis modo. Tertiam vero partem reſiduam cenſuum predictorum et bladi preſcripti confeſſus eſt Dominus *Cunradus* ad proprietatem et diſpoſitionem *Adelheidis* poſt ipſius *Cunradi*

radi obitum pertinere. In quorum omnium testimonium ad preces dicti *C.* sigillum nostrum apposuimus ad presentes. Datum Anno Domini M°CC°XC° VII°. feria sexta post octavas Ascensionis Domini. (31. Maji.)

Sub Henrico Abbate.

Anno Domini M.CC.XC.VIII. — Littere donationis Domini *Adolfi* Regis Rom. super Ecclesiam in *Annewilre.* *l.* c. p. 273.

Anno Domini M.CC. nonagesimo octavo. — Littere super aquam dictam *Salmenzuc* cum suis attinencijs. *l. c. p.* 272.

LXXXVIII.

Littere donacionis Friderici procuratoris et Agnetis super bonis in Kungesbach, Rupersberc et Musbach.
1298.

Nos judices curie Spirensis tenore presencium constare cupimus universis, quod constituti coram Nobis in figura judicii *Fridericus de Kungesbach* quondam procurator Domini de *Franckenstein* et *Agnes* ejus conjux legittima Anno Domini M°CC°XC°VIII° feria sexta an-

ante festum Palmarum (28. Martii.) pari voto et unanimi consensu dederunt, tradiderunt et donaverunt animo donandi donacione inter vivos pure et simpliciter in remedium animarum suarum Abbati et Conventui monasterii *Uterine Vallis* curiam suam sitam in dicta villa *Kungesbach* quam inhabitant, cum attinentiis suis ita videlicet quod ipsi *Emichoni* eorum confratri viginti libras hallens. super eadem curia sibi à dictis conjugibus in antea deputatas dent, assignent et persolvant. Item dederunt et donaverunt donacione inter vivos eisdem Abbati et Conventui simpliciter in remedium animarum suarum ex nunc in antea communicata manu et propria voluntate seu consensu irrevocabiliter et in totum bona infra scripta sita in terminis sive Marcka dicte ville *Kungesbach*, videlicet duo jugera cum dimidio vinearum sita retro curiam predictam, Item unum cum dimidio tendencia ultra viam juxta *Sygelonem* dictum *Atzenhuser* dicta in agro. Item duo jugera imme hage, quod unum est pratum. Item duale imme letten juxta duale hospitalis. Item unum cum dimidio in der twerchgaszin. Item unum

juger

juger imme hungiln juxta *Bertoldum* dictum *Wilderich*. It. dimidium an dem Wingartberge juxta Abbatem de *Limpurg*. It. duale imme Neckiln juxta *Hartlibum* piſtorem de *Gumiltingen*. It. duo jugera juxta dictum *Mor an der Munichismuren*. It. dimidium juger prati vendidimus infra inferius villa *Kungesbach* juxta ripam. It. in villa et terminis ſive marcka ville *Rupersburg* unum cum dimidio jugera vinearum juxta *Petrum de Selſen* an der Hohenburg. It. II. in den Welhin ſetzen juxta *Wernherum militem de Rupersburg*. It. duale in dem Welhen ſetzen juxta dictum *Ulricum Berkorn*. It. quatuor jugera bi der hohin muren juxta dictum *Kune de Didensheim*. Item in marcka ville *Musbach* unam vineam que dicitur in deme rode. Ita tamen quod ipſi Abbas et Conventus predictis conjugibus, quamdiu vixerint et qnamdiu voluerint, vel quando ipſis de predictis bonis cedere placuerit, vel alteri eorum, uno decedente dictorum bonorum ſuis laboribus et expenſis dent et aſſignent. Poſt deceſſum vero amborum conjugum predictorum prefata bona ad ipſos Abbatem et Conventum re-

redibunt libere et precise titulo proprietatis, ita quod Anniversaria ipsorum conjugum singulis annis peragant et memoriam animarum suarum habeant, ut tenentur et sicut apud eos fieri est consuetum, quando quidem donacionem se ratam habere promiserunt perpetuo atque firmam promittentes in bona fide per se vel per alios contra prefatam donacionem non venire quoquo modo. *) In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus appendendum ad preces conjugum predictorum. Datum et Actum Anno et die prenotatis.

*) Anno Domini M°CCC° quinto, Sabbatho ante Dominicam Reminiscere (13. Martii) præcedentibus litteris coram judicibus Curie Spirensis additum est: — Preterea predictus *Fridericus* consensu sue uxoris accedente dedit donacione inter vivos predictis Abbati et Conventui bona infrascripta retento sibi usu fructu de eisdem ad dies sue vite hac conditione adjecta quod post mortem *Friderici* predicti, dicti Abbas et Conventus debent assignare XXX libras hallens. videlicet filiis sororis ipsius *Friderici de Musbach* defuncte nec non heredibus eorundem filiorum quindecim libras de predictis triginta libris. It. sorori sue in *Heinvelt* et ipsius heredibus residuas quindecim

decim libras super hiis bonis videlicet Curia prefati *Theorici* in *Landowe* sita et domo una in villa *Kungesbach* ante curiam suam ultra viam sitam. Preterea prefata Agnes consensu mariti sui accedente dedit donacione inter vivos Abbati et Conventui predictis bona infrascripta, retento sibi usu fructu de eisdem quamdiu advixerit sub hac conditione et forma, quod postquam viam universe carnis fuerit ingressa, dicti Abbas et Conventus debent assignare *Elizabeth* sorori ejusdem *Agnetis*, *Emerchoni* filio ejus monacho monasterii predicti, *Nicolao* et *Erhardo* fratribus, filiis fratris predicti *Emerchonis* XXX libras hall. super bonis eorundem, que habent in *Ringeinheim*. Item super domo et orto Cerusorum adjacente in villa *Rupersburg* vel ipsis heredibus relinquere bona prius specificata et hoc erit in optione Abbatis et Conventus prescriptorum. Insuper adjectum est per conjuges antedictos, quodsi persone vel heredes prescripti seu aliquis ex eis contra premissa vel aliquod premissorum ausus quicquam fuerit attemptare seu Abbatem et Conventum predictos in bonis dictis molestare vel impedire quoquo modo, quod eis seu alicui ipsorum competere posset in premissis pro porcione ipsos vel eum contingente, carere debent omnino. Preterea dicti conjuges ordinant, statuunt, quod aque ductus transiens per curiam in *Kungesbach* supradictam, per aliquem possessorem dicte curie mutari et impediri non debet ullo modo, sed ad pratum dicto-

dictorum Abbatis et Conventus continue decurrat quando et quociens fuerit opportunum, promittentes bona fide et sollempni stipulacione pro se et suis heredibus contra predictas donacionem seu ordinacionem nolle venire per se vel per alios in judicio vel extra, publice vel occulte quomodolibet ad presens vel in futurum. In quorum omnium sigillum nostrum ad preces dictorum conjugum presentibus duximus appendendum. Actum et Datum anno et die prenotatis.

LXXXIX.

Taxacio prebende in Bebingen. 1298.

Nos *Petrus de Fleckenstein* Prepositus Majoris Ecclesie Spirensis notum facimus universis presentem litteram inspecturis, quod constituti coram nobis sub anno Domini M°CC° nonagesimo octavo Abbas et Conventus Monasterii *Uterine Vallis* Ord. Cyst. Spir. Dyoc. ordinaverunt et constituerunt prebendam plebano seu vicario perpetuo duraturam. Ex nostro mandato speciali Vicario seu plebano in eorum ecclesia *Bebingen* celebranti scilicet triginta quátuor modios Siliginis nec non totam minutam decimam sive in pecudibus, in

feno feu in aliis fructibus ad minutam decimam pertinentibus, exceptis rebus seu bonis dicti cenobii, que tunc temporis in dicta villa seu terminis ipsius *Bebingen* habebant. Ordinatum fuit eciam, quod dictus Abbas et Conventus deberent dare thaurum, aprum et arietem ipsi ville quandocunque fuerit necessarium, dictus vero plebanus deberet tenere et servare dicta animalia suis laboribus et expensis. Huic ordinacioni et Consensui interfuerunt discreti viri videlicet *Landolfus* Decanus de *Gotramstein*, *Friczo de Nussdorf* portarius ejusdem Decanatus et *Johannes* plebanus de *Westheim* et quam plures alii specialiter ad premissa vocati. Datum Anno et die prenotatis.

XC.

Littere super duo jugera et dimidium agrorum in Offenbach. *).

F. Dei gratia Prepositus Herdensis Ecclesie omnibus in perpetuum. Tenore

*) Juxta Codicem pergamenum Copialem hæc charta intra annos MCCLXXX et XCIX. ponenda inter *Volpertum* et *Heinricum* Præpositos esse videtur.

nore presencium protestor, quod cum Conventus *UterineVallis* fratrem meum *B.* in confratrem meum recepisset, Ego de consensu et bona voluntate fratris mei *Nibelungi* et sororum mearum prefato fratri meo *B.* nullum pociorem heredem quam Xpum constituere volens juxta illud Davidicum : *Dominus pars hereditatis mee*, duo jugera agriculture et dimidium sita in campo dicto *Warmansauge* in *Offenbach* de patrimonio nostro libere contradidi prelibato conventui, verum cum juxta assercionem *Alberti* Coloni Herdensis ecclesie dicta jugera essent coadjacencia et affinia agris herdensis ecclesie, juxta consilium ejusdem Coloni sui *A.* Herdensis ecclesie duo jugera et dimidium in eodem campo sita in concambio conventui supradicto assignavit. In cujus rei testimonium presentem cedulam tradidi *Uterine Vallis* conventui meo sigillo roboratam....

 XCI.

XCI.

Littere ſuper una libra hall. in Albrehtswilre. Ad pytanciam.

1299.

Ego *Heinricus de Ramesbach* dictus *Advocatus in Albrethswilre* profiteor et publice recognoſco, quod ego de conſenſu *Adelheidis* uxoris mee communicata manu vendidi religioſis viris Domino *H.* Abbati et Conventui in *Uzerstal* redditus unius libre hall. perpetuos in feſto beati *Martini* annis ſingulis dicto cenobio integraliter perſolvendos pro duodecim libris hall. et uno octali ſeu maldro Siliginis, quam pecuniam atque bladum me fateor preſentibus a religioſis predictis integraliter recepiſſe, pro aſſecuracione autem predicte libre hall. dictis religioſis bona ſubſcripta nomine ypotece ſive ſubpignoris obligavi, dimidium juger vinee in dem Glimendal juxta magnam arborem nucum. It. Wimares halben morgen in huncelnloche. It. dimidiam aream ſive ortum dimidium attingentem curiam meam. It. unum juger vinee quod habeo ſitum in *Blibach.* It. quartale vinee ſitum in der dinkelerden, juxta

juxta quartale *Sibelonis*, Tenebuntur autem dicti religiosi de Orto predicto duos hallenses et de dimidio jugero sito in *Glimendal* antedicto, alios duos hallenses ecclesie in *Albrethswilre* solvere annuatim, quos tamen quatuor hallenses ego in festo *Martini* et heredes mei cum prescripta libra annuatim tenebimur presentare religiosis eisdem. Factus est autem contractus prescriptus In *Albrehtswilre* adhibita omni solemnitate consueta, presentibus juratis ville testibus subnotatis *Ditzone*, *Hartmanno* fratre ejus, *Sigelone* sculteto, *H. de Kanskirchen* et *Diderico* fratre ejus, et *Sibelone* fratre eorundem. Ad robur autem prescriptorum sigillo Domini *Cunradi de Than* judicis dicte ville hanc cartam pecii communiri. Et Ego *Cunradus de Than miles* prescriptus ad confirmationem prescriptorum sigillum meum ad preces *Heinrici* venditoris prescripti apposui huic carte. Datum Anno Domini M°CC°XC°IX°. in Crastino invencionis sancte Crucis. (4.Maji.)

XCII.

Littere ſuper II maldris Siliginis et uno avene et ſuper ſex talentis olei in Wolmesheim et ſuper ſexta parte molendini in Waltrorbach.

1299.

Judices Curie Spirenſis ad cunctorum preſencium inſpectorum noticiam cupimus pervenire, quod Anno Domini M°CC°XC°IX. XIII. Kal. oct. (19.Sept.) *Methildis* filia quondam *Hartmanni* dicti *Heiden* cerdonis de *Annewilre* in noſtra preſencia et figura judicii conſtituta religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* dicte Dyoc. pio ducta affectu in remedium animarum ipſius et ſuorum progenitorum dedit et tradidit ac donavit pure, libere ſimpliciter, irrevocabiliter et in totum jure proprio et in perpetuum redditus annuos videlicet unum et dimidium modium Siliginis, unum avene modium, ſex libras olei in *Wolmesheim* unum agrum, unum agri pratum cum fructibus ſexte partis ibidem ac redditus ſexte partis unius modii cum ſexte partis molendini in *Waltrorbach* in quorum poſſeſſione omnium et percepcione fuit do-

donacione perfecta inter vivos ad habendum et tenendum ac possidendum ac etiam ordinandum disponendumque cum illis omnibus prout ipsis fratribus et monasterio eorum videbitur expedire, retento sibi usu fructu eorundem, quamdiu vixerit et excepto, prefatas quoque pensiones sive redditus profitemur Nos Abbas et Conventus predicti antesate *Mehtildi* reconcessisse pro certa pensione videlicet dimidietate unius libre cere nobis singulis annis, hoc anno excepto, in nativitate beate *Marie* virginis persolvenda, ad quam pensionem dandam eadem *Mehtildis* se astrinxit, renuncians omni excepcioni doli mali, actioni in factum, beneficiis restitucionis in integrum, Vellejani, dotis seu donacionis propter nupcias ac omni juris auxilio civilis, statuti, consuetudiuis per que contra predictam donacionem venire posset inposterum vel ad presens. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Actum et Datum Anno et die prenotatis.

XCIII.

Littere ſuper V. maldra Siliginis in Heiligenſtein. Ad pytanciam. 1299.

Judices Curie Spirenſis. Noverint Univerſi preſencium inſpectores, quod conſtituti coram Nobis in figura judicii *Heilmannus* filius *Ludewici de Heiligenſtein* et *Elizabeth* uxor ejus legittima recognoverunt et publice ſunt confeſſi ſe conduxiſſe bona infra ſcripta ſita in predicta villa *Heiligenſtein* et terminis ejusdem ſibi et ſuis heredibus ſecundum modum et condiciones infra ſcriptas ab Abbate et Conventu Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Ciſt. Spir. Dyoc. videlicet: domum, orreum, curiam et ortum quondam *de Sunnendack* et quinque jugera agri contigua apud *Franckenſtraze*, ſeptem quoque jugera agrorum in loco, qui dicitur *primus Campus.* Duo eciam jugera agrorum in via verſus *Harthuſen* et unum juger ac dimidium prope altam ſtratam, inſuper jugerum unum et quinque quartalia jugeris verſus *Marrenheim* pro quinque modiis ſiliginis annis ſingulis in Nativitate beate *Marie* Vir-

Virginis ad curiam ipſorum Abbatis et Conventus in *Spira* preſentandis eorum laboribus et expenſis, grandine, ſterilitate, exercitu aut aliquo alio caſu fortuitu non obſtante. Recognoverunt eciam dicti conjuges, quod poſtquam ambo viam univerſe carnis ingreſſi fuerint, quod ſenior heres eorum dicta bona tenebit et poſſidebit indiviſa pro dicta penſione quinque modiorum ſiliginis ut dictum eſt, ſuperius aſſignanda et eciam preſentanda. Conſtituerunt quoque iidem conjuges et ſe conſtituiſſe publice ſunt confeſſi nomine ypotece ſeu ſubpignoris prefatis Abbati et Conventui tria jugera ſua campeſtria ſita in terminis dicte ville *Heiligenſtein* prope quercus, ita videlicet, quod ſine eorum conſenſu expreſſo et permiſſione preſcripta bona cum ſubpignore predicto non alienent, diſtrahant, permutent, dividant, inter heredes, ſed ab uno herede ſeniore indiviſa poſſideantur indiviſe. Adjectum eſt eciam, quod ſi ipſi conjuges aut alter eorum, ſeu heres eorum ſenior contra premiſſa vel aliquod de premiſſis quoque modo venerint aut venire preſumpſerint, ex tunc ſepefati Abbas et Conventus habe-

bebunt liberam facultatem propria auctoritate ſepedicta bona cum ſubpignore ſibi attrahendi, tollendi et uti jure quod vulgariter dicitur *uffholn* et aliis vel alii locandi, concedendi, diſponendi et ordinandi cum ipſis bonis prout eis viſum fuerit expedire contradiccione conjugum, heredum aut heredis ſeu cujuscunque alterius non obſtante. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad rogatum eorundem conjugum preſentibus duximus appendendum. Actum et Datum Anno Domini M°CC°XC° nono VIII. Idus Decembris. (6. Dec.)

XCIV.

Littere ſuper bona quondam Dietheri Ortulani in Spira. 1300.

Nos *Fridericus* Dei gratia Spirenſis Epiſcopus cunctis preſencium inſpectoribus cupimus eſſe notum, quod *Otto* dictus *Broceln Spiſarius* *) noſter de no-

*) *Spiſarius.* Speiſer: in monaſteriis quibusdam ſupereſt officium eines Brod Speiſers. Brood Spender, Brood Spenner, Truchſes, Ober-Küchenmeiſter, Dapifer. Dieſes Amt war ehemals eines von den Stift-Bremiſchen Erbämtern. *Joh. Rode in regiſt. bonor. Dat Cammerer-amt heben nu de van Lunebergen: Item dat Brod-Spenner-amt. Bremiſch wörter-buch.*

noſtro nec non Decani et Capituli Ecclesie noſtre Spirenſis conſenſu expreſſo et libera voluntate bona infra ſcripta ad Officium ſuum dictum *Spiſamit* ſpectantia locavit et conceſſit ſuo et ſucceſſorum ſuorum nomine in dicto officio et ſe locaſſe et Conceſſiſſe preſentibus recognoſcit in emphiteoſim *Bertholdo* filio *Wernheri de Gumirsheim* Carnifici civi Spirenſi et ſuis heredibus pro annua penſione XII. maldrorum ſiliginis dative ipſi *Ottoni* et ſuis in dicto officio ſucceſſoribus annis ſingulis in perpetuum danda in Nativitate beate *Marie* virginis et preſentanda per ipſum *Bertholdum* et ejus heredes in civitate Spirenſi ante quamcunque domum voluerint dictus Otto aut ejus dicti ſucceſſores absque omni dampno eorum, non obſtante grandine, exercitu, ſterilitate, incendio ſeu caſu alio fortuito qualicunque. Et in ſubpignus dictus *Berholdus* prefato *Ottoni* et ſuis in dicto Officio ſucceſſoribus V. jugera in fine tendencia contigua verſus civitatem Spirenſem deſignanda de XII. jugeribus emptis per ipſum *Bertholdum* ab heredibus quondam Domine dicte *Lamesbuchin* obligavit et obligat per preſentes

tes more debito et consueto, quorum bonorum sic locatorum specificatio talis est scilicet VIII. jugera am Spiren reine in Eckilmannis ibidem. Item II. jugera apud Dominam dictam *blindin*. It. IIII. jugera bi dem emertheu wege apud *Sygelonem Krieg*. It. I. juger apud Diebbrucken penes *Conradum* dictum *Frimersheimer*. It. VI. jugera apud dictam *blindin*. It. I. juger super bergvelde inter agros *Rethselini*. It. in eodem campo II. jugera apud *Cunradum de Columba*. It. super Leimgrubin II. jugera apud pueros dicte *Zolerin*. It. IIII. jugera apud *harthuser* weg ultra ripam apud Dominam dictam *Lambsbuchin*. It. I. juger et est anewender apud agros hospitalis. It. I. juger apud eosdem agros hospitalis. It. I. juger apud *stellam*. It. tria jugera apud dictum *de Rorhus*. It. I. juger apud Dominos de *sancto Germano* et hoc est anwinder. It. IIII. jugera tendencia super agros predictorum Dominorum de *sancto Germano*. It. VI. apud *Arnoldum*. It. II. apud illum *de Columba*. It. II. jugera apud dictos Dominos de *sancto Germano*. It. II. jugera in dem merhs apud pueros Sy. dicti *Hun*. It. IIII. jugera apud Hohenackern apud Dominum

num *de ſancto Egidio*. In quorum evidenciam atque robur, cum hec noscamus, Eccleſie noſtre Spirenſis et dicti *O*. Spiſarii nec non ejus in dicto officio ſucceſſorum fore utilitas et profectus, preſentes litteras noſtri *F*. Epiſcopi nec non Capituli Eccleſie noſtre Spirenſis ſigillorum munimine *Bertholdo* prefato et ſuis heredibus tradimus roboratas. Et nos *Eberhardus* Decanus Eccleſie Spirenſis totumque Capitulum tenore preſencium recognoſcimus et publice profitemur, premiſſam locacionem et omnia prenarrata de noſtro ſcitu, juſſu et voluntate acta eſſe et ea in toto vel in parte ratificamus et aſſirmamus utpote utilia atque bona et Eccleſie noſtre et omnibus perſonis Eccleſie noſtre officium predictum obtinentibus ſigillum noſtri Capituli prefati Domini Epiſcopi ſigillo coappendimus ad preſentes in robur et teſtimonium omnium preſcriptorum. Datum Anno Domini M°CCC° in Craſtino beati *Bartholomei*. (25. Aug.)

XCV.

XCV.

Littere ſuper tribus maldris Siliginis ad pitanciam. 1301.

Univerſa negocia, que in ſolido ſtatu ſtare cupiunt, cum teſtimonio litterarum fiunt firmiora. Noverint igitur preſencium inſpectores univerſi, quod ego *Gerbode* dictus *Gelman* et mei pueri *Johannes Gerbut*, *Petrus* et *Margareta de Dirbach* cum aſſenſu et nutu eorum vendidi, vendidiſſe preſencium me recognoſco honorabili Domino H. Abbati et Conventui *Uterine Vallis* tria maldra Siliginis pro XIII. libris et X. Solidis hall. numerate pecunie perpetuorum reddituum Spirenſis menſure preſentanda ſingulis annis in oppidum *Landowe* in nativitate beate Virginis *Marie* ad quamcunque domum decreverint meis vecturis et expenſis. Subpignora autem eis dedi, conſtitui et aſſignavi IX. jugera agrorum juxta abietem prope *Fridericum*, de quibus dedi et do annuatim dimidiam libram cere nomine cenſus in *Cloſeberc*, eciam aſſignavi eis III. jugera prati in medio ville *Dirbach*, de quorum uno juxta *Arnoldum* dabo i. denar, in curiam dicti

dicti *Strucheleres*, de alio prato juxta Sultetum. nichil do. De dimidio prato juxta *Arnoldum* bime ſtege IIIIor den: ad Eccleſiam in *Rude* dabo Ego et mei heredes et nichil plus. Confiteor eciam me promiſiſſe filios meos *jacobum* et *Nicholaum* minores annis inducere ad predictorum ſubpignorum reſignacionem, cum ad annos pervenerint discrecionis. Tradidi eciam predictis Religioſis et aſſignavi fidejuſſores *jacotum* ſcultetum fratrem meum et *joannem* filium meum ſeniorem et *Wernherum* de *Bullenkeim* filiaſtrum dicti Profeters, quorum ſi unus deceſſerit, alij duo ſe obſtagio preſentabunt, usque dum tercius fidejuſſor ſubrogetur, quos quidem fidejuſſores warandos ad annum ſubſtitui in aſſercione omnium premiſſorum. Adjectum eſt eciam ordinacioni jam premiſſe, quod ſepedicta ſubpignora non debent variari vel diſſociari ullo modo et unus vel duo heredum nobis annonam preſentare. Actum anno Domini M°CCC° primo, feria quarta poſt Dominicam Invocavit. (22. Febr.) Coram ſculteto in *Rude*, *jacobo* dicto *Gerboden* ſun et *C.* dicto, herre et Lenherre in curiam dicti *Struchelere*

et *Friderici* et *Frizſchen* et *Wolframi* dicti *hubere*, *Rudigero* ſculteto *C.* dicto *Urine*, *Gerboto* dicto *Graſſer*, *petro* filio *Gerbutonis* junioris, *Heilmanno* dicto *holteln*. In cujus rei teſtimonium preſentem litteram eisdem tradidi honeſtorum virorum videlicet *Nicolai* Decani in *Bliswilre* et Domini *H.* plebani in *Rode* ſigillis communitum.

XCVI.

Littere ſuper III. maldris ſiliginis in Albirswilre. 1301.

Noverint univerſi preſencium inſpectores, quod Ego *Sygulo* Advocatus in *Albirswilre* absque legittima et liberis et Ego *Petrus* filiaſter *Heinrici* quondam Advocati predicte ville et *Margaretha* uxor mea legittima unanimi conſenſu vendidimus et vendidiſſe nos profitemur honorabili Domino *Heinrico* Abbati et Conventui *Uterine Vallis* tria maldra ſiliginis Spirenſis menſure annis ſingulis in nativitate beate Virginis in Civitatem *Landówen* ante quamcunque decreverint domum preſentare noſtris vecturis et expenſis. Nos noſtrosque Succeſſores perpetualiter promit-

mittemus pro XII. libris et V. ſolidis hall. pecunie numerate pro aſſecuracione omnium predictorum, trium maldrorum prelibatis viris religioſis bona ſubſcripta ,in *Albirswilre* nomine ypothece ſive ſubpignoris obligamus ſive reſignamus I. jüger vinee in den ſiben morgen juxta duo jugera Dominorum *Uterine Vallis*, Item I. juger vinee in Huncenloch cum arboribus attinentibus juxta dimidium juger *Heinrici* de *Hanenbach*. Item curiam quamdam Domine dicte *Friderun* cum domibus, edificijs et ortis attinentibus juxta curiam Domini plebani predicte ville, dedimus autem de jugere preſcripto in den ſiben morgin II. hallenſes cenſuales in cujusdam Domini Metenſis dictam *hubhof* in *Kanskirchen* et de curia preſcripta quondam dicte *Friderun* VI. hall. ad eccleſiam predicte ville *Albirswilre*, quos quidem VIII. hall. cenſuales tenebimur nuncio dicti cenobij in die ſancti *Martini* in ſepedicta villa preſentare et ipſi eccleſie perſolvere tanquam veri poſſeſſores, et propter varias invenciones caucius evitandas, adjectum eſt eciam ordinacioni premiſſe jam, quod predicta pignora non diſſolventur in partes plu-

 res

res quam prefcriptum eft, neque ullo modo varientur, et nos et noftri heredes predicta III. maldra filiginis, ficut fuperius eft expreffum, infimul et integre perpetuo prefentemus contradictione qualibet non obftante. Factus eft autem contractus prefcriptorum in prefcripta villa *Albirswilre* adhibita omni follemnitate confueta in figura judicij ex utroque latere ripe dicte *Queichin* prefentibus juratis ville teftibus fubnotatis *Heinrico* plebano predicte ville, *Diderico* Schulteto, *H.* Sculteto in *Kanskirchen*, *H.* dicto *Fufe*, *H.* dicto *Spiheler*, *C.* dicto *Wifeman*, *Hammone* piftore, *H.* dicto *Babift*, *Sibelone* carnifice, et *C.* hospite fororio fuo, *Diderico* dicto *Virsman* carnifice, *Hartmanno* refidente prope fontem et *Dizone* fratre fuo. Hi XII. vulgarie dicti hubere in empcione antedicta et refignacione omnium prefcriptarum aderant fr. *johannes* monachus dictus *Cerdo* et fr. C. converfus dictus *Eichwalt* monachus *Uterine Vallis*. In cujus rei teftimonium prefentem litteram eisdem tradidimus honeftorum virorum videlicet Domini *Landolfi* Decani de *Gotdrameftein* et Domini *H.* plebani noftri in *Albirswilre* figillis communi-

munitam. Datum anno Domini M°CCC° primo in die Sancti *Georgij* martiris. (23. Apr.)

XCVII.

Littere ſuper ſex maldris ſiliginis et ſuper una libra hallenſium et una urna olei in Mornsheim. 1301.

Univerſa negocia que in ſolido ſtatu ſtare cupiunt, cum teſtimonio litterarum fiunt firmiora. Noverint igitur preſencium inſpectores univerſi, quod ego *Waltherus de Mornesheim* filius quondam *Friderici de Buheln* cum aſſenſu et nutu *Elſen* uxoris mee legittime vendidi, vendidiſſe preſencium me recognoſco honorabili Domino *H.* Abbati et Conventui *Uterine Vallis* duo maldra ſiliginis annis ſingulis in Nativitate beate virginis in predicta villa perpetualiter perſolvenda pro octo libris et decem ſolidis hall. pecunie numerate. Subpignora autem eis dedi, conſtitui et asſignavi alterum dimidium jugerum pratorum juxta heidenbrunne. Item unum juger pratorum amme Ride. Ego *Wernherus* ſororius predicti *Waltheri* et *Metza* uxor mea legittima eciam profite-

 fite-

fitemur et publice recognoſcimus nos in eadem villa *Morneſheim* vendidiſſe predictis viris religioſis unam libram hall. in die Sancti *Martini* et unum maldrum ſiliginis in Nativitate beate Virginis annis ſingulis in predicta villa dicto Cenobio integraliter perſolvendum pro XVI. libris et XV. Solidis hall. pecunie numerate pro aſſecuracione autem predictorum dictis religioſis bona ſubſcripta nomine ypotece ſive ſubpignoris obligavimus tercium dimidium jugerum pratorum niden amme Quecburne. It. II. jugerum agri oben auf deme Katzendal. Item dimidium juger agri in der auwen. It. unum juger agri juxta blanken morgen verſus ymphelinger marc. Ego *Heinricus* dictus *Glokener* et *Metza* uxor mea legittima in *Morneſheim* eciam vendidimus et vendidiſſe nos profitemur predictis viris religioſis unum maldrum ſiliginis in Nativitate beate Virginis annis ſingulis in predicta villa preſentare pro quatuor libris et V. ſolidis hall. pecunie numerate, ſuppignora autem eis dedimus et reſignavimus alterum dimidium jugerum agri juxta dotem in deme hubnacker. It. duo jugera agri zu Nivern

in

in terminis ville *Gekelingen*. It. unum juger agri in *Wilersgrunde*. It. ein zweiteil juxta fontem dictum *hungerburne*. It. dimidium zu loche juxta Dominos *uterine vallis*. It. ein virteil juxta nucum inferioris montis. Ego *Dipoldus* Scultetus in *Mornesheim* et uxor mea *Gude* recognoſcimus nos vendidiſſe prelibatis viris religioſis unum maldrum ſiliginis annis ſingulis perſolvendum die et termino prenotatis pro quatuor libris et V. ſolidis hall. pecunie numerate, ſubpignora autem eis dedimus et in figura judicii predicte ville reſignavimus duo jugera agri in der auwcn juxta dimidium juger Dominorum *Uterine Vallis*. Item unum juger agri zu *heilgenburne* juxta V. jugera Dominorum preſcriptorum. Ego vero *Heilmannus* frater *Dipoldi* predicti de conſenſu *heilen* uxoris mee vendidi antedictis viris religioſis unum maldrum ſiliginis in predicta villa *Mornesheim* annis ſingulis in Nativitate beate Virginis preſentare pro quatuor libris et V. ſolidis hall. pecunie numerate, pro aſſecuracione autem ſepedictis viris religioſis bona ſubſcripta nomine ypothece obligavimus ein Zweiteil amme Kungeswege juxta den

Zweiteil Dominorum *Uterine Vallis*. It. ein Zweiteil amme Kungeswege juxta alterum dimidium jugerum agri gein deme bruwel Dominorum *Sancte Walpurc*. Ego *Marquardus de Mornesheim* preſentibus profiteor et publice recognoſco quod de aſſenſu et nutu *Giſeln* uxoris mee legittime vendidi ſepedictis viris religioſis unam urnam olei perpetuam in die Sancti *Martini* in prefata villa annis ſingulis preſentandam pro quinque libris et XV. ſolidis hall. pecunie numerate. Subpignora autem eis dedi, conſtitui et aſſignavi curiam meam juxta curiam *Merkelini* filij mei. It. dimidium juger agri an dem marketwege. It. unum juger agri an deme Huchelheimer wege verſus *Gekelingen*. Factus eſt autem contractus omnium preſcriptorum in ſepedicta villa *Mornesheim*, adhibita omni ſollempnitate conſueta preſentibus juratis ville teſtibus ſubnotatis, *Dipoldo* ſculteto, *Gerlaco* fratre ſuo et *Heilmanno* fratre eorundem et *C.* dicto Ingenheimer, *Vollone* fabro de *Steinwilre*, *H.* dicto *Wetzfus*, hy preſcripti dicti *uhubere*. *H.* dicto *Swab*, *Merkelino* dicto *Campenario*, *Ulrico* dicto *Reideil*. In empcione autem

tem et resignatione omnium premissorum excepto uno maldro siliginis, aderat fr. *Sifridus* Conversus qui asserens se prescripta emisse ad pitanciam et solacium Conventus monasterii *Uterine Vallis*. In cujus rei testimonium presentem litteram eisdem tradidimus honestorum virorum scilicet Domini *Nycolai* Decani de *Bliswilre* et Domini *Gerhardi* plebani de *Mornesheim* sigillis communitam. Datum anno Domini M°CCC° primo in die Sancti *Georgii* martiris. (23. Apr.)

XCVIII.

Littere super lite sedata contra Margaretam de nova Civitate super bonis Wernlini. 1301.

Nos judices Curie Spirensis recognoscimus per presentes, quod constitutis coram nobis in figura judicii Anno Domini M°CCC° primo feria quarta ante festum beati *Martini*, (8. Nov.) *Cunrado* Cellerario Majori Monasterii in *Uzerstal* et *Margareta* relicta quondam *Heilmanni* Opidani *Nove Civitatis*, dictus Cellerarius nomine Abbatis et Conventus Monasterij predicti, dicta

verò *Margareta* pro ſe et ſuis heredibus quibuscunque in Magiſtrum *Heinricum de Maguncia* prebendarium Eccleſie Spirenſis et *johannem* dictum *Goezman* civem predicte *nove Civitatis* ſuper omnibus controverſijs, que inter dictos Abbatem et Conventum ex parte una et ipſam *Margaretam* ex altera ſuper bonis quibuscunqne quondam Wernlini civis dicti Opidi tanquam in arbitros, arbitratores ſeu amicabiles compoſitores ſub pena centum librarum hallen. et ſub periculo cauſarum ſeu cauſe que inter eos vertebantur, compromiſerunt libera voluntate, promittentes ſe ſervaturos et non venturos quoquo modo contra ordinacionem, compoſicionem ſeu eciam pronunciacionem dictorum arbitrorum, et dantes eis poteſtatem, ut ambo pronuncient vel alter eorum in ſcriptis vel ſine ſcriptis ſub hac forma, quod ſi quam parcium ſervare pronunciationem dictorum vel alterius eorum non contigerit, ipſa pars contraveniens parti ſervanti arbitrium ſeu pronunciacionem centum libras hallenſium ſolvere debebit et nichilominus cauſam perdet. Quod compromiſſum ſeu arbitrium dicti Magiſter *Heinricus* et *joannes* in ſe ſub forma ex-

expressa superius receperunt. In quorum omnium premissorum robur et evidentiam sigillum curie Spirensis ad preces dictarum parcium presentibus duximus appendendum. Datum anno Domini predicto Sabbato ante festum beati *Nycolai.*

XCIX.

Littere super tribus maldris siliginis in Slegildal. 1301.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod constituti coram nobis Officiale Domini Prepositi Spirensis in figura judicij anno Domini M°CCC° primo in vigilia beati Andree Apostoli (29. Nov.) *Eybertus de Slegeldal* et *Agnes* conjux ejus legitima pari voto et unanimi consensu vendiderunt et se justo vendicionis titulo vendidisse publice recognoverunt religiosis viris Abbati et Conventui *Uterine Vallis* pensionem annuam et perpetuam trium modiorum siliginis legalis *W*iczenburgensis mensure, promittentes bona fide nec non obligantes se suosque heredes et successores universos ad dandam et presentandam prefatam pensionem singulis annis in

in Nativitate beate *Marie* virginis in curiam eorundem Abbatis et Conventus in *Wizenburg* vel ante aliam domum, quam voluerint infra muros Civitatis ejusdem, ipſorum conjugum periculo, laboribus et expenſis, grandine, exercitu, ſterilitate vel quovis alio caſu fortuito non obſtante pro duodecim libris hall. et quatuor unciarum bonorum et legalium, quam quidem pecuniam dicti conjuges eis numeratam, traditam et ſolutam fore integraliter ab eisdem et in ſuos evidentes uſus converſam publice recognorunt. Renunciantes excepcioni non numerate &c. (ſequuntur clauſulæ ut 22. jul. 1309.) Preſtitit quoque prefata *Agnes* fidem nomine juramenti de non veniendo contra premiſſa racione dotis vel ex alia cauſa qualicunque. Conſtituentes nichilominus dicti conjuges communicata manu eisdem Abbati et Conventui pro dicta penſione ſolvenda, ut eſt dictum pro ſubpignore bona infra ſcripta videlicet, tria jugera campeſtria an dem lache tendentes ſuper pomerium. It. tria jugera pratorum dicta *Karlin wiſe* ſita an dem etzinbirboime. It. die halbe breite wiſe juxta ſilvam *Godberti* ſita in terminis ſive marka

ka ville *Slegildal*, que quidem bona ſi non ſolveretur dicta penſio, ut preſcriptum eſt, contradictione quorumcunque non obſtante ad eosdem Abbatem et Conventum libere devoluentur ipſo facto ita quod diſponere valeant de eisdem de cetero prout eis videbitur melius expedire. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad preces dictarum parcium preſentibus duximus appendendum. Actum et Datum anno et die prenotatis.

C.

Littere ſuper tribus maldris ſiliginis in Dirbach ad pitanciam. 1301.

Notum ſit univerſis preſentes litteras inſpecturis, quod ego *Cunradus* dictus *Suner de Dirbach* cum aſſenſu et nutu *Margarete* uxoris mee legitime vendidi ac vendidiſſe publice recognoſco Venerabili Domino *H.* Abbati et Conventui Monaſterij *Uterine Vallis* tria maldra ſiliginis in Nativitate beate *Marie Virginis* annis ſingulis Spirenſis menſure in Civitatem *Landowe* ante quamcunque domum decreverint, preſentare meis vecturis et expenſis pro duodecim libris et decem ſolidis hall. pecu-

pecunie numerate, pro aſſecuratione autem predictorum trium maldrorum prelibatis viris religioſis bona ſubſcripta in predicta villa Dirbach nomine ypothece ſive ſubpignoris obligavi et publice reſignavi tria jugera terre arabilis juxta portam quondam fridere. It. duo jugera bime holderſtocke. It. unum juger ame einode quondam *Gobelmanni*. It. unum der eigen morgen an dem bloche. Item II. jugera prati ame kanel reine. It. curiam quondam *Adelheidis* cum edificiis et ortis juxta curiam quondam *Bernhelmi* cum edificiis et ortis juxta curiam Dominarum de *Kanskirchen*, dedi autem de bonis preſcriptis decem denarios Wizenburgenſes cenſuales ſcilicet de curia quondam *Bernhelmi* tres denarios. Item de duobus jugeribus bime holderſtocke II. denarios in curiam Domini de *Fleckenſtein*. It. de tribus jugeribus juxta portam Friders III. denarios. It. de II. jugere pratorum I. denar. in curiam Domini Decani de *Spira*. It. de I. jugere an dem bloche unum hallenſem ad Eccleſiam dicte ville *Barbelrode*. predictos autem denarios promiſi eis preſentare in Nativitate beate Virginis ut nomine Cenobij predicti cenſum

ſum perſolvent tanquam veri poſſeſſores et propter varias invenciones evitandas. Adjectum eſt eciam ordinacioni jam premiſſe, quod preſcripta ſubpignora non debent minui per aliquam vendicionem neque variari per aliquam mutacionem vel addi per aliquos cenſus et ab uno vel ad majus à duobus heredum meorum, qui preſcripta ſubpignora poſſederint poſt obitum meum predicta tria maldra ſiliginis cenſualia cum denariis preſcriptis, ſicut ſuperius eſt expreſſum inſimul et integraliter in predictam civitatem *Landowe* perpetuo preſententur contradictione qualibet non obſtante. Factus eſt autem contractus omnium preſcriptorum in predicta villa *Barbelrode* adhibita omni ſollemnitate conſueta preſentibus juratis ville et aliis fide dignis teſtibus ſubnotatis, Domino *C.* Vicario majoris eccleſie Spirenſis et *Wilhelmo* Domicello fratre ſuo, Domino *H.* plebano predicte ville, *Rudegero* dicto *Vaut*, *H.* dicto *heckman*, *Mengoto de Wilre*, *C.* ſartore, *Sibotdone* et fratre ſuo *C. de Winden*, *Jacobo* domicello. In empcione autem et reſignacione premiſſorum aderat fr. *Johannes* dictus *Cerdo de Spira* monachus prefa-

te

te ecclesie Uterine *Vallis*. Ne autem super huius vendicionis contractu nullus in posterum valeat vacillare, presentem cedulam ipsi Cenobio Uterine *Vallis* contuli honestorum virorum videlicet Domini *Nicolai* Decani de *Bliswilre* et Domini *H.* plebani in sepedicta villa *Rode* sigillis munimine roboratam. Actum anno Domini M°CCC° primo Dominica ante *Lucie* Virginis. (10. Dec.)

CI.

Littere super tribus maldris filiginis in Barbelrode ad pitanciam. 1301.

Noverint igitur tam presentes quam futuri ad quos pervenerit presens scriptum, quod ego *Bertoldus* faber de *Barbelrode* cum assensu heredum meorum videlicet filie mee *Elsen* et *Ludewici* mariti sui et filie mee *Margarete* et *Johannis* mariti sui et *Anne* et *Wernheri* puerorum meorum vendidimus et vendidisse nos profitemur honorabili Domino *H.* Abbati et Conventui Monasterij *Uterine Vallis* tria maldra filiginis Spirensis mensure annis singulis in Nativitate beate *Marie* Virginis in civitatem *Landowe* ante quamcunque domum decre-

cre-

creverint, presentare nostris vecturis et expensis nos nostrosque successores perpetualiter promittimus pro XII. libris et X. solidis hall. pecunie numerate. Pro assecuracione autem predictorum trium maldrorum prelibatis viris religiosis bona subscripta in *Barbelrode* nomine ypothece sive subpignoris obligavimus et resignavimus tria jugera terre arabilis uf der eben juxta novem jugera Domine dicte *Lutern*. Item unum juger dicta Geinsemorgen amme Geisze-barte juxta Dominas *Sancte Clare* de *Spira*. It. duo jugera in der horbach juxta predictas Dominas *Sancte Clare*. It. unum juger pratorum situm in medio pratorum Dominarum de *Alta* versus arborem dictam *Linde*. It. unum juger vinee juxta *Johannem* fabrum filiastrum predicti venditoris *Bert*. versus silvam dictam Sclafeich. It. Curiam meam cum domibus et edificijs et ortis attinentibus juxta curiam Domini plebani predicte ville *Rode*, dedimus autem de bonis prescriptis XIIII. denarios Witzenburgenses scilicet de tribus jugeribus uf der Eben, III. denarios et de duobus jugeribus in der horbach II. denarios et de vinea versus Sclafeich II. de-

narios in Curiam Domini Abbatis de *Witzenburg*. It. de curia mea juxta plebanum II. denarios in curiam Domini Decani de *Spira*. It. de jugere dicto Geinſemorgen V. denarios ad eccleſiam predicte ville *Rode*, de prato vero verſus arborem dictam *Linde* nichil dedimus, quod liberum eſt. preſcriptos autem denarios Witzenburgenſes cenſuales nos et noſtri heredes tenebimur et promiſimus ad loca preſcripta annis ſingulis preſentare. Profiteor eciam Ego *Bert*. me promiſiſſe pueros meos *Annam* et *Johannem* minores annis inducere ad predictorum ſubpignorum reſignacionem, cum ad annos pervenerint diſcretionis, et ſuper hoc conſtitui fidejuſſores *Wernherum* fratrem meum fabrum de *Bullenkeim* et *Johannem* filiaſtrum meum fabrum de *Rode*, quorum ſi unus deceſſerit, alter ſe obſtagio preſentabit usque dum alius loco illius ſubrogetur. Adjectum eſt eciam ordinacioni jam premiſſe, quod ſepedicta ſubpignora non diſſolventur in partes plures quam preſcriptum eſt, neque ullo modo varientur et unus vel ad majus duo heredum predicta tria maldra ſiliginis cenſualia ſicut ſuperius eſt expreſſum, inſimul et inte-

integraliter perpetuo presentabunt contradiccione qualibet non obstante. Factus est autem contractus prescriptorum in sepenominata villa *Rode* adhibita omni sollemnitate consueta in figura judicii presentibus juratis ville testibus subnotatis Domino *C.* vicario majoris Ecclesie Spirensis, Domino *H.* plebano antedicte ville, *Jacobo* Sculteto, *Meingoto, C.* dicto *herre, Dielmanno* et fratre suo *Johanne C.* Domicello, *Johanne* sartore, *Ludovico de Mulnhoven, Johanne* filio *Meingoti C.* dicto *Suner* de *Ditburch,* Wernhero fabro de *Bullenkeim, C.* Sculteto de *Winden.* In empcione autem et resignacione omnium prescriptorum aderant fr. *Johannes* dictus *Cerdo de Spira* et fratres *Johannes* dictus de *Rode* monachi predicti monasterii *Uterine Vallis,* ne autem in predictum Cenobium a quoquam hominum possit aut debeat in posterum aliqua calumnia suboriri, presentem cedulam ipsi Cenobio *Uterine Vallis* contulimus honestorum virorum videlicet Domini *Nicholai de Bliswilre* et Domini *H.* plebani in sepedicta villa *Rode* sigillis munimine roboratam. Actum anno Domini M°CCC° primo in die Exaltacionis sancte Crucis. (14. Dec.)

An-

Anno Dominice Incarnationis M·CCC· primo· — Littere quod Curia noſtra *Spire* omnimode ſit libera et exempta. l. c. p. 275.

Anno Domini M·CCC. primo. — Littere ſuper piſcariam in *Metersheim* ex parte *Johannis* de *Vorſt* Civis Spirenſis l. c. p. 277.

CII.

Littere ſuper ſententia data contra Margaretam ſuper bonis Wernlini.
1302.

Ego Magiſter *Heinricus de Moguncia* prebendarius Eccleſie Spirenſis Arbiter aſſumptus una cum *Johanne* Cive de *Nova Civitate* dicto *Goczman* a religioſis et honeſtis viris Abbate et Conventu Monaſterii in *Uzerſtal* ordinis Cyſterc. ex parte una et *Margareta* relicta quondam *Heilmanni an der brucken* ex altera, in cauſis que inter eos vertebantur ſuper bonis quondam *Wernlini* civis de *Nova Civitate* de mandato et conſenſu dicti *Johannis* coarbitri mei ſentencialiter pronuncio hijs ſcriptis predicta bona ſpectare ad Abbatem

batem et Conventum predictos et prefatam *Margaretam* et suos heredes nichil juris habere in bonis prefatis nec se debere ulterius intromittere de eisdem et se curaturam, quod heredes sui cujuscunque sexus sint, juris, si quid habere videbantur, renuncient cum (omissum *ad*) annos legittimos venerint, nec dictos religiosos et honestos viros impediant directe vel indirecte publice vel occulte in eisdem. Pronuncio etiam eadem auctoritate, quod prefata relicta habitare debebit in curia dicti quondam *Wernlini* usque ad festum beati *Johannis Baptistæ* et ex tunc dictam curiam ipsis fratribus dimittet liberam et penitus absolutam. Arbitrans eciam dico et pronuncio dictos religiosos debere expedire et dare prefate *Mar.* et heredibus suis legatum, quod dictus *Wernlinus* ipsis dinoscitur reliquisse. Item de consensu etiam mei College et socii prefati pronuntio, quod sepedicti Abbas et Conventus dent et assignent prefate Mar. XX. libras hallens. usque ad festum Epiphanie Domini proximum, ut eo libencius pro se et suis heredibus juri, si quod haberet, in bonis renunciet supradictis. Ego *johannes*

prefatus hijs omnibus interfui et confiteor prefatum Magiſtrum *H.* de conſenſu meo et mandato meo et ſuo nomine predicta omnia pronunciaſſe, qua pronunciacione facta in preſencia parcium predictarum et petencium pronunciari, ipſe partes in continenti ipſi pronunciacioni facte in preſencia Magiſtri *Cunradi* Notarij curie Spirenſis et noſtra videlicet mei et *Heinrici* et *Johannis* conſenſerunt et eam approbarunt juxta omnes ejus articulos promittentes ſe ipſam pronunciationem per omnia fideliter ſervaturas. In quorum omnium robur et evidenciam. Ego Magiſter *H*, ſigillum meum duxi preſentibus appendendum. Et ego *Johannes* quod ſigillum proprium non habeo ſigillum, *H.* dicti *Gier* viceplebani *Nove Civitatis* in testimonium premiſſorum appendi preſentibus procuravi. Et Ego dictus *Gier* predictus ad preces predicti *Johannis* ſigillum meum duxi preſentibus apponendum. Actum et datum anno Domini M°CCC° ſecundo, feria quarta ante Epiphaniam Domini. (3. Jan.)

Anno Domini M.CCC.II. — Littere ſuper bonis collatis ex parte *Johannis de Wolmesheim*. l. c. p. 278.

CIII.

CIII.

Littere super pratum juxta Almeinde in Merlheim. 1302.

Officialis Domini Prepositi Spirensis. Noverint cuncti presencium jnspectores, quod *Ernestus* dictus *Enseln de Merlheim* feria tercia post Dominicam *Reminiscere* (20. Martii.) sub anno Domini M°CCC° secundo in nostra presencia constitutus assignavit, tradidit et donavit donacione inter vivos Religiosis Viris Domino Abbati et Conventui monasterij in *Usserstal* pratum contiguum Almeinde ville *Merlheim* tendens immediate super ripam dictam *Queiche*, recognoscens se donasse ac resignasse dictum pratum eisdem religiosis pure, simpliciter, irrevocabiliter et libera voluntate, dans eisdem ex nunc auctoritate propria per presentes ingrediendi dicti prati possessionem et deinceps retinendi plenam et liberam potestatem promittens etiam omni dolo seu fraude procul pulsis grata et firma habere inviolabiliter omnia superius expressa, renuncians nichilominus pro se suisque heredibus ac successoribus omni questioni actioni seu juri sibi ex quacunque in dic-

to prato competenti caufa. Datum et Actum die et anno Domini, quo fupra.

CIV.

Littere fuper novem maldra filiginis.
1302.

Noverint univerfi prefencium infpectores, quod *Volgerus de Odinsheim* et *Gertrudis* ejus conjux legittima coram Nobis Officiali Domini Prepofiti Spirenfis in figura judicij conftituti fub anno Domini M°CCC°II°. Sabbato proximo ante Dominicam qua cantatur, *quafi modo geniti* (28. Apr.) vendiderunt coadunatis manibus et confenfu unanimi et fe jufto vendicionis titulo vendidiffe religiofis viris Abbati et Conventui monafterij in *Uzerftal* penfionem annuam et perpetuam novem maldrorum filiginis boni et legalis Spirenfis menfure pro triginta fex libris hall. bonorum et legalium numerate pecunie, tradite et in eorum ufus converfe folvendam et prefentandam eisdem fingulis annis et perpetuo in Nativitate beate *Marie* Virginis vel proxima die fequente fine fraude fuper domum eorundem infra muros Opidi *Landowe* feu aliam quamcun-

cunque voluerint dicti monachi infra muros eosdem absque ipsorum monachorum periculo, laboribus et expensis, grandine, exercitu, sterilitate seu quovis alio casu fortuito non obstante, de bonis infra scriptis publice sunt confessi, videlicet de prato quod tendit super *Vogelsang*. It. de dimidio jugere vinearum apud *Kunigbourg*. It. de duali vinee super *Steinbohel*. It. de dimidio jugere super *heczinackar*. It. uno jugere agri campestris retro *pleckin*, It. uno jugere campestris infra *Rudelmannum* in via qua itur *Rusbach*. It. uno jugere campestris infra Dominam *heilridin* in confinio marche *Odinsheim* sitis in terminis sive marka ville *heinvelt*, que possidet *Johannes* filius *Meinharti* dicti *Zarte*. It. de parte curie olim *Rudegeri* filii quondam dicti *Dollen*. It. de tercia parte duorum jugerum Vinearum sitarum an deme *Steinbuhele*, que tendunt super marcham ville *Wilre*. It. de dimidio jugere vinee cum arboribus tendente versus *Heinvelt* super prata. It. de longo jugere quod tendit super *Reydinstul*. It. uno jugere apud *Gotzonam divitem* retro *Heintzeinacker* sitis in villa et terminis ville *Hein-*

velt ſupradicto, que tenet et poſſidet *Johannes* filius dicte *Dreſſelerin de Kode.* It. de duobus jugeribus vinearum minus uno quartali dictis anewendern. It. de jugere cum dimidio agri campeſtris inferius apud *hanwiſen.* It. de uno quartali apud *Smidebrunne* ſitis in terminis ville *Rosbach*, que relicta quondam dicti *Rat* mater olim *Mengotz* etiam defuncti poſſidet atque tenet. It. de duali agri cum arboribus inferius apud ſtratam. Item de duali prati *bi dem were.* It. de duobus jugeribus agri ſuperins apud ſtratam. It. de uno agro apud curiam quandam dicti *Rat*, infetius apud viam. It. de quinque quartalibus agri tendentibus ſuper *bedeweg* ſitis in villa ſeu terminis ville *Rosbach*, que tenet et poſſidet relicta dicti *Haune.* It. de duobus jugeribus campeſtribus ſuper *Graſewege.* It. de duobus ſitis retro *Riprechtishecke* dictis *Hartungin acker* ſitis in terminis ville *Gekelingen*, que *Ebelinus* dictus *Dechan de Odinsheim* poſſidet atque tenet, qui etiam poſſeſſores eodem anno et die in noſtra preſencia in figura judicij ſimiliter conſtituti, primo videlicet *Johannes* filius *Meinhardi* dicti *Zarte* duos modios

dios filiginis de predicta pensione de bonis eum contingentibus supradictis. It. Johannes filius Domine dicte *Dresselern de Rode* duos modios siliginis. It. relicta quondam dicti *Rat* mater olim *Mengoti de Rosbach* novem quartas siliginis, quod vulgariter dicitur *nun Virnzal*. It. relicta quondam dicti *Haune* tres quartas siliginis. It. *Ebelinus* dictus *Dechan de Odinsheim* duos modios siliginis, quilibet de bonis eum contingentibus supradictis de eadem pensione eisdem Abbati et Conventui singulis annis in modum vendicionis supradictum eis factum per conjuges supradictos se solvere et presentare debere nomine dicti *Volgeri* ex titulo vendicionis per ipsos eidem *Vol.* facte pro certa summa pecunie ipsis tradite et solute et in eorum usus verse publice recognoverunt immo promiserunt dictis Abbati et Conventui stipulantibus et ad solvendum, quilibet prout eum contingit, sicut superius est expressum, se et suos heredes in omnem modum prescriptum solempniter adstrinxerunt, renunciantes excepcioni non numerate pecunie, non tradite, non solute tam dicti conjuges, quam etiam possessores supradicti

dicti pro se et suis heredibus seu successoribus universis exccpcioni doli mali, actioni in factum, beneficio restitutionis in integrum, privilegiis impetratis vel impetrandis a sede Apostolica vel aliunde et quo deceptis ultra dimidium justi precii, subvenitur et cunctis alijs clausulis et excepcionibus juris et facti, quibus contra premissa vel aliquod premissorum venire possent per se vel per alios in judicio vel extra ad presens vel inposterum, directe vel indirecte, publice vel occulte, imo omnia et singula supradicta rata, grata et firma habere promiserunt et tenere bona fide perpetuo et inviolabiliter, quemadmodum sunt prescripta. Si quis vero vel si qui predictorum in parte pensionis eum vel eos contingentem dicto termino fuerint negligentes, bona eorundem qui negligentes fuerint, supradicta pro Subpignore constituta ad eosdem Abbatem et Conventum statim ipso facto omni judiciorum strepitu cessante devolventur et sunt liberaliter devoluta, prout etiam sponte elegerunt possessores supradicti, ita quod ipsi Abbas et Conventus ordinare et disponere valeant de eisdem, prout ipsis expedire videbitur,

bitur, contradictione quorumcunque non obſtante. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus litteris ad preces omnium predictorum duximus appendendum. Actum et Datum Anno et die prenotatis. Teſtes empcionis penſionis quatuor maldrorum in *Heinvelt* ſunt *Ulricus* Scultetus et *Gozzo* frater ejus, *Hertelinus de Sibeltingen*, *Rudelmannus*, *Bertoldus*, Bernhardus et *Stephanus* frater ejus, *Ulricus Ebelinus* de *Odinsheim*, *Johannes der Zarten* Sun. Item teſtes ſuper tria maldra in *Rosbach* ſunt hij, *Bertoldus* plebanus et *H.* frater ſuus, *Walterus* Seultetus, *Hermannus*, *Symon*, *Ulmannus*, *C.* dictus *Batzendorf*, *Fricemannus*. Item teſtes ſuper duo maldra in *Gekelingen* videlicet *C.* faber, *Germannus*, *H. Kinde* Vater Suu, *Hartmudus* de *Eſchebach*, *C.* filius *Theodorici*, *Wolfelmus* filius *Ottonis* et *Johannes Daikhus*.

CV.

CV.

Littere ſuper IIII. jugeribus agrorum ex parte Cunradi molitoris de Merlheim. 1302.

Officialis Domini Prepoſiti Spirenſis. Noverint univerſi preſencium Jnſpectores, quod *Cunradus* molitor de *Kadolzwilre* feria ſecunda poſt Dominicam Quaſi modo geniti ſub anno Domini M°CCC° ſecundo in noſtra preſencia in figura judicii conſtitutus memor ſalutis anime ſue nec non beneficiorum retro evolutis temporibus ſibi impenſorum per religioſos viros Dominum Abbatem et Conventum in *Uzersdal* ceſſit, tradidit ac donavit donacione inter vivos predictis religioſis pure, ſimpliciter, irrevocabiliter tria jugera cum dimidio agrorum campeſtrium tendencium ſuper ripam dictam *Bibach* in terminis ville *Queicheim*, que a dicto *Vogt de Queicheim*, ut aſſeritur, comparavit reſignans dicta jugera ſpontanee et libera voluntate religioſis premiſſis, dans eisdem ex nunc per preſentes auctoritate propria ingrediendi poſſeſſionem dictorum bonorum ac deinceps retinendi plenam et liberam poteſta-

testatem, promittens bona fide rata et firma habere inviolabiliter et perpetuo omnia supradicta. Datum die et anno premissis.

CVI.

Littere super X. maldris siliginis in Gotramstein. 1302.

Officialis Domini Prepositi Spirensis. Noverint nniversi presencium inspectores, quod strenuus vir *Heinricus* dictus *Wolfer miles de Gotramestein* et Domina *Margareta* conjux sua legittima in nostra presencia in figura judicii constituti feria quarta ante Dominicam qua cantatur *Cantate* sub anno Domini M° CCC° secundo vendiderunt coadunatis manibus et consensu unanimi et se vendidisse justo vendicionis titulo religiosis viris Abbati et Conventui monasterii in *Uzerstal* Ord. Cyst. pensionem annuam et perpetuam sex modiorum siliginis legalis Spirensis mensure pro decem et septem libris hall, numerate pecunie et solute et in eorum utilitatem converse dandam eisdem Abbati et Conventui seu solvendam in *Gotramestein* singulis annis et perpetuo in Nativitate beate *Marie*

Marie Virginis de bonis infra ſcriptis, grandine, exercitu, ſterilitate vel alio quovis caſu fortuito non obſtante, preſentibus publice ſunt confeſſi, que etiam bona pro dicta penſione ſolvenda ut predictum eſt, eisdem ſponte et liberaliter pro ſubpignore ſubſtituerunt, ita quod dicta bona ſibi attrahere valeant et pro ſua voluntate diſponere de eisdem, ſi ipſi conjuges vel eorundem bonorum poſſeſſor in ſolucione dicte penſionis aliquo anno vel termino fuerint negligentes, contradictione qualicunque non obſtante et ſe idipſum feciſſe coram ſculteto et juratis in *Gotrameſtein* communicata mann ſunt confeſſi. Bona autem ſunt hec, videlicet duo cum dimidio jugera pratorum ſita *an deme Kanel* prope molendinum dictum *Kintingen.* It. jugera quinque pratorum et quartale *die Nuwe Wiſe* ſita prope prata *Petri de Landowe* terminis dicte ville *Gotrameſtein,* que etiam bona apud unum tantum heredem permanebunt perpetuo indiviſa. Preterea confeſſi ſunt dicti conjuges ſe teneri iisdem Abbati et Conventui ex titulo vendicionis in quatuor modijs ſiliginis ſolvendis in Nativitate beate *Marie* Virginis ſingulis annis et per-

perpetuo de bonis infra ſcriptis pro eadem penſione pro ſubpignore conſtitutis, videlicet de duobus jugeribus ſitis *vor dem Vorſte* tendentibus ſuper *Kanskircher wec.* It. de jugere et dimidio *of der leimgruben* juxta dictum *Brecheronem.* It. de dimidio tendente uber *holzwec*, juxta *holderbuſſe.* It. de tribus jugeribus prope *Meſzerſmideshecke.* It. de tribus jugeribus tendentibus uf den Landower juxta *Hugonem de Annewilre*, que quidem bona ſimiliter apud unum heredem perpetuo permanebunt indiviſa. renunciaverunt etiam dicti conjuges excepcioni non numerate (cum alijs clauſulis) immo omnia et ſingula. quemadmodum preſcripta ſunt, promiſerunt bona fide perpetuo et inviolabiliter obſervare. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad preces dictorum conjugum duximus preſentibus appeudendum. Actum et datum anno et die prenotatis. Teſtes hujus rei ſunt *Burkardus Niger* et *Albertus* frater ejus. *C. Wels*, *Bert.* ſcultetus et *Hertwich* filius ejus, *C. brehter*, *C. Lapicida*, *H. ſub Galice*, *Volzo Drudechen*, et *Reiche.*

CVII.

CVII.

Littere ſuper quatuor maldra Siliginis in Albrechtswilre et ſuper tria in Dirbach et ſnper tria maldra in Barbelrode. Ad pytanciam. 1302.

Officialis Domini Prepoſiti Spirenſis. Noverint Univerſi preſencium inſpectores, quod *Sygulo* quondam Scultetus in *Albrechtswilre* et *Petrus* filiaſter *Heinrici* quondam Advocati ibidem, nec non *Margareta* conjux dicti *Petri* legittima in noſtra preſencia in figura judicij conſtituti Anno Domini M°CCC° ſecundo craſtino Exaltacionis ſancte crucis (15. Sept,) recognoverunt publice et confeſſi ſunt pari voto et unanimi conſenſu olim vendidiſſe juſto vendicionis titulo religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterij in *Uſſerſtal* tria maldra ſiliginis boni et legalis Spirenſis menſure annue et perpetue penſionis eisdem ante quamcunque domum voluerint iu Civitate *Landowe* in Nativitate beate *Marie* virginis ſingulis annis preſentanda absque ipſorum Abbatis et Conventus periculo laboribus et expenſis, grandine, exercitu, ſterilitate, vel quovis alio caſu fortuito non obſtante, pro

pro duodecim libris et quinque ſolidis hall. bonorum numerate pecunie, tradite et ſolute, ratificantes et preſentibus confirmantes unanimi conſenſu vendicionem ſupradictam, obligantes nichilominus ſe ſuosque heredes ac ſucceſſores ad ſolvendum ſingulis annis predicto termino ſimul et indiviſim penſionem ſupradictam, et ut magis cautum fiat Abbati et Conventui ſupradicti ipſis pro ſubpignore conſtituerunt bona infraſcripta, videlicet, unum juger vinee an den ſiben morgen juxta duo jugera monachorum *Uterine Vallis.* It. unum juger vinee in *hunzenloche* prope dimidium juger *Heinrici de Hanenbach.* Item curiam quondam dicte *Friderun* cum domibus, edificiis et ortis eidem attinentibus juxta curiam plebani ibidem in villa et terminis ville *Allbrehteswilre* ſita. Item addiderunt unum cum dimidio jugera vinearum in *kungesgrunde* ſita prope vineam *Dyezonis.* It. unum quartale vinee in *Glimendal* prope dictum *Fuſe.* It. dimidium juger prope *magnum nucum.* Item duo jugera an deme Kirchberge prope viam qua itur *Annewilre* in terminis ejusdem ville ſita, que ipſi *Sygulo* et *Pe-*

r 2 *trus*

trus, ut asserunt justo judicio in generali placito à *Heinrico* olim Advocato de *Albrehtswilre* predicto ante sedecim libris hall. obtinuernnt seu evicerunt, que quidem omnia bona non dissolventur de cetero, nec in plures partes, quam nunc sunt, dividentur. Preterea constituti coram nobis in figura judicii Anno et die prenotatis *Benzo* et *Cunradus* filii *Metze in monte* recognoverunt et publice confessi sunt se olim vendidisse Abbati et Conventui predictis Unum maldrum siliginis legalis mensure consuete in *Landowe* annue et perpetue pensionis infra Nativitatem beate *Marie* Virginis et festum beati *Michaelis* Archangeli in Civitate *Landowe* ante quamcunque domum voluerint suis laboribus et expensis, grandine, exercitu, sterilitate vel alio quovis casu non obstante similiter singulis annis presentandum pro quatuor libris hall. pecunie numerate tradite et solute ratificantes et confirmantes suo et successorum suorum nomine vendicionem supradictam, constituentes nichilominus Abbati et Conventui supradictis pro subpignore bona infrascripta, videlicet, unum juger prati apud Cunradum hospitem ten-

tendens verſus *kolkenbecher weg*. It. dimidium juger vinee apud *Dinkel erde* apud juger *Wernheri de Hanenbach*. It. unum ortum an dem *Eilpfule* tendentem ſuper viam. Preterea *Cunradus* dictus *Suner de thierbach* ſimiliter eodem anno et die coram Nobis in figura judicii conſtitutus recognovit et confeſſus eſt, ſe olim vendidiſſe de conſenſu et libera voluntate uxoris ſue legittime, prout in littera ſub Sigillo Decani in *Bliswilre* et plebani in *Barbelrode* ſuper hoc confecta continetur eisdem Abbati et Conventui tria maldra ſiliginis legalis menſure conſuete in *Landowe* annue et perpetue penſionis in Nativitate beate *Marie* Virginis in Civitate *Landowe*, ante quamcunque domum voluerint, ſua vectura, periculo, laboribus et expenſis, grandine, exercitu, ſterilitate ſeu quocunque alio caſu fortuito non obſtante, eodem modo ſingulis annis preſentanda pro duodecim libris hall. et decem ſolidis pecunie numerate, tradite et ſolute ratificans et confirmans ſuo et uxoris ſue predicte nomine vendicionem ſupradictam, conſtituens nichilominus eisdem pro ſubpignore bona infra ſcripta, videlicet, tria

r 3 juge-

jugera campeſtria ſita juxta portam quondam dicti *Frider*. It. duo jugera *bi dem holderſtock*. It. unum juger *an dem einode*, quod quondam fuit *Gobelmanni*. It. unum juger quod dicitur *der eigen morgen* an dem *bloche*. It. unum juger cum dimidio pratorum an deme *kanelreine*. Item curiam que quondam fuit *Adelheidis* cum edificijs et Ortis attinentibus ſitam juxta curiam quondam *Bernhelmi* ſitam juxta curiam Dominarum de *kanskirchen* cum ſuis edificiis et ortis. Preterea *Bertoldus* faber de *Barbelnrode* ſimiliter eodem anno et die in noſtra preſencia conſtitutus recognovit publice et confeſſus eſt ſe olim vendidiſſe de conſenſu et libera voluntate liberornm ſuorum prout in littera ſub ſigillo Decani in *Bliswilre* et plebani in *Barbelnrode* ſuper hoc confecta continetur, eisdem Abbati et Conventui tria maldra ſiliginis legalis menſure conſuete in *Landowe* in dictum oppidum eisdem Abbati et Conventui ante quamcunque domum voluerint, absque ipſorum labore, periculis et expenſis, grandine exercitu, ſterilitate aut quovis alio caſu fortuito non obſtante ſingulis annis in Nativitate beate *Marie* vir-

virginis presentanda pro duodecim libris et decem solidis hall. bonorum numerate pecunie, tradite et solute, ratificans et confirmans vendicionem supradictam presentibus obligans nichilominus se et suos heredes ad solvendum singulis annis, prout scriptum est, pensionem supradictam, constituit etiam eisdem Abbati et Conventui pro subpignore bona infrascripta, videlicet, tria jugera agri campestris uf der eben, juxta novem jugera Domine dicte *Lutern*. Item unum juger vinee dictum *der Gense morgen an dem Geisse barre* juxta Dominas *Sanote Clare* in *Spira*. It. duo jugera in der *horbach* juxta predictas Dominas *Sancte Clare*. It. unum juger pratorum situm in medio pratorum Dominarum *de Alba* versus Tyliam. It. juger vinee juxta *Johannem* fabrum filiastrum predicti *Bertoldi* venditoris versus silvam dictam *Schlaffeit*. It. curiam suam cum domibus, edificiis et ortis attinentibus juxta curiam plebani dicte ville *Barbelnrode*, nec eadem bona plures heredes quam duo ad majus possidebunt, que quidem bona omnia supradicta, si in aliquo anno vel termino predictorum in solucione dicte pensionis ipsi

ipſi vel eorum heredes negligentes fuerint ad prefatos Abbatem et Conventum liberaliter devolventur, contradiccione quorumcunque non obſtante. Promiſerunt eciam dicti venditores omnes inſimiliter predictam vendicionem ac omnia ſupradicta pro ſe ſuisque heredibus bona fide rata, grata et firma habere perpetuo et inviolabiliter, nec contravenire aut contravenienti conſentire in judicio vel extra, per ſe aut alios, publice vel occulte, renunciantes excepcioni non numerate &c. (*clauſulæ ſæpius allegatæ &c.*) quoquo modo. In quorum omnium et ſingulorum teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum.

CVIII.

Littere ſuper quatuor maldris Spelte ad pitanciam. 1302.

Officialis Domini Prepoſiti Spirenſis. Noverint univerſi preſencium inſpectores, qued *Wernherus* filiaſter quondam *Friderici de Boheln* et *Methildis* ejus conjux legittima coram nuncio noſtro jurato, quem ſpecialiter ad hoc deſtinavimus conſtituti Anno Domini

M°

M°CCC°II°. feria secunda post *Andree* Apostoli (3. Dec.) vendiderunt justo vendicionis titulo, communicata manu et consensu unanimi et se vendidisse publice sunt confessi religiosis viris Abbati et Conventui Monasterii in *Uzerstal* pensionem annuam et perpetuam quatuor maldrorum spelte legalis solvendam et presentandam eisdem singulis annis et perpetuo in Nativitate beate *Marie* Virginis in villa *Mornesheim*, grandine, exercitu, sterilitate vel quovis alio casn fortuito non obstante, pro duodecim libris hall. bonorum et legalium numerate pecunie, tradite et solute et in usus eorum perverse, promittentes bona fide et presentibus obligantes se suosque heredes ac successores ad solvendum eisdem singulis annis ut prescriptum est, pensionem supradictam, et ut magis cautum fiat, eisdem Abbati et Conventui, dicti conjuges bona infrascripta ipsis pro subpignore constituerunt videlicet duo jugera campestria dicta *zu pfaffenwise*. It. nnum cum dimidio juger pratorum sita in loco dicto *amme ride* in terminis sive marka ville *Mornesheim*, que quidem subpignora si dicti conjnges vel eorum heredes ali-

quo anno vel termino in ſolucione dicto penſionis vel parte negligentes extiterint ad ipſos Abbatem et Conventum devolventur ipſo facto, contradictione quorumcunquc non obſtante et de ipſis diſponent, prout eorum placuerit voluntati. Renunciaverunt eciam dicti conjuges excepcioni non numerate &c. (*aliæ adduntur clauſulæ ut 22. Jul.* 1309 —) quoquo modo. Immo omnia et ſingula premiſſa rata, grata et firma habere promiſerunt perpetuo et inviolabiliter, quemadmodum eſt preſcriptum, debent eciam dicta bona ſeu ſubpignora apud unum tantum heredem permanere perpetuo indiviſa. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad preces dictorum duximus preſentibus appendendum. Actum et Datum ut ſupra.

Anno Domini M.CCC.III. — Littere Domini *Alberti* Rom. Regis ſuper confirmacione privilegiorum preſcriptorum ſuper H*eingereide. loc. cit.* p. 280.

Anno Domini M.CCC.III. — Littere *Alberti* Rom. Regis ſuper confirmacione Eccleſie in *Annewilre. l. c. p.* 284.

CIX.

CIX.

Littere donacionis omnis hereditatis Bertholdi et Lucgardis Schader in Merlheim. 1303.

Officialis Domini Prepositi Spirensis. Noverint universi presencium inspectores, quod *Bertholdus* et *Luckardis* conjuges de Schiverstadt sani corpore et mente presentibus fratre *Rudegero de Uzerstal* et *Alberto* jurato ville *Merlheim* et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis coram nobis constituti in figura judicii sub anno Domini M° CCC°III°. feria tercia post octavam Epiphanie (15. Jan.) dederunt, cesserunt, resignaverunt et assignarunt omnem hereditatem, que eos contingere posset ex parte *Hartungi* dicti *Schader de Merlheim* patris dicti *Bert.* in agris, domibus et ortis seu ceteris mobilibus et immobilibus nunc possessis vel inposterum possidendis acquisitis vel acquirendis, religiosis viris Domino Abbati et Conventui monasterii in *Uzerstal* donacione inter vivos pure, simpliciter, irrevocabiliter et sine fraude ad habendum, possidendum et deinceps prout ipsis expedire,

pedire viderit disponendum cum eisdem dantes eis ex nunc ingrediendi possessionem dicte hereditatis seu dictorum bonorum auctoritate propria et deinceps retinendi plenam ac liberam potestatem, renunciantes nichilominus omnibus excepcionibus, allegacionibus defensionibus, nec non omni auxilio juris Canonici vel civilis, quibus ipsi vel alteri eorum venire possent contra premissa, immo omnia premissa promiserunt hinc inde rata, grata, firma habere inviolabiliter bona fide. Datum et Actum die et anno premissis.

CX.

Littere super duabus domibus in platea Sancti Bartholomei. Ad pytaneiam. 1303.

Judices Curie Spirensis. Noverint Universi presencium inspectores, quod constituti coram Nobis in figura judicii *Gezela* conversa dicta *de Mekenheim* pio mota affectu liberaliter donavit donacione inter vivos atque tradidit et se tradidisse nec non donasse publice est confessa, religiosis viris Abbati et Conventui Monasterii in *Uzerstal* Ord. Cyst.

omne

omne jus, quod ipsi Gezele competit seu competere potest in duabus domibus, quarum una sita est in platea Sancti *Bartholomei* quondam dicti *Tbesche* sita ex opposito Domine dicte *Mutterstedern*, reliqua vero domus sita est in contrata sive platea que dicitur *Heinrici* dicti *Swemmer* Sancti *Bartholomei* predicti juxta domum dicti *Kleiber*, dicta eciam *zu deme engen huse*, transferens in ipsos jus et dominium si quod habet in eisdem domibus antedictis pure, simpliciter et in totum fraude et dolo penitus circumscriptis. Renunciavit quoque dicta *Gezela* omni juri et excepcioni, quibus dictam donacionem per se vel interpositam personam in judicio vel extra, publice vel occulte irritare posset quoquo modo in posterum vel ad presens. In cujus rei testimonium sigillum nostrum ad preces prefate *Gezele* presentibus est appensum. Datum Anno Domini M°CCC°III° Sabbato ante *Oculi*. (9. Martii.)

Anno Domini M.CCC.III. — Littere super bonis reemptis in *Osingen* erga monasterium *Pontis salutis*. l. c. p. 279.

CXI.

CXI.

Littere super XL. hallens. ad infirmariam monachorum Uterine Vallis.
1303.

Officialis Domini Prepositi Spirensis, Noverint universi, quod *Heilmannus* dictus *Durinkeimer de Nova Civitate* in nostra presencia constitutus Anno Domini M°CCC° tercio, feria sexta infra festum Pasche (12. Apr.) confessus est et publice recognovit, se teneri et obligatum esse monasterio in *Uzerstal* in quadraginta hallens. singulis annis nomine census de vinea sua sita *in der Hawenlach* et se ad Infirmariam dicti Monasterii singulis annis et perpetuo in festo beati *Martini* debere solvere censum supradictum, unde sibi precepimus et precipimus per presentes, ut predictum censum solvat annuatim, sicut est confessus sub pena excommunicacionis in ipsum ferenda, nostra monicione ex nunc premissa si in premissis negligens fuerit aut remissus. Actum et Datum ut supra.

CXII.

CXII.

Littere donacionis bonorum in Bubenwilre. 1303.

In nomine Domini Amen. Nos judices Spirenſes ſcire volumus univerſos preſencium inſpectores, quod coram Nobis conſtitutus *Heinricus* dictus *Mottenbecher de Bubenwilre* reſignavit, tradidit pariter ac donavit omnia bona ſua mobilia ac immobilia, que jam poſſidet vel in poſterum habiturus eſt ubicunque locorum, ad manus filii ſui fratris *Heinrici* monachi *Uterine Vallis*, *Valkonis* filii quondam dicti *Libing de Bubenwilre* nec non *Dieterici de Gliſzenwilre* filiaſtri dicti *Damian* tali modo ut ipſi predicti tres ſint executores omnium bonorum poſtquam migraverit ab hac vita tali ordinacione *Heinrici* predtcti mediante, ut bona ſua immobilia infraſcripta ſcilicet, curia ſua ſita in predicta villa *Bubenwilre* cum omnibus ſuis pertinenciis, unum juger vinee *an deme holczwege*, unum juger vinee *an Gerzebore*, dimidium juger vinee *an dem Bauholcze*, dimidium juger prati juxta ortum dicti *Kemerer* ſitis in terminis ville ejusdem *Bubenwilre* libera aucto-

auctoritate ipſorum vendantur, et alia bona ſua mobilia ſimiliter vendicionis titulo per dictos tres executores in pecuniam convertentur, quibus rite, ut ſcriptum eſt, plenè peractis et pecunia de omnibus predictis in unum collecta, prefati tres executores eandem pecuniam in redditus perpetuos convertant ſex modiorum ſiliginis Monaſterio ſeu Conventui *Uterine Vallis* ſolvendorum, ita videlicet, ut in die Sancti *Egidij* Abbatis predicto Conventui in piſcibus vel aliis eſcibilibus pitancia de tribus modiis ſiliginis in remedium dicti *H. de Mottenbach* et *Demudis* uxoris ſue legittime miniſtretur, reliquos verò tres modios ſiliginis percipient *Demudis* et *Gutha* filie *Gernoti de Gliſzewilre* pro tempore vite ſue tantum, ipſis vero de hac vita migrantibus predicti tres modii ſiliginis ad Conventum Monaſterij predicti plena auctoritate tranſibunt diſtribuendi fratribus in refectorio monaſterij predicti in feſto predicto beati *Egidij* Abbatis, ſicut in ſupradictis eſt expreſſum, videlicet Ut Anniverſarius dies ſepedicti *H. de Modenbach* et *Demudis* uxoris ejus legittime una omnium Carorum ſuorum die prenotato in eodem Cenobio

bio

bio in perpetuum peragatur. Preterea Nos judices Spirenſes predicti dictum remedium ad inſtantiam *H.* donatoris predicti tali pena vallamus et perpetuo volumus obſervari, ut ſi procurator predicti Conventus in aliquo anno prefatos ſex modios ſiliginis ad alios uſus monaſterij, quam preſcriptum eſt, diſponerent ſeu ordinarent, tunc eodem anno tantum dicti ſex modii ſiliginis duobus vel tribus heredibus prefati *H.* donatoris magis propinquioribus aut plebano predicte ville *Bubenwilre*, qui tunc pro tempore fuerit, ſi heredes predicti *H.* non inveniantur, integraliter tribuantur condicione ſeu contradictione qualibet non obſtante, ſalva tamen proprietate Conventus Monaſterii *Uterine Vallis* in predictis ſex modiis ſiliginis, licet ea, que preſcripta ſunt in diſtribucione dicte ſiliginis a procuratore dicti monaſterii minus rite peragantur, ad ipſos fratres Conventus predicti ſex modii predicti devolventur ſub pena et condicionibus prenotatis. In quorum evidenciam et probacionem firmam ſigillum duximus preſentibus appendendum. Datum et Actum Anno Domini M°CCC° tercio, in die beati *Marci* Ewangeliſte, (25. Apr.)

 CXIII.

CXIII.

Littere ſuper duo maldra ſiliginis in Heiligenſtein. ad pytanciam. 1303.

Noverint univerſi preſencium inſpectores, quod *Lucgardis* relicta quondam *Kunonis* dicti *an deme thor* Civis Spirenſis conſtituta coram Nobis in figura judicii publice recognovit ſe contuliſſe, donaſſe et tradidiſſe pro remedio anime ſue redditus duorum maldrorum ſiliginis annue penſionis Abbati et Conventui monaſterij *Uterine Vallis* Ord. Cyſt. Spir. Dyoc. legalis et dative in Nativitatc beate *Marie* Virginis, poſt mortem ipſius *Lucgardis* laboribus et expenſis ante quamcunque domum Abbatis et Conventus predicti in Civitate Spirenſi voluerint per heredem ipſius *Lucgardis*, quicunque pro tempore fuerit, ſine eorum laboribus et expenſis ex quatuor jugeribus agri campeſtris ſitis in terminis ville *Heiligenſtein* tendentibus verſus *Methersheim* ſuper tritam viam juxta *Bruningum* dicti *de Vorſt*, Abati et Conventui predictis perpetuo ſolvendorum ac preſentandorum. Adjectum eſt eciam ex bona voluntate Abbatis et Conventus predictorum quod

quod dicta *Lucgardis* vel ejus heres tantum, quicumque fuerit, dictam pensionem emere poterit super aliis agris vel possessionibus quibuscunque duorum maldrorum siliginis Abbati et Conventui predictis terminis suprascriptis, atque solvendorum, sicut superius est expressum, que empta et acceptata super agris seu possessionibus quibuscunque, que dictis Abbati et Conventui videbuntur equivalentes seu eque competentes, sicut agri prenotati, ex tunc heres dicte *Lucgardis*, quicunque fuerit, a solucione dicte pensionis erit absolutus liber et immunis. Preterea dicta *Lucgardis* statuit et ordinavit, ut tantum unus heredum suorum in dictis agris sibi succedere debeat et apud eundem indivisim et integraliter remanere et quod pensio dictorum maldrorum in remedium ipsius *Lucgardis* ac progenitorum suorum predicto Conventui in pitancia ministretur. In quorum evidenciam omnium premissorum Nos judices predicti Sigillum Curie Spirensis ad preces predictorum presentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini M°CCC° III° feria secunda ante Ascensionem Domini. (13. Maji.)

 CXIV.

CXIV.

Littere ſuper quibusdam agris in Queicheim permutatis. 1303.

Nos Conſules opidi in Landowe tenore preſencium conſtare volumus univerſis, quod conſtituti coram nobis ſub Anno Domini M°CCC° tercio feria quinta ante feſtum Pentecoſtes (23. Maji.) *Heinricus* dictus *Schwarzgran* et *Gutta* uxor ejusdem confeſſi ſunt quosdam in terminis ville *Queicheim* agros, ſuper quibus lis inter ipſos ex una et religioſos viros Dominum *H.* Abbatem et Conventum Monaſterii in *Uzerſtal* ex parte altera vertebatur ſe per modum concambij dediſſe, reſignaſſe et aſſignaſſe pro agris dictorum religioſorum, ad cujus ratihabicionem dictus *H.* fide data nomine juramenti et *Guta* ejus collateralis juramento preſtito corporali ſe astrinxerunt. Datum die et anno premiſſis et hec ad peticionem parcium ſub ſigillo noſtro omnibus, quorum intereſt, cupimus eſſe nota,

CXV.

Littere abrenunciacionis facte per Margaretam pro se et suis heredibus super Wernlini bona. 1303.

Judices Curie Spirensis universis ad quos presentes pervenerint, salutem et credere subnotatis. Noveritis, quod in figura judicii coram nobis *Margareta* relicta quondam *Heilmanni* Opidani *Nove Civitatis* recognovit quod post compromissum et arbitrii pronunciacionem factam super litibus et controversiis inter eam et Monasterium *Uterine Vallis* habitis idem monasterium super bonis quondam *Wernlini* civis ejusdem *Nove Civitatis* indebite molestavit, cui vexacioni voluntarie promisit fide data sub omnium rerum suarum periculo, quod de cetero super predictis bonis ipsum Monasterium per se aut suos heredes nullatenus molestabit, quod eciam *Engelmannus* Scultetus Spirensis firmiter procurare et adimplere promisit, procurabunt quoque *Engelmannus* et *Margareta* predicti prefatos heredes cum ad legittimam pervenerint etatem, rata et grata habituros ac observaturos omnia supradicta. Insuper dicta *Mar-*

 gare-

gareta confeſſa eſt ſe a Domino Abbate et Conventu dicti monaſterij propter vexationes perpetuo removendas, viginti libras hallenſium in numerata pecunia recepiſſe. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini M°CCC° tercio, feria ſexta ante feſtum *Margarete* virginis. (19. Julj.)

CXVI.

Littere donacionis Adelheidis Begine in Merlheim ſuper omnia bona ipſius ibidem et domum in Landowe.

1303.

Judices Curie Spirenſis. Conſtituta coram Nobis in figura judicii *Adelheidis* begina in *Merlheim* reſidens filia quon. *Hermanni* dicti *Schellewalt de Lewenberg* armigeri ſe et ſua tradidit, dedit et donavit donacione inter vivos ac ſpecialiter domum ſuam in *Landowe* prope Auguſtinenſes et *Ketzelarii* domos ſitam Monaſterio *Uterine Vallis* Ord. Cyſterc. Spir. Dyoc. ita quod omnia mobilia et immobilia, que habet aut habebit bona eadem begina, poſt obitum ipſius ſine omni quorumlibet contradictione

tione cedent monafterio prenotato. In cujus rei teftimonium figillum noftrum ad preces dicte begine prefentibus eft appenfum. Actum Anno Domini M° CCC° tercio in craftino Sancti *Nicolai* Epifcopi. (7, Dec.)

Anno Domini M.CCC.III. — Littere fuper X. maldra filiginis et octo tritici in *Wishen* ex parte Domini *Wirici* de *Dunis* *l. c. p.* 282.

CXVII.

Littere fuper Concambium factum de Almende et de pratello in Bebingen.
1303.

Nos *Eberhardus de Altdorf* miles Advocatus et judex ville *Bebingen* tenore prefencium ad noticiam univerforum volumus pervenire, Univerfitatem Villanorum de *Bebingen* Concambium feciffe cum Domino Abbate et Conventu *Uterine Vallis* in Almend dicta *Luzzelrich* et via tendente a porta curie predictorum Dominorum de *Uzerftal* in predicta villa *Bebingen* usque ad ripam, de qua femita aliquamdiu prelibatus Conventus dimidiam libram

cere ad Ecclesiam prefate ville dec erunt, quam Almeindam cum ipsa via b ipsa cera absoluta ipsi villani contu erunt, tradiderunt et in Abbatis et Con ventus manus resignaverunt ipsis perpeti o proprietatis titulo pacifice possi denda. Preterea in recompensam et resl aurum predicte Almeinde ac vie prescri pte sepedicti Abbatis et Conventus contulerunt pratellum dictum *bizze* juxta villam situm memoratis villanis in Almeindam resignaverunt et in communem usum ipsis deputaverunt, in qua tamen Almeinda memoratus Abbas et Conventus communionem cum ipsis rusticis rite habebunt. Nos igitur ad peticionem parcium prescriptum concambium sigillo nostro censuimus roborandum. Acta sunt hec publice Anno Domini M°CCC° tercio in die Sancti Johannis Ewangeliste (27. Dec.) coram hijs testibus videlicet *Werinberto* Viceplebano, *Johanne* Suppriore, *Heinrico Ruse* monachis *Uterine Vallis*, *Rudolfo* Sculteto memorate ville, *Merkelone* precone et jurato, *Volzone*, *Rudegero*, *Gervalco*, *Paulo*, *Mudelino*, *Kunone*, *Alberto* juratis et alijs quam pluribus fide dignis in prescripte Commutacionis testimonium vocatis.

CXVIII.

CXVIII.

Empcio bonorum in Clein Vischlingen. 1304.

Ego *Kuno miles* dictus *de Kirwilre* notum facio presencium inspectoribus universis, quod bona mea sita in *Clein Vischelingen*, que quondam fuerunt *Erphonis militis de Wingarten*, eadem bona integraliter et in eternum vendidi et justo empcionis titulo ad emendum dedi Viris religiosis Abbati suoque Conventui *Uterine Vallis* Ord. Cist. Spir. Dyoc. pro sexcentis et quinque libris hall. bonorum, quos ab eisdem recepi integraliter in pecunia numerata, eandemque pecuniam in usus meos et meorum confiteor eciam convertisse, et ideo ob juste Warandie dictorum bonorum caucionem faciendam fidejussores sunt *Conradus de Vrisenheim*, *Symundus de Bechoven* meus filiaster *milites*, *Wilhelmus de Franchenstein*, *Johannes* ibidem, *Anthonius de Kirwilre* et *Paulus armigeri*, qui tamdiu fidejussores esse tenebuntur, quo usque pueri mei in annos maturos devenerint et discretionis, quod et ipsi eisdem bonis merito abrenunciare possint et debeant, prout jus-

tum fuerit et confonum racioni, qui eciam fidejuffores, fi moniti fuerint obftagia et expenfas facere tenebuntur in oppido *Landowe* fimul in uno hofpicio publico et aperto vel quilibet eorum loco fui cum uno fervo et equo ibidem facere poterit et debebit, quorum eciam fidejufforum fi interim unus eorum deceſſerit five plures extunc infra unum menfem alium vel alios eque ydoneos fidejuffores in locum defuncti feu defunctorum fubftituere teneor et promifi, alioquin fidejuffores fuperftites fuper hoc commoniti expenfas et obftagia modo predicto facere tenebuntur, quousque fubftituatur alius fidejuffor utpote fuperius eft expreffum. In quorum omnium evidenciam figillum Univerfitatis in *Landowe* una cum meo prefentibus funt appenfa. Et nos Confules feu Univerfitas de *Landowe* ad rogatum *Kunonis* militis predicti profitemur figillum nostrum prefentibus appendiffe in teftimonium clarius premifforum. Datum Anno Domini M°CCC° quarto feria quinta poft octavam Trinitatis. (4. Junij.)

CXIX.

CXIX.

Littere super donacione Heinrici et Damburgis bonorum in Bullenkeim.

1304.

Que aguntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, opus est, ut scripturarum memoria perhennentur. Nos igitur judices Curie Spirensis ad universorum presencium et futurorum noticiam volumus pervenire, quod constituta in nostra presencia et judicii figura *Damburgis* filia dicti *Koph de Bullenkeim* uxor legittima *H.* quondam filii *H.* dicti *an der Straszen* sub anno Domini M°CCC° quarto feria secunda proxima ante festum beate *Katherine* virginis (16. Nov.), compos mentis sue ad memoriam reducens, quod vita humana velut umbra evanescit et dies Domini sicut fur in nocte veniet, propter quod diem messionis extreme pro posse suo conata est bonis operibus prevenire, bona in instrumento subscripto sub veteri sigillo nostre Curie Spirensis confecto ad ipsam secundarium tenorem instrumenti ejusdem pertinencia, mota pio affectu, legavit, dedit, tradidit et donavit de voluntate et consensu Heinrici mari-

mariti ſui predicti, religioſis viris Abbati et Conventui monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Cyſt. Spir. Dyoc. in ſuorum progenitorum animarum remedium pure et ſimpliciter propter Deum, ita videlicet, quod maritus ejus predictus, quoad vixerit, uſumfructum habeat in eisdem, poſt mortem quoque ipſorum conjugum ad dictum monaſterium, ut ſuperius eſt expreſſum, libere cujuslibet contradictione non obſtante, devolvantur. Teſtes hujus ſunt *Nycolaus* Sacerdos dictus *Koph* frater *Damburgis* predicte, *Wernherus* dictus *Mulich* Cappellarius Capelle Sancti *Jacobi* Spirenſis, *Burkardus de Friburg*, *Hugo de Thurego* Clerici, frater *Rudegerus* Converſus Monaſterij ſnpradicti, fr. *Reinhardus* dictus *Elſeſzer*, *Cunradus de Joheningen* laici, *Metza de Mulihoven*, *Metza de Kanale* ejus famula, *Adelheidis* dicta *Blenken* et *C.* ejus filius ad hoc ſpecialiter vocati et rogati. In quorum omnium teſtimonium et evidenciam ſigillum noſtrum ud peticionem prefate *Damburgis* preſentibus duximus appendendum. Actum et Datum anno et die prenotatis. Tenor autem inſtrumenti ſupradicti talis eſt — Coram nobis

bis judicibus Curie Spirensis in forma judicii constituti *Heinricus* filius *Heinrici* dicti *an der Straszen* quondam et *Damburgis* ejus uxor legittima filia dicti *Koph de Bullenkeim* inter se de bonis subscriptis in terminis ville *Bullenkeim* sitis taliter ordinaverant, quod ipsa Damburgis bona eadem, si ipsa dictum *Heinricum* ejus maritum supervixerit, legare debet et potest ad quecunque loca vel quibuscunque personis, prout saluti anime dicti *H.* et ipsius *Damburgis* melius videbitur expedire, et quod ipsa *Damburgis*, si ad tantam infirmitatem pervenerit, quod de morte timetur, quod ex tunc dicto ejus marito vivente bona eadem similiter legare debet propter Deum et in ipsorum animarum remedium et salutem. Ita videlicet, quod eadem bona ad utriusque heredes nullo modo devolventur, salvo tamen usufructu bonorum eorundem dicto H. pro tempore sue vite, que quidem bona dictus *H.* in modum eundem prefate *Damburgi* ejus uxori asserentes se liberos invicem non habere, donavit et tradidit donacione inter vivos pure, irrevocabiliter, simpliciter et in totum. In quorum evidenciam sigillum nostrum pre-

presentibus est appensum ad peticionem parcium predictarum. Specificacio vero predictorum bonorum hec est, Tria jugera cum dimidio versus *Emphelingen* stœszet uf des sprös Wise neben der Kûlisen. It. unum juger neben *herthelin* des voutes sune. Item tria jugera minus quarta parte neben *Wernher Bötis* an Müusteringer phad. It unum juger cum dimidio au dem Bunse. It. bi *Buthenkeim* unum duale. It. unum juger bi *Nuheim* an der Eppengaszen. It. duo jugera an deme huttebôme. Datum et Actum Anno Domini M°CCC° LXXXVII. feria quinta post *Margarete* (25. Jul.) presentibus Cappellanis Sancti *Jacobi* et Sancti *Georij* Capellanis Spirensibus *Nicholao* fratre dicte *Damburgis*, *Utone* Clerico nostro de *Emphelingen C.* de *Heiligenstein* cive Spirensi et *Engelmanno* fratre dicti Cappellani Sancti *Jacobi* et *C.* dicto *Krugelin* testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis.

CXX.

CXX.

Littere recepcionis unius libre de curia zume Rotenſchilte. Item littere ſuper unam libram hall. de domo Volzonis. 1304.

Nos Judices, Conſules et univerſi Cives Spirenſes omnibus preſencium inſpectoribus cupimus eſſe notum, quod coram Nobis et *Ulrico* dicto *Kluphel* Sculteto Spirenſi conſtituti in publico Dominus *Johannes* dictus *Gumersheimer* prebendarius Eccleſie Spir. et *Fritzo* dictus *Gumersheimer* pellifex Concivis noſter confeſſi ſunt et preſentibus publice recognoſcunt, religioſos viros Abbatem et Conventum Monaſterij *Uterine Vallis* Ord. Cyſt. cenſum annuum unius libre hall. quem ipſe Dominus *Johannes* et *Fritzo* ſe habere dicebant ſuper Curia domibus cum ſuis attinentijs, que quondam erant *Gozonis* dicti *ad rufum clipeum* ſub eadem condicione, quod idem cenſus ab ipſis pro ſedecim libris reemi poſſet, reemiſſe et eliberaſſe pro ſedecim libris hall. bonorum, quos hallenſes confeſſi ſunt ſe recepiſſe et in eorum utilitatem integraliter convertiſſe, quitantes et abſolventes pro ſe et ſuis here-

heredibus dictam curiam cum suis attinentijs, de censu eodem et pactum facientes de ulterius non petendo. Item constitnti similiter coram Nobis et dicto Sculteto *Volzo* modiator et *Jutha* ejus uxor legittima concives nostri manibus coadunatis vendiderunt et tradideruut ac se vendidisse et tradidisse presentibus recognoscunt dictis Abbati et Conventui censum annuum unius libre hall. super domibus ipsorum conjugum sitis *Spire* retro Curiam Abbatis et Conventus predictorum contiguas domui dicti *Hengest* pro quindecim libris hall. legalium, quos hallenses ijdem conjuges confessi sunt recepisse se et in utilitatem eorum convertisse integre et complete, constituentes se Warandos dicti census super domibus jam dictis per annum et diem secundum jus et consuetudinem Civitatis Spirensis et solvetur idem census hijs terminis annuatim scilicet medietas in Nativitate beate Virginis et reliqua medietas in festo beati *Georij* eciam juxta jus et consuetudinem Civitatis Spirensis, super quibus dictus Scultetus hos dedit in testes scilicet *Gotschalcum* dictum *Schaf de sine* et *Sifridum* dictum *Siden* civium Magistros,

Ulri-

Ulricum de Roshus, *Sigelmannum*, *Guntramum*, *Heinricum de Colonia*, *Cunradum Netinger*, *Engelmannum de Gumersheim*, *Jacobum de Luterberg*, *Johannem Fuhs*, *Heinricum de vico Salis*, *Cunradum zume Grieſen*, *Nozmannum*, *Johannem de Laugenbrucken*, *Heinricum Oden*, *Frizonem* pellificem, *Volzonem* ſutorem, *Joannem* fabrum, *Schullonem* piſcatorem, *Hugonem de Swebeckenhaim*, *Wernherum* textorem, *Bert.* piſcatorem et dictum *Koph de Bullenkeim* Conſules Spirenſes et quam plures alios fide dignos. Et Nos in teſtimonium eorundem noſtre Civitatis Sigillum ad preces dictarum parcium appendimus huic ſcripto. Datum Anno Domini M°CCC° quarto feria ſexta poſt feſtum beati *Bartholomei* Apoſtoli. (26. Aug.)

CXXI.

Littere empcionis et reſignacionis bonorum in Cleinviſchelingen Domine Algente ſilie Kunonis militis. 1304.

Judices Curie Spirenſis tenore preſencium in publicam deducimus noticiam, quod in noſtra preſencia et judicii

figura conſtituti *Kuno de Kirwilre* miles et ejus filia dicta *Algente*, confeſſus eſt idem miles ſe vendidiſſe, reſignaſſe et tradidiſſe jure proprietatis et in perpetuum pro ſe et ſuis heredibus religioſis Viris Abbati et Conventui Monasterij *Uterine Vallis* noſtre Dyoc. Ord. Ciſterc. bona ſua univerſa que habuit in villa *Cleine Viſchelingen* ſcilicet agros campeſtres, prata, domum et aream que quondam fuerunt *Orphonis militis de Wingarten* pro ſexcentis et quinque libris hall. ſibi traditis, ſolutis et numeratis ex parte honeſte matrone *Agnetis* dicte *Walheimern* et *Lucgardis* filie ſue, et promiſit predictam vendicionem ratam et firmam tenere et non contra venire de jure ſeu conſuetudine vel aliqua racione, renuncians omni excepcioni, per quam contra predicta in judicio vel extra ad preſens vel in poſterum per ſe vel per alium venire poſſet quoquo modo. Inſuper filia ſua predicta dicta *Algente* preſens confeſſa eſt et recognovit, ſe predicte vendicioni conſentire ac omni juri ac actioni, ſi quod vel ſi qua ſibi competeteret ad preſens vel competere poſſet in futurum in predictis bonis vel ad predicta bona,

re-

renunciavit ſponte et libere coram Nobis, promitens ſe contra predictam vendicionem nunquam venturam in judicio vel extra, de jure vel de facto aliqua racione, ſed ipſam ratam ac firmam habituram pro ſe et ſuis heredibus nunc et ſemper. Teſtes in quorum preſencia hec acta ſunt, rogati ac vocati ſunt *C.* de *Vriſenheim*, *Johannes de Than* milites, *Anthonius* Armiger filius fratris predicti *Cunonis* frater, *H.* dictus *Walhemer*, *Wilhelmus de Liethenſtein*, *H.* Magiſter Curie in *Geilewilre*, qui predictis omnibus interfuerunt. In quorum omnium et ſingulorum evidenciam et teſtimonium Sigillum curie noſtre ad peticionem Cunonis et ejus filie *Algente* predictorum preſentibus duximus appendendum. Actum et Datum Anno Domini M°CCC°IIII°. feria ſexta proxima poſt feſtum beati *Luce* Ewangeliſte. (23. Oct.)

CXXII.

Littere ſuper domum et vineam ſub Caſtro Winzingen ſitas ex parte Domini C. de Winzingen. ad pytanciam.
1304.

Judices Curie Spirenſis conſtare volumus Univerſis et Singulis, quibus preſentes littere exhibite vel lecte fuerint, quod Dominus *Cunradus* Majoris Eccleſie Spirenſis Prebendarius dictus *de Winzingen* Conſtitutus coram Nobis in figura judicij tradidit et donavit et ſe tradidiſſe et donaſſe confeſſus eſt in puram elemoſynam in remedium anime ſue Monaſterio *Uterine Vallis* domum ſuam ſitam ſub Caſtro *Winzingen* et vineam ſuam ibidem ſitam in loco dicto *in den Crucen*, ut de proventibus predicte domus et vinee infra paſcha et Pentecoſten Conventui dicti Monaſterij feriis ſextis in pitancia piſcium annis ſingulis ſerviatur. Quodſi dictus proventus quocunque anno ad alios uſus, quam preſcriptum eſt, converſi fuerint, eodem anno Capitulum Majoris Eccleſie predicte dictos proventus ad uſum ſuum recipiet et convertet, ſalva tamen ſemper proprietate dictorum proventuum dicti

dicti monasterij de dicta domo et vinea cum annis sequentibus que fecerint que sunt dicta. In cujus rei testimonium presentem litteram dicto monasterio sigillo Curie Spirensis tradidimus communitam. Datum Anno Domini M° CCC° quarto feria quarta ante Cecilie Virginis. (18. Nov.)

CXXIII.

Littere supra unam libram hall. de duabus domibus juxta molendinum in Landowe. 1304.

Nos Consules et Magistri Civium de *Landowe* notum facimus presencium inspectoribus universis, quod *Cunradus* dictus *Storm* et *Metza* conjuges nostri Cives constituti coram Nobis recognoverunt publice et aperte et spontanea voluntate, ipsos manu communi et consensu Unanimi utrobique vendidisse unam libram hall. bonorum annui redditus et perpetui viris religiosis scilicet Abbati et Conventui *Uterine Vallis* Ord. Cyst. pro tredecim libris hall., quos à prefatis religiosis recepisse eciam recognoverunt integraliter et complete et in usus eorum utiliter convertisse, et

prefatos redditus ſcilicet libram hall· antedicti conjuges vel eorum heredes antedictis religioſis perſolvere debebunt et promiſerunt ſingulis annis in feſto *Martini* in perpetuum hyemali, et ob caucionis beneficium reddituum predictorum ſepedicti conjuges duas domus contiguas juxta molendinum et eſtuarium infra muros *Landowe* ſitas in ſubpignus obligaſſe eciam ſunt confeſſi, quod eciam ſubpignus, ſi per ignis exuſtionem deſierit, vel aliter alias quoquo modo, nichilominus tamen prefati religioſi ad aream et fundum predictarum domorum reſpectum et poteſtatem habebunt pro redditibus antedictis et in premiſſorum omnium evidenciam et memoriam valituram nos Conſules antedicti ad rogatum Conradi dicti *Sturm* et *Metze* conjugum predictorum profitemur Sigillum noſtrum Univerſitatis noſtre preſentibus appendiſſe. Datum Anno Domini M°CCC° quarto feria ſexta ante *Nicolai* Epiſcopi. (4. Dec.)

CXXIV.

CXXIV.

Littere donacionis ſuper Curiam Uterine Vallis ex parte H. dicti Rotbart. Ad pitanciam. 1305.

Quoniam omnium habere memoriam potius divinitatis quam humanitatis dinoſcitur intereſſe, igitur ne ea que aguntur in tempore, ſimiliter labantur cum tempore, opus eſt, ut ſcripturarum memorie commendentur. Idcirco Nos judices Curie Spirenſis ad univerſorum tam preſencium quam futurorum noticiam cupimus pervenire, quod conſtitutus coram Nobis *Heinricus* dictus *Rotbart de Schiverſtat* ad memoriam revocans, quod teſtante Apoſtolo, omnes ſtabimus ante tribunal Xpi recepturi prout in corpore geſſimus ſive bonum ſive malum fuerit, domum et curiam cum orto et pratis quas vel que habet in villa *Schiverſtat* cum ſuis pertinentiis ſitas apud Curiam Dominarum *de Sancto Lamperto* in vico *Elle* de conſenſu et ſpontanea atque libera voluntate perſonarum infraſcriptarum liberorum ac heredum ſuorum, videlicet *Heilmanni, Agnetis* uxoris, *Nycolai, Johannis, Cunradi, Hedewigis, Gude, Cunradi Colre*

 de

de Harthusen, *Johannis* filii dicti *Dy*
de *Dannestat*, *Wernheri* et *Gezele* uxe
ris ejus legitime, *Cunradi* et ejus uxo
ris legitime in remedium anime sue a
suorum progenitorum Religiosis viri
Abbati et Conventui Monasterij *Uter*
ne Vallis Cyster. ord. pleno jure dedi
tradidit et donatione inter vivos dona
vit atque in manus procuratoris eorur
dem Abbatis et Conventus resignavi
simpliciter et irrevocabiliter, fraude e
dolo penitus circumscriptis. Renuncia
vit quoque predictus *H*. una cum libe
ris et heredibus suis predictis presen
tibus et astantibus expresse omni ex
ceptioni et auxilio juris Canonici et C
vilis quibus contra donacionem predic
tam seu ipsius formam venire possen
per se vel per alium aut alios, direct
vel indirecte, publice vel occulte aliqua
liter in futurum. In cujus rei testimo
nium sigillum nostrum ad preces perso
narum predictarum presentibus duxi
mus appendendum. Datum et Actur
Anno Domini M°CCC°V° in Dominic
qua cantatur *Cantate*, (16. Maji.)

CXXV

CXXV.

Littere ſuper Wolfauwe contra impeticionem villanorum de Lingenvelt.

1305.

Officialis Domini Prepoſiti Spirenſis. Ex parte Decani et Capituli Eccleſie Sancti Germani Spirenſis coram Nobis in jure querimonia fuit propoſita, quod licet proprias predii dicti *Wolfeſauwe* juxta *Renum* verſus *Reinsheim* ad eccleſiam eorum pertineret et in poſſeſſione dicti predii ſint et fuerint a tempore quo non extat memoria, ut dicebant, ad idem predium locare conſueverunt amminiſtratoribus et Magiſtris Curie in *Metersheim* pro certo cenſu, Scultetus tamen et jurati in *Lengenvelt* auctoritate propria ſe de dicto predio intromittere et ſibi uſurpare ac eciam predictos conductores et per conſequens Decanum et Capitulum predictos in prefata poſſeſſione perturbare preſumſerunt, quamvis Decanus et Capitulum predicti ſe offerrent ad parendum juri coram Nobis. Cum igitur coram Nobis de conſenſu utriusque partis actum eſſet, ut deinceps Scultetus jurati et Communitas prefata Prefatos Dominos vel poſſidentes

 nomi-

nomine dictorum Dominorum in po
ſeſſione dicti predii non turbarent, qu
usque idem predium ſecundum jus evi
cerent vel obtinerent, prefatique Dec
nus et Capitulum tam coram judic
quam coram aliis probis et honeſtis d
conſenſu parcium eligendis ſe optul
runt facere juſticie complementum, ip
ſis ſub pena excommunicationis injur
gimus, ne amplius hujusmodi moleſt
cionem et turbacionem poſſeſſionis fac
re preſumant auctoritate propria, ni
prius idem predium per viam juſtici
obtinuerint, prout poſtulat ordo juri
Actum coram Nobis Anno Domini M
CCC°V° feria tercia poſt feſtum beat
Barnabe Apoſtoli (15. Junij.) preſenti
bus fratre *Paulo* Ordinis hoſpitalis Sanc
ti *Johannis* gerente vices Commenda
toris in *Heimbach*, *Sigulone* dicto *Gun*
tram Cive Spirenſi, Domino *Benzon*
Decano, Magiſtro *Marcio* et *H. de Au-*
guſta Canonicis Eccleſie Sancti *Germa-*
ni predicte, ac aliis pluribus fide dig
nis. In cujus rei teſtimonium Sigillum
noſtrum preſentibus eſt appenſum.

CXXVI

CXXVI.

Littere ſuper una libra hall. in Servelingen. Ad pitanciam, 1305.

Nos Conſules et univerſi Cives in Landowe ſub atteſtatione preſencium litterarum, quod conſtituti coram Nobis *Rudewinus de Servelingen* filius *Heimonis*, Concivis noſter et *Gerlindis* uxor ſua legittima recognoverunt ſe vendidiſſe et reſignaſſe Domino Abbati et Conventui *Uterine Vallis* Ord. Cyſt. Spir. Dyoc. unam libram hall. cenſualem in feſto Sancti *Martini* perpetuo ſolvendam pro tredecim libris hall. et dimidia, quam pecuniam dictus *Rudewinus* et uxor ſua confeſſi ſunt ſe recepiſſe, renunciantes omni juris auxilio, quocunque nomine cenſeatur, quo juvari poſſent ad rehabicionem libre cenſualis prelibate, promittentes quod Warandiam dictis Abbati et Conventui ut moris et juris eſt, de libra cenſuali prehabita contra omnes. Datur autem hec libra de duobus jugeribus pratorum et quartali inſimul ſitis in prato dicto *Oſterwiſe* verſus Almeinde ville *Serwelingen* juxta parvum et recurvum juger prati, quod ad Curiam dictorum mona-

nachorum in *Mulnhuſen* dinoſcitur pertinere, et quod prefatus *Rudewinus* dictum pratum ante hanc ſuam vendicionem conceſſerat *Bertoldo* dicto *Minner* et *Petro* filiaſtro dicti *Stulcer* villanis de *Servelingen* annuatim pro tredecim Unciis hallenſium, ipſe *Rudwinus* ſibi unam Unciam cenſualem retinuit in feſto prehabito perſolvendam, quam Unciam dictis religioſis contulit in ſubpignus, prefati vero villani ſcilicet *Bertoldus* et *Petrus* ut poſſent obtinere pratum memoratum pro tredecim Uncijs cenſualibus, ut eſt dictum, quilibet eorum curiam ſuam in *Servelingen* in ſubpignus pro novem uncijs hall. obligavit, ſciendum eciam, quod ſi unus eorum vel heredes negligentes fuerint in ſolucione partis ſue ſcilicet, medietate dicti cenſus, dicti Abbas et Conventus tam pratum prehabitum, quam curias amborum et unciam cenſualem dicti *Rudewini* ad ſe traherent et exinde id ipſum pratum et eandem unciam tanquam bona propria perpetuo poſſidebunt, dictis vero Villanis ſcilicet *Bertoldo* et *Petro* a dictis religioſis cuilibet curiam ſuam pro novem Uncijs hallenſium redimere tunc licebit. Si autem unus

unus eorum vel heres unus eorum censum totalem tredecim unciarum dare promiserit et tempore debito dederit, omnia prescripta subpignora totaliter obtinebit. In cujus rei testimonium sigillum nostre universitatis ad preces dictorum *Rudewini* et *Gerlindis*, *Bertoldi* et *Petri* et uxorum eorundem presentibus est appensum. Actum et Datum Anno Domini M°CCC° quinto. XII. Kal. Julij. (20. Junij.)

CXXVII.

Littere donacionis prati in Gumersheim. 1305.

Judices Curie Spirensis tenore presencium in publicam deducimus noticiam, quod Anno Domini M°CCC° quinto feria tercia proxima ante festum beate *Margarete* (13. Julij.) in nostra presencia et judicii figura constituta *Gerlindis* relicta quondam *Cunradi* dicti *Mulich* curatrix *Cunradi*, *Nycolai* et *Catherine* liberorum suorum data per nos, omne jus quod habuit, seu quod sibi compecijt super prato suo in loco dicto *Morsfurthe* in villa et terminis *Gumersheim* quondam locato *Cunrado* dicto

dicto *Mulich* predicto ejus marito ab Abbate et Conventu Monasterii *Uterine Vallis* ad manus et potestatem Abbatis et Conventus predictorum de consensu liberorum suorum predictorum cum omni jure et pertinenciis suis libere resignavit atque renunciavit omni juri et actioni, per que contra premissam resignacionem venire posset pro se et suis heredibus per se vel per alios aut alium, in judicio vel extra, directe vel indirecte, publice vel occulte, fraude et dolo penitus circumscriptis. In cujus resignacionis atque renunciationis testimonium sigillum nostrum ad peticionem prefate *Gerlindis*, presentibus duximus appendendum. Actum et Datum Anno et Die prenotatis.

CXXVIII.

Littere super unam libram hall. de domo Domine dicte Kadolten ex parte ejusdem Domine. Ad pytanciam.

1305.

Officialis Domini Prepositi Spirensis. Noverint Universi presencium inspectores, quod honesta Matrona *Margareta* dicta *Kadoltin* corpore et mente sana

na in nostra presencia constituta Anno Domini M°CCC° quinto feria quinta post *Bartholomei* (26. Aug.) de salute anime sue cogitans dedit et legavit ad refectionem fratrum Predicatorum domus Spirensis unam libram hall. Item ad pitanciam piscium sextis feriis in estate fratrum Monasterii in *Uzerstal* unam libram hall. Item ad refectionem sororum monasterii in *Nuwenburg* prope *Heidelberc* unam libram hall. Item ad refectionem sororum monasterii in *Heilsbrucken* unam libram hall. annuorum et perpetuorum reddituum, ipsis fratribus et sororibus post diem obitus sui singulis annis et perpetuo de domo sua sita *bi der Winbrucken* in Civitate Spirensi ex opposito domus *zu deme judenhut* et suis pertinentiis in jejunio quatuor temporum, quod erit post Exaltacionis Sancte Crucis et in jejunio quatuor temporum quod erit incipiente jejunio quadragesimali per possessorem dicte domus et suarum attinenciarum solvendorum, ut ipsius *Margarete* et *Christine* dicte *Zarthe* quondam sororis ipsius *Margarethe* anniversaria propter hoc peragant eorum memoriam habeant singulis annis et earum parentum

tum, et hanc voluit eſſe ſuam ultima
voluntatem, et ſi jure teſtamenti non v
leant, ſaltim valeant jure Codicillòru
ſeu cujuscunque alterius ultime volu
tatis. In cujus rei teſtimonium Sigillu
noſtrum preſentibus duximus appe
dendum. Datum Anno et Die prefa
tis.

CXXIX.

Littere ſuper VII. libris hall. in La dowe. Ad pitanciam. 1305.

Nos Conſules et Magiſter Civiu
de *Landowe* Univerſis ad quos preſe
tes littere pervenerint, noticiam ſu
ſcriptorum. Conſtituti coram Nob
Folmarus faber et *Methildis* conjuge
cives noſtri recognoverunt voluntari
et conſenſu unanimi ſana mentę ſan
corpore non coacti non decepti nec al
qua fraudulentia circumventi, quod o
ſalutem animarum ſuarum et omniu
progenitorum ſuorum legaverint, depu
taverint et dederint donatione inter v
vos Septem libras hall. annui redditu
in perpetuum Abbati et Conventui *U*
terine Vallis Ord. Cyſt. et duas parte
curie eorum ſite juxta Capellam, et d
pre

predictis septem libris cedent annuatim in Festo *Martini* una scilicet libra de domo dicta *Blidenmeister* sita versus lapideam domum Monachorum *Uterine Vallis*, It. viginti uncie cum una de domo *Schillingi* Cerdonis et de duabus vineis sitis apud *Steingelze* in subpignus positis. It. heredes *Burnheimerij* dabunt eciam annuatim unam libram de sex jugeribus pratorum sitorum versus patibulum et versus molendinum dictum *Damheimer Müle*. Preterea *Reinherus de Imeshalden* vel heredes sui simili modo dabunt duos solidos hall. de uno orto retro horreum latomorum apud *Sanctum Justinum*, residuum autem predictarum librarum septem supplebunt Abbas et Conventus antedicti. Insuper in Anniversario ipsius *Folmari* semper dabuntur tres libre hall. ad Conventui pitanciam ministrandam. Simili modo in Anniversario *Methildis* etiam predicte tres libre hall. eadem caritate ministrantur, et una libra Sextis feriis in estate pro piscibus in coquinam, et in evidenciam omnium premissorum et memoriam valituram, Nos Consules de *Landowe* antedicti ad rogatum et peticionem *Folmari* et *Mehtildis* coniu-

gum predictorum profitemur Sigillum Universitatis nostre presentibus appendisse. Datum Anno Domini M°CCC°V°. mense Augusti.

CXXX.

Littere super tribus maldris siliginis in Mornsheim ad pitanciam. 1305.

Nos Magister Civium ac Universi Consules de *Landowe* ad Universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod ad nostram presenciam venerunt *Cunradus* dictus *Ingenheimer* et *Bertha* legittima ejus de *Mornesheim* recognoverunt et publice confessi sunt, se tria maldra siliginis annue pensionis pro quindecim libris hall. minus quinque solidis bonorum et legalium viris religiosis Domino Abbati et Conventui *Uterine Vallis* ord. Cist. Spir. Dyoc. justo vendicionis titulo super bonis suis infrascriptis per eos prefatis viris Abbati et Conventui pro subpignore substitutis legittime vendidisse, dandos et presentandos eisdem singulis annis in Nativitate beate virginis *Marie* in Curiam ipsorum *Mornesheim* omni occasione remota et periculo

lo non obſtante, ſi autem aliquo anno dicta tria maldra ſiliginis data ſeu ſoluta non fuerint, ut eſt dictum, dicti religioſi poteſtatem habebunt, confiſcandi et ad ſe trahendi dicta bona ſubpignore conſtituta ſecundum quod eſt juris. Renunciaverunt eciam conjuges predicti ſe dictam pecuniam videlicet XV, libras hall. minus V. ſolidis a prefatis viris religioſis integraliter recepiſſe et in ſuos uſus proprios convertiſſe, renunciantes pro ſe ipſis et ſuorum heredum ſingulis et univerſis excepcioni pecunie non numerate non ſolute, tradite neque date, doli mali ac omni auxilio juris Canonici et Civilis per quod contra premiſſa poſſent procedere quoquo modo. Hec autem ſunt bona pro ſubpignore data, ſitus et ſpecificacio eorundem videlicet in marchia *Morneshеim* predicta tria jugera pratorum in loco dicto *Cunewinkel.* Item unum juger arabilis terre attinens prefatis pratis et prato Sacerdotis ejusdem ville. It. duo jugera agri *zu Loche imme grunde.* Hujus rei teſtes ſunt *Dippoldus* ſcultetus dicte ville *Mornesheim* et *Heilmannus* frater ejus et *C.* filius quondam *militis de Grunêbach* et *C.* dictus *Schoze marſchalc* et

 alii

alii quam plures fide digni. In quorum omnium teſtimonium atque robur Nos Magiſter Civium de Landowe Sigillum noſtre Civitatis ad peticionem prefatorum conjugum *C Ingenheimers* et *Berthe* prefate ville preſentibus duximus apponendum. Datum et Actum anno Domini M°CCC° quinto in vigilia *Mathei* Ewangeliſte. (20. Sept.)

CXXXI.

Littere ſuper domum ſitam an der Ertbruſte in Curia Lapicidarum, 1305.

Judices Curie Spirenſis cunctis preſencium inſpectoribus volumus eſſe notum, quod coram Nobis Anno Domini M°CCC° quinto, Sabbato poſt feſtum beati *Martini* (13. Nov.) conſtitute publice in figura judicii *Bertha*, *Mezza* et *Agnes* begine filie quondam *Ludewici de Nyderluge* pari voto et unanimi conſenſu dederunt, tradiderunt et aſſignaverunt ac ſe dediſſe, tradidiſſe et aſſignaſſe donacionem inter vivos irrevocabiliter ſunt confeſſe, domum ſuam ſitam in Civitate Spirenſi in loco dicto *an der Ertbruſte* in curia Lapicidarum ac univerſa et ſingula bona ſua mobilia et immobi-

mobilia, que nunc habent aut imposterum habebunt undecunque seu que reliquerunt post mortem earum omnium religiosis viris Abbati et ConventuiMonasterii *Uterine Vallis* simpliciter et propter Deum et suarum ac progenitorum suorum omnium animarum remedium et salutem, promittentes donacionem hujusmodi ratam habere et nullatenus contra eam facere seu venire, renunciantes pariter omni excepcioni, defensioni et juri Canonico et Civili, quibus juvari possent ad veniendum contra premissa per se vel per alios in judicio vel extra inposterum vel ad presens fraude et dolo penitus circumscriptis. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum ad preces dictarum sororum presentibus est appensum. Actum et Datum Anno et die prenotatis.

CXXXII.

Littere super tres amas vini, ad S. Martinum. 1305.

Judices Curie Spirensis, ad universorum noticiam presencium inspectorum volumus pervenire, quod coram Nobis in figura judicii constituti religiosi viri

Abbas et Conventus Monaſterii *Uterine Vallis* Cyſt. Ord. Spir. Dyoc. habita ſuper hoc plena deliberacione locaverunt et conceſſerunt ac ſe locaſſe et conceſſiſſe in emphiteoſim preſentibns recognoſcunt curiam ſuam ſitam in villa dicta *ad Sanctum Martinum* ex oppoſito eccleſie cum duabus pecijs vinearum in terminis dicte ville ſitis, una videlicet in loco dicto *an dem Scûdeck*, alia vero *an der kalkgruben* nec non cum omni jure et onere, prout ipſa curia ad ipſos Abbatem et Conventum dinoſcitur pertinere, *Ottoni de Mulnhoven Armigero* et *Demudi* ejus uxori legittime *de Cropfesberc* et eorum heredibus pro cenſu annuo perpetuo trium Urceorum vini de dictis vineis excreſcentis dandis annis ſingulis tempore vindemiarum, vice verſa vero conſtituti coram Nobis dicti conjuges dicta bona in modum predictum recipientes ad majorem dicti cenſus ſecuritatem bona ſubſcripta in ſubpignus conſenſu unanimi obligarunt, que inquam bona cum bonis locatis preſcriptis apud unum heredum dictorum conjugum indiviſa perpetuo permanebunt, bonorum vero in ſubpignus obligatorum ſpecificacio hec eſt, videlicet

licet: IIII. jugera pratorum ſita *an dem Weſtwege* de quibus dictis conjugibus cenſus unius libre hall. cedit annuatim. It. cenſum decem ſolidornm hall. quem habent ſuper bonis *Engelmari* oben an der Smidegaſzen daz da windetame Zinkelin in terminis dicte ville. Renunciaverunt quoque dicte partes hinc inde excepcioni omni, defenſioni et auxilio juris, quibus ipſi vel eorum ſucceſſores vel heredes venire poſſent contra premiſſa in parte vel in toto inpoſterum vel ad preſens, fraude et dolo penitus circumſcriptis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad preces dictarum parcium preſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini M°CCC° quinto feria ſexta poſt feſtum beati *Andree* Apoſtoli. (3. Dec.)

Sub Abbate Cunrado.

CXXXIII.

Littere donacionis C. dicti Starken et Drutlindis omnium bonorum ſuorum in Mulnhuſen. 1306.

Nos Judices Curie Spirenſis notum fieri cupimus univerſis, quod *Cunra-*

dus dictus *Starke* et *Druthlinc* s conjuges de *Wilenſtein* nunc coloni Dominorum de *Uzerſtal* in curia eo undem in *Mulnhuſen* coram nobis conſt uti in figura judicii preſentibus Domino *C.* Abbate *Uterine Vallis* et fr. H. dict *Walheimer* et Magiſtro *Walthero* vi ico et *C.* dicto *Zurne* et aliis quam pl uribus fide dignis teſtibus ſub anno Domini M°CCC°VI° pridie Kathedre San cti *Petri.* (21. Febr.) dederunt, aſſignaverunt omnia bona mobilia nunc habita ſeu immobilia in futurum poſſidenda, empta vel emenda, conquiſita vel conquirenda religioſis viris Domino Abbati et Conventui in *Uzerſtal* donacione inter vivos pure ſimpliciter irrevocabiliter et ſine fraude ad habendum poſſidendum et deinceps prout Deus in futurum providere diſpoſuerit cum eisdem, dantes eisdem ex nunc omnium bonorum poſſeſſorum et poſſidendorum poſt mortem amborum ingrediendi poſſeſſionem et deinceps retinendi plenariam poteſtatem, renunciantes nichilominus pro ſe ſuisque heredibus omnibus excepcionibus, allegacionibus &c. (aliæ ſequuntur clauſulæ ſæpius recitatæ,) imo premiſſa omnia communicata manu promiſerunt

ſerunt hinc inde rata, grata, firma habere inviolabiliter bona fide. Datum et Actum die et anno quo ſupra.

CXXXIV.

Littere donacionis omnium bonorum Lipmanni et Metze conjugum de Merlheim. 1306.

Nos Judices Curie Spirenſis notum facimus univerſis preſencium inſpectoribus, quod *Lipmannus* et *Metza* conjuges de *Merlheim* coram Nobis conſtituti in figura judicii preſentibus Domino Cunrado Abbate *Uterine Vallis*, fratre *Johanne* majore Cellerario, fratre *H.* dicto *Walheimer*, fratre *Rudegero* Magiſtro in *Spira* et Magiſtro *Walthero* viſico et aliis quam pluribus fide dignis, teſtibus ſub Anno Domini M°CCC° ſexto in vigilia kathedre *Petri* (21. Febr.) dederunt, ceſſerunt, reſignaverunt et aſſignarunt omnia bona mobilia ſeu immobilia vel qualicunque nomine cenſeantur nunc poſſeſſa vel in futurum poſſidenda, empta vel emenda, conquiſita vel conquirenda, religioſis viris Domino Abbati et Conventui predicti monaſterii donacione inter vivos

pure ſimpliciter, irrevocabiliter et ſine fraude ad habendum, poſſidendum et deinceps prout ipſis expedire viderit, disponendum cum eisdem, dantes eisdem ex nunc dictorum bonorum ingrediendi poſſeſſionem et deinceps retinendi plenariam poteſtatem, renunciantes nichilominus omnibus excepcionibus, allegacionibus, defenſionibus nec non omni auxilio Juris Canonici vel civilis, quibus ipſi vel alter eorum venire poſſent contra premiſſa, immo premiſſa omnia promiſerunt hinc inde rata et grata ac firma habere inviolabiliter bona fide. Specificacio autem bonorum hec eſt, videlicet in terminis ville *Queicheim* ſeptem jugera et dimidium terre arabilis quorum duo et dimidium jacent inter agros monachorum. It. dimidium ibidem tendens verſus ripam dictam *Birbach*. It. II. an dem Gekelinger wege. It. duo dimidia über den rucke. It. II. jugera juxta markam ſeu terminos ville *Merlheim*. It. in terminis dicte ville duo dimidia jugera pratorum juxta *Johannem von der Belden*. It. in terminis ville *Merlheim* dimidium juger terre arabilis inter ripas. Item domum quam habent in *Merlheim*. It. in terminis ville

le *Offenbach* unum juger prati in der Afcheiden. Sciendum infuper, quod predictus Abbas et Conventus prefati monafterii promiferunt prelibatis conjugibus de prefcriptis bonis penfionem XII. maldrorum filiginis ad dies vite eorum fe daturos, ita videlicet, ut poft mortem unius fex maldra cedant ecclefie nominate, poft tranfitum autem amborum à totali penfione in perpetuum erimus abfoluti. Datum et Actum die et Anno quo fupra.

CXXXV.

Littere fuper tria maldra filiginis fuper molendino ex parte Wernheri dicti Gans. In Nova Civitate. 1306.

Nos Johannes Advocatus ac Univerfitas Civium Opidi *Nove Civitatatis* tenore prefencium profitemur, quod frater *Heinricus* Converfus dictus *Ærbenheimer* nomine religioforum virorum Abbatis et Conventus de *Uzerftal* vivo teftimonio bonorum virorum, videlicet *Heinrici* dicti *Roder* de *Winzingen*, *Hartmudi* filii quondam dicti *Hellenger* et *Rauber* de *Hart* racionabiliter dilucidavit et probavit, qui videlicet

licet predicti teſtes juramento aſtricti dixerunt ſe probabiliter et racionabiliter ſcire, quod honorabiles, religioſi viri Abbas et Conventus de *Uzerſtal* ord. Cyſterc. prefati à viginti annis et amplius receperunt et juſto titulo poſſiderunt tria maldra ſiliginis annui cenſus, que videlicet maldra data ſunt et dabuntur ſingulis annis et perpetuo de molendino, quod vocatur Superius Molendinum et quibusdam aliis bonis ad idem molendinum nomine ſubpignoris pertinentibus, que predicta tria maldra legavit *Wernherus* dictus *Gans* et uxor ſua legittima *Gerdrut* predictis religioſis viris in remedium animarum ſuarum nomine teſtamenti, qui videlicet *Wernherus* et *Gerdrut* predicti prefatos cenſus tempore vite ſue juſto empcionis titulo, dum adhuc viverent, poſſiderunt. Acta ſunt hec Anno Domini M°CCC° ſexto, nono Kal. Martij (24. Martij.) preſentibus teſtibus ad hoc datis *Cunrado de Domo lapidea*, *Friderico* Scultheto, *Bruningo* Seniore, *Godone* dicto *Kezzelring* et aliis pluribus fide dignis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtre predicte *Civitatis Nove* preſentibus eſt appenſum.

CXXXVI.

CXXXVI.

Littere locationis prati et ſuper uno holtzreht in Gumersheim. 1306.

Judices Curie Spirenſis ſcire volumus univerſos preſencium inſpectores, quod conſtitutus coram Nobis in figura judicii anno Domini M°CCC° ſexto feria tercia ante feſtum beati *Barnabe* Apoſtoli (7. Junij.) procurator religioſorum virorum Abbatis et Conventus Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Cyſt. Spirenſ. Dyoc. nomine dictorum Dominorum ſuorum locavit et conceſſit ac locaſſe et conceſſiſſe preſentibus recognoſcit, *Engelfrido* dicto *Ackerſcholle* de *Gumersheim* et *Gerlindi* ejus uxori legittime unum jugerum prati ſitum in terminis dicte ville in loco dicto *Morsfurt* pro tempore vite conjugum predictorum pro cenſu annuo octo Unciarum hallenſium infra feſta Aſſumpcionis et Nativitatis beate *Marie* Virginis annis ſingulis perſolvendis, Preterea prefati conjuges conſtituti ſimiliter coram Nobis prefatis Abbati et Conventui dederunt et reſignaverunt donacione inter vivos unum holzreht, quod habent in terminis ville antedicte

haben-

habendum post mortem ipsorum eo jure, quo ad ipsos conjuges dinoscitur pertinere pro suarum animarum remedio ac salute promiserunt quoque dicte partes hinc inde locationem et donaciones hujusmodi ratas habere et contra eas per se vel alios quovis modo non facere seu venire. In cujus rei testimonium sigillum nostrum ad peticionem dictarum parcium presentibus est appensum. Actum et Datum Anno Domini et die prenotatis.

CXXXVII.

Littere de domo Domine Stretzen super stillicidia et Canalem. 1306.

Nos Judices, Consules et Universi Cives Spirenses scire volumus Universos presencium inspectores, quod coram Nobis et *Ulrico* dicto *Cluphel* Sculteto nostre Civitatis in publico constituti *Elsa* filia dicte *Stretzin*, *Johannes Bernhohus Ernestus* et *Itda* liberi sui concives nostri confessi sunt et presentibus publice recognoscunt, quod inter Domum quam ipsa *Elsa* edificat ex nunc de novo dictam *der stretzen hus* et domum eidem domui contiguam, que est Mo-

Monachorum de *Uzerſtal* ſubtus et ſuperius ſpacium unius pedis cum dimidio vacuum perpetuo eſſe debet, quodque ipſi *Elſa* et ejus pueri et omnes ejus heredes ſive ſucceſſores in eadem domo nec non poſſeſſores ejusdem quicunque, quos ad hoc obligant per preſentes, ſtillicidia ambarum dictarum domorum absque omni dampno dictorum Monachorum et omnium poſſeſſorum dicte domus ipſorum capere debent ſuper dicto ſpacio in canalem, quem ipſi mater et pueri ac omnes eorum heredes, ſucceſſores et poſſeſſores predicti ponere, ſtruere et comparare debent ſuis laboribus et expenſis, ita ſi in hoc eſſent negligentes, quod ad refuſionem damnorum, ſi que dicti Monachi ſeu poſſeſſores dicte domus eorum ex hoc ſuſtinerent, ipſis per omnia teneantur fraude et dolo penitus circumſcriptis, ſuper quibus dictus Scultetus hos dedit in teſtes ſcilicet *Johannem Fuhs* et *Wernherum* textorem Civium Magiſtros, *Cunradum ad Columbam*, *Cunradum Retſcheln*, *Wernherum Sidenſwanz*, *Gotzonem Lamesbuch*, *Ulricum de Rorhus*, *Sigelmannum Guntram*, *Schaf de ſine*, *Heinricum de Colonia*, *Cunradum Nettinger*, *Engelmannum*

num de Gummesheim, *Jacobum de Luterburc*, *Cunradum Griesen*, *H. de vico Salis*, *Normannum*, *Sifridum Syden*, *Joannem Langenbrucger*, *Hugonem* de *Swebichenheim*, *H. öden*, *Frizonem* pellificem, *Volzonem* sutorem, *P.* fabrum, *Schullonem* piscatorem, *Bert.* pilleatorem et *Hol. Buntekin* Consules Spirenses et quam plures alios fide dignos. Et Nos in testimonium eorundem Sigillum nostre Civitatis appendimus huic Scripto. Datum anno Domini M°CCC° sexto, feria quarta ante festum beati *Joannis Baptiste*. (22. Junij.)

Anno Domini M.CCC.VI. — Littere super bonis in *Ulvensheim* nobis collatis ex parte *Engelmanni* plebani in *Werde*. l. c. p. 285.

CXXXVIII.

Littere super duas libras et V. Solidos de domo retro dictum Syden. Ad pytanciam. 1307.

Nos Judices Curie Spirensis ad Universorum tam presencium quam futurorum noticiam deducimus per presentes, quod sub Anno Domini M°CCC° sep-

ꞏptimo feria quarta post Dominicam qua
antatur *Reminiscere*, (22. Febr.) consti-
ıti in nostra presencia et judicii figura
eligiosus vir frater *Heinricus* dictus
ꞏote Sacerdos monachus Monasterii *U-
erine Vallis* Ord. Cysterc. Spir. Dyoc.
ꞏrocurator seu Syndicus Generalis ho-
ıorabilium Virorum Domini Abba-
is et Conventus Monasterii predicti ex
.na nec non *Cunradus* dictus *Rise* cau-
ꞏo Spirensis ex parte altera, predictus
r. *Heinricus* Procurator nomine pro-
uratorio et pro ipso Monasterio nec
ıon dictis Dominis Abbate et Conven-
u supradicto *Cunrado* ac ejus heredi-
ꞏus presente domum sitam retro dic-
um *Syden* civem Spirensem que quon-
lam *Volzonis* mensuratoris concessit et
ocavit in perpetuam emphyteosim pro
ꞏensione duarum librarum et quinque
olidorum hall. solvenda singulis annis
lictis Dominis Abbati et Conventui se-
undum jus et Consuetudinem Civitatis
ꞏpirensis terminis infra scriptis videli-
et in festo quatuor temporum proxime
equentium ante Nativitatem Domini
uindecim solidos. Item in festo qua-
uor temporum proxime sequenti vide-
icet in quadragesima septem solidos cum

ſex hallenſibus. Item in feſto quatuor temporum proxime ſequenti videlicet Pentecoſtes quindecim ſolidos. Item in feſto quatuor temporum proxime ſequenti ſeptem ſolidos cum ſex hallenſibus videlicet in Auctumpno, quam conceſſionem ſeu locacionem prefatus *Cunradus* pro ſe et ſuis heredibus in ſe recepit et poſſeſſionem predictam ſecundum modum preſcriptum ſolvere promiſit, contradictione qualibet non obſtante. Renunciantes partes predicte hinc inde omni excepcioni &c. *) In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad peticionem perſonarum predictarum preſentibus duximus appendendum. Actum et Datum Anno et die prenotatis.

*) Sequuntur clauſulæ usque ad verbum *circumſcriptis*, ut in charta 1310. feria quarta proxima poſt Dominicam, qua cantatur: *Miſericordia Domini.*

CXXXIX.

Littere ſuper uncias de domo ſita juxta domum zume Roſenbaume. 1307.

Ne rerum geſtarum memoria proceſſu temporis evaneſcat et pereat, eam ſolet

ſolet litterarum teſtimonio et Sigillorum munimine roborari. Notum ſit igitur univerſis tam preſentibus quam futuris preſens ſcriptum intuentibus, quod coram Nobis judicibus Curie Spirenſis ſub Anno Domini M°CCC°VII°. Sabbato proximo ante Dominicam qua cantatur *Miſericordia Domini* (8. Apr.) conſtituti in figura judicii religioſus vir frater *Heinricus* dictus *Rode* Sacerdos monachus Monaſtevii *Uterine Vallis* Ord. Cyſt. Spir. Dyoc. ex una et *Johannes* dictus *Roſebaum* nec non *Methildis* dicta *Cruſe* ejus uxor legitima ex parte altera, prefatus frater *H.* Procurator ſeu Syndicus Generalis religioſorum virorum Dominorum Abbatis et Conventus Monaſterii ſupradicti procuratorio nomine et pro ipſo Monaſterio nec non dictis Domino Abbate et Conventu antedictis conjugibus dedit, tradidit atque permutavit jure proprio in perpetuum, domum ſitam juxta domum ſuam *zu deme Roſenbaume* cum ſuis pertinentiis videlicet: orto et aliis quibuscunque pro cenſu annuo et perpetuo ſeptem Unciarum hallenſ. bonorum et legalium ſingulis annis in feſto Nativitatis beate *Marie* Virginis ſolvendo dictis Domi-

no Abbati et Conventui ſecundum jus et conſuetudinem Civitatis Spirenſis in loco dicto *in dem Merſche*, ex una parte juxta ortum *Petri* dicti *Zeiſsolf* et ex alia juxta ortum *Volmari* dicti *Zimmermann* civium Spirenſium, promittentes ad invicem unus alteri hinc inde, quod nullam controverſiam de rebus hujusmodi permutatis nullo tempore inferret, nec inferenti aliquatenus conſentire. Renunciaverunt eciam hinc inde partes ſupradicte omni excepcioni doli mali &c. *) In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad peticionem parcium predictarum preſentibus duximus appendendum. Actum et Datum Anno ei Die prenotatis.

*) Clauſulæ ſalutares ſequuntur usque ad verbum: *circumſcriptis*, ſicut in charta MCCC decimo, feria quarta proxima poſt Dominicam, qua cantatur *Miſericordia Domini.*

CXL.

CXL.

Littere ſuper unam libram hall. de domo in der Drincgaſſen ex parte Domini Alberti de Lachen. ad pytanciam. 1307.

Noverint Univerſi preſentes pariter et futuri, quod coram Nobis Judicibus Curie Spirenſis ſub Anno Domini M°CCC°VII° Sabbato proximo poſt feſtum beati *Marci* Evangeliſte (29. April.) Conſtitutus coram Nobis in figura judicii diſcretus vir *Johannes* dictus *Brattan* prebendarius Eccleſie Spirenſis dedit, tradidit et aſſignavit viris religioſis Domino Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Cyſt. Ord. Spir. Dyoc. cenſum annuum et perpetuum unius libre hall. ſingulis annis in feſto beati *Jacobi* dictis Domino Abbati et Conventui ſecundum jus et conſuetudinem Civitatis Spirenſis de domo ſita in vico dicto *Trincgaſsen* juxta eſtuarium in fine, quam *Ulricus* menſurator inhabitat perſolvendum, ita videlicet quod prefati Domini in vigilia beati *Laurencij* Anniverſarium quondam honorabilis viri Magiſtri Alberti de *Lachen* Canonici Spirenſis peragant ſecundum conſue-

ſuetudinem ipſorum, et quod cum eadem libra hall. ſingulis annis videlicet in Vigilia beati *Laurencij* piſces comparentur pro refectione fratrum ibidem. Eſt eciam adjectum, quod quandocunque prefatus *Johannes* ſeu ſui heredes prefatis Dominis Abbati et Conventui ſedecim libras hall. dat, tradit ſeu aſſignabit, quod tunc à ſolutione cenſus libre hall. predicti liberabitur penitus et abſolvetur contradictione qualicunque non obſtante. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Actum et Datum anno et die predictis.

CXLI.

Littere ſuper mutacione agrorum in Weſtheim, ad pytanciam. 1307.

Nos Fr. *Cunradus* Abbas totusque Conventus Monaſterii *Uterine Vallis* Cyſt. Ord. Spir. Dyoc. et Nos *Petrus* Prepoſitus Majoris Eccleſie Spirenſis recognoſcimus publice per preſentes, quod ſollicite conſiderantes permutacionem ſubſcriptam Nobis utrimque et Monaſteriis ac Eccleſiis noſtris exiſtere multipliciter fructuoſam, idcirco permutavi-

tavimus ad invicem agros ſeu jugera frugifera ſita in terminis ville *Weſtheim* infraſcripta. Nos enim Abbas et Conventus predicti ſeptem jugera noſtra cum dimidio frugifera contigua pomerium ſeu ortum Dominorum Decani et Capituli Majoris Eccleſie Spirenſis contingentia. Item ibidem IIII. jugera noſtra frugifera et contigua ſita inter duo jugera *Cunradi* Domicelli dicti *de Salenbach* de villa prenotata cum ipſo Domino Prepoſito pro undecim jugeribus cum dimidio frugiferis contiguis tangentibus ex una parte viam publicam que vergit in *Luſtat*, et ex altera parte pratum Dominorum Decani et Capituli predicti ad habendum, tenendum, poſſidendum et quidquid eidem Domino Prepoſito placuerit, faciendum. Nos verò Prepoſitus predictus e converſo permutavimus et permutacionis titulo transtulimus jugera noſtra predicta in ipſos et ad ipſos Dominos Abbatem et Conventum pro jugeribus eorum memoratis ad habendum, tenendum, poſſidendum et quidquid ipſis placuerit de eisdem jugeribus vel cum eisdem deinceps faciendum, unde ſi Dominus Abbas et Conventus de predictis undecim jugeribus

cum dimidio prata facere voluerint, aquam que per canalem seu aqueductum à ripa descendit, cum eis equaliter participemus omni dolo et fraude penitus procul pulsis, et ad Canalem et vallem per quas aqua descendit faciendam et purgandam, quando necessitas hoc exquisierit, dimidietatem expensarum solvere non obmittent. Nos vero et nostri successores aliam medietatem solvemus expensarum ejusdem vallis usque ad undecim jugera cum dimidio supradicta. Notandum eciam, quod vallis, que sita est inter undecim jugera cum dimidio prescripta et prata Dominorum Canonicorum totaliter pertinet ad prata predicta, et nos nostrique successores habere debebimus in perpetuum tres pedes in latitudine de predictis jugeribus cum dimidio juxta vallem memoratam, sed vallis, que per campum descendit, erit communis a ponte vie publice usque ad prata prenotata. Igitur Nos Abbas, Fratres et Conventus, Nosque Prepositus predicti renunciamus omnino ad invicem excepcioni doli mali &c. &c. (sequuntur clausulæ sæpius citatæ.) In cujus rei testimonium Nos Abbas et Prepositus predicti sigilla nostra presentibus

tibus duximus appendenda. Datum Anno Domini M°CCC°VII°. craſtino *Margarete* virginis. (21. Julij.)

CXLII.

Littere ſuper XVIII. uncias Wizenburgenſes et ſuper XVI. jugeribus agrorum in Scheiden. 1307.

Quia hominum memoria labilis lapſu temporis faciliter inmutatur, ſepe opus eſt facta humana ſcripturarum figuracionibus commendari. Nos igitur Judices Curie Spirenſis ad Univerſorum noticiam preſentibus cupimus pervenire, quod ſub anno Domini M°CCC°VII. feria tercia ante *Laurencij* (8. Aug.) honeſta matrona *Kriſtina* filia dicte *Rudelmennin* begina Wiſzenburgenſis ſana mente licet egro corpore, attendens quod neceſſarium eſt diem meſſionis extreme bonis operibus prevenire in remedium anime ſue et progenitorum ſuorum dedit atque legavit religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ordin. Cyſt. Spir. Dyoc. XVI. jugera agri campeſtris ſita in terminis ville *Scheiden* in loco qui dicitur *nidenwindic der Kirchen* videlicet VI.

 ruten

ruten neben *Redekindes* morgen, It. III. ruten gegen *Hertwiges hove*. It. VII ruten minus quatuor pedibus neben dem fron acker. Item censum annuum XVIII. unciarum denariorum Wiszenburgensium que habet super domo, orto et duobus jugeribus prati, que nunc habet *Cunradus* dictus *Volkmar*, de quo censu idem *C.* singulis annis solvit ad vincula Sancti *Petri* XIIII. uncias denariorum et in festo beati *Martini* IIII. uncias denariorum, ita tamen quod post mortem ipsius *Kristine* dicti Abbas et Conventus singulis annis bis dent et assignent fratribus Minoribus in Wizenburg qualibet vice tria quartalia vini clari et viginti panes albos in perpetuum fratribus pro refectione. It. quod dent et assignent singulis annis Predicatoribus in *Wiszenburg* semel in anno tria quartalia vini clari et viginti panes terminis ab ea statuendis. It. ordinavit, quod due partes de residuo singulis annis dentur fratribus in *Uzerstal* pro piscibus et tercia pars pro vino et albo pane in refectionem eorundem, terminis quos ipsa duxerit statuendos. Est eciam adjectum, quod si dicta *Kristina* religionem intraret vel ad tan-

tam

tam inopiam deveniret, quod non haberet, unde commode ſuſtentari poſſet, quod tunc licebit ei dicta bona vendere vel alienare pro ſue libito voluntatis, contradictione quorumcunque non obſtante. In quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum duximus preſentibus appendendum. Actum et datum anno et die prenotatis.

CXLIII.

Littere ſuper decem tinis vini in Lenſenwilre. ad pytanciam. 1307.

Officialis Domini Prepoſiti Spirenſis. Univerſi preſencium inſpectores noverint, quod conſtitutis in noſtra preſencia Abbate et Conventu Monaſterii in *Uzerſtal* ex una et *Frizone* Sculteti filio de *Lenſenwilre* et *Hedewige* conjuge ſua legittima ex parte altera anno Domini M°CCC°VII° craſtino beatorum *Symonis* et *Jude* Apoſtolorum (29. Oct.) prefati Abhas et Conventus antedictis conjugibus preſentibus et conducentibus quinque jugera vinearum, domum et torcular ſita in villa et terminis ville *Lenſenwilre*, que erant quondam Domini *Johannis* plebani in *Wolmes-*

mesheim pro ſe et ſemper uno herede tantum poſt eorum deceſſum perpetuo pro indiviſo habenda, tenenda et poſſidenda jure hereditario juſto locacionis titulo locaverint pro decem urceis vini qui vulgariter *Zæbere* nuncupantur, ipſis Abbati et Conventui in eisdem vineis tempore autumpnali ſingulis annis et perpetuo dandis et ſolvendis, quod quidem vinum ipſe Abbas et Conventus ante omnia in eodem torculari, ſi voluerint, torquere poterunt et preparare non obſtante contradictione cujuscunque, debent eciam prefati conjuges et eorum in eisdem bonis ſucceſſores ſolvere et expedire omnem cenſum debitum de ipſis bonis et ea in utili et conſueta cultura et in edificiis debitis conſervare, ut eciam prefati Abbas et Conventus de predictis decem urcijs ſingulis annis et perpetuo cerciores existant, prefati conjuges ipſis bona infraſcripta pro ſubpignore conſtituerunt, videlicet, unum juger prati ſitum in terminis dicte ville in *Lenſenwilre* in *thanwiſe* apud *phaffenbūrne* quod quondam fuit Sculteti ſſe. It. dimidium juger vinee ſite in monte dicto *Sūnninberg* inferius apud vineas Regis, hac adjecta con-

condicione, quod quandocunque ipſi conjuges tres urceos vini annue et perpetue penſionis emant in terminis dicte ville *Lenſenwilre* in loco certo et ſecuro et eos dictis Abbati et Conventui ponant et conſtituant pro ſubpignore, predicta ſubpignora libera ad ipſos conjuges ſeu eorum heredes, qui hoc facerent, redeant, et ipſi Abbas et Conventus dictis tribus urcijs pro ſubpignore loco dictorum ſubpignorum ſint contenti. Promittentes hinc inde omnia ſupradicta rata et firma inviolabiliter perpetuo obſervare. Renunciantes nichilominus omni auxilio juris Canonici et Civilis &c. (ut 22. Julij 1309.) quoquo modo. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad predictarum parcium preces duximus preſentibus appendendum. Actum et datum anno et die prenotatis.

CXLIV.

Littere ſuper duas libras hall. et novem Uncias in der Schickengaſse ex parte Magiſtri Johannis Phiſici. ad pytanciam. 1307.

Quoniam omnium habere memoriam et in nullo peccare pocius Divinitatis quam

quam humanitatis dinoſcitur intereſſe. Ideo opus eſt facta temporalia ne in oblivionis foveam cum tempore incidant, ſcripturarum teſtimonio roborari. Nos igitur Judices Curie Spirenſis ad Univerſorum notitiam tam preſencium quam futurorum volumus preſentibus pervenire, quod conſtituti in noſtra preſencia et judicii figura honeſta Matrona *Helena* mater *Erlewini* dicti *zu dem Fleckenſtein* Civis Spirenſis, nec non idem *Erlewinus* heredes quondam Magiſtri *Johannis* Phiſici Canonici Eccleſie *Sancti Petri* Argentinenſis bone memorie recognoverunt et publice profitebantur, quod idem quondam Magiſter *Johannes* in agone mortis ſue et in remedium anime ipſius nec non ſuorum parentum atque progenitorum Viris religioſis Dominis Abbati et Conventui monaſterii *Uterine Vallis* dedit et legavit penſionem annuam duarum librarum hall. ſingulis annis in Anniverſario ipſius Johannis dictis Domino Abbati et Conventui ſolvendam et pro refectione ipſorum equaliter pro piſcibus et aliis neceſſariis convertendam atque diſtribuendam, que penſio datur et aſſignatur ſeu dabitur et aſſignabitur dictis Dominis de domi-

mibus infrascriptis secundum jus et consuetudinem Civitatis Spirensis, videlicet una domus sita in vico dicto *Schiekengasse* dicta *des Baiers hus* hijs terminis scilicet in festo beati *Martini* decem solidos et decem hallenses in recompensam unius Capponis. Item in festo beati *Georij* decem solidos hall. Item de domo *Emerchonis* pellificis contigua domui predicte decem uncie hall. de quibus singulis festis quatuor temporum dantur quatuor solidi et duo hallenses et in festo beati *Martini* decem hallenses in recompensam unius Capponis. Item de domo sita in eodem vico, que est *Hedewigis* Cellerarie dicte *Winterin* begine Spirensis decem uncie hall. similiter in singulis festis quatuor temporum, quatuor solidi et duo hallenses dantur, de quibus decem unciis supradicti *Helena* et *Erlewinus* filius ejus confessi sunt et presentibus recognoscunt atque confitentur se justo vendicionis titulo vendidisse novem unciarum redditus sepedictis Dominis Abbati et Conventui pro precio tredecim librarum hall. quod quidem precium prefati *Helena* et *Erlewinus* filius ejus confessi sunt se recepisse traditum, numeratum atque solutum

lutum fuiſſe et in uſus ſuos totaliter convertiſſe. Renunciantes *) In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad peticionem *Helene* et *Erlewini* predictorum preſentibus eſt appenſum. Actum et Datum Anno Domini M°CCC° ſeptimo, feria ſexta ante feſtum beati *Martini*. (10. Nov.)

*) Memorantur clauſulæ, ſicut in charta MCCC decimo, feria quarta proxima poſt Dominicam qua cantatur: *Miſericordia Domini*, usque ad verbum: *circumſcriptis*.

CXLV.

Littere ſuper Curiam dictam zume Zungelnhof. 1307.

Nos Judices Spirenſes ſcire volumus univerſos preſencium inſpectores, quod coram Nobis in figura judicii conſtitutus *Sigelmannus Guntram* Civis Spirenſis confeſſus eſt et preſentibus publice recognoſcit, ſe ſibi et ſuis heredibus à religioſis Dominis Abbate et Conventu Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Cyſt. Spir. Dyoc. ex certo locatu pro cenſu emphyteotico ſex librarum hallenſ. recepiſſe Curiam ipſorum ſitam Spire in fine vici inferius dicti *Wobergaſse*

gaſse cum omnibus ſuis edificiis et attinentiis, quam Dominus *Johannes de Metis* Canonicus Eccleſie Spirenſis ex nunc inhabitat, qui eam inhabitare debet temporibus vite ſue et tamen tres libras hall. cenſus nomine dare tenetur annuatim, quas tres libras hall. ipſe *Sigelmannus* et ejus heredes recipient quolibet anno a dicto *Johanne* quoad vixerit, ex nunc autem et inpoſterum ipſo Domino *Jo.* vivo vel mortuo dictus *Sigelmannus* ac ejus heredes cenſum predictum ſex librarum hall. dictis Dominis dare debent de dicta curia et ſuis attinentiis ſingulis annis in feſto beati *Martini* juxta jus et conſuetudinem Civitatis Spirenſis, ad quam quidem curiam cum ſuis attinentiis predictus *Sigel* unum heredem nominare et deſignare debet Dominis antedictis, qui poſt mortem ſuam ipſam teneat et dictum cenſum ſex librarum hall. in dictum modum ipſis ſolvat annuatim, poſt-mortem autem heredis ejusdem, unus ejusdem heres ſenior ſemper poſt mortem alterius ſucceſſive ipſam curiam cum ſuis attinentiis tenebit et expediet quemadmodum eſt predictum. Si autem ipſe *Sigel.* nullum prefatis Dominis nomi-

naret heredem, ex tunc senior suus heres pro tempore sue vite et post mortem ejus semper senior heres suus post mortem alterius successivè ipsam curiam cum suis attinentiis tenebit et expediet, ut est dictum. Ad que omnia dictus *Sigelmannus* se obligat per presentes, fraude et dolo in hijs omnibus penitus circumscriptis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum appendimus huic scripto. Datum Anno Domini M°CCC° septimo.

CXLVI.

Littere super triginta maldra Siliginis in Otterbach. ad pitanciam.

1308.

Cum facta humana sepe lapsu temporis à memoria evanescant, opus est ea scripturarum memorie commendari. Igitur Nos Judices Curie Spirensis ad universorum tam presencium, quam futurorum volumus noticiam pervenire, quod sub Anno Domini M°CCC°VIII°. feria quarta proxima post festum beate virginis *Agnetis* (23. Jan.) Constituti coram Nobis in figura judicii strenuus vir *Bertholdus miles* dictus de *Steinwilre,*

wilre, *Mya* ejus uxor legittima, *Margareta* ſoror *Mye* prediĉte reliĉta quondam *Ottonis Armigeri* fratris prediĉti *Bertoldi* militis, *Gyzela* begina, *Demudis* et *Rudolfus* liberi *Margarete* antediĉte manibus coadunatis et unanimi conſenſu vendiderunt et tradiderunt ac ſe vendidiſſe et tradidiſſe juſto vendicionis titulo per preſentes recognoſcunt Religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Cyſt. Ord. Spir. Dyoc. annuam et perpetuam penſionem triginta maldrorum ſiliginis bone et legalis perſolvendam et preſentandam diĉtis Domino Abbati et Conventui ſingulis annis in Nativitate beate *Marie* Virginis ſuper domum in villa *Otterbach* inferiori, quamcunque diĉti Abbas et Conventus ſeu procurator eorum ad hoc acceptaverit ſub expenſis, periculo et laboribus diĉtorum venditorum, non obſtante grandine, exercitu, ſterilitate, incendio ſeu alio quovis caſu infortuito pro precio centum et triginta quinque librarum hall. bonorum et legalium ipſis numerato tradito et ſoluto ſuper bonis infra ſpecificatis, que quidem bona diĉti venditores prefatis Abbati et Conventui pro ſubpignore con-

 ſtitu-

ſtituerunt et obligaverunt, ita videlicet, quod ſi ijdem venditores aut eorum heredes in ſolucione hujusmodi penſionis aliquo anno negligentes extiterint, ſepefati Abbas et Conventus vel procurator eorundem ſibi attrahent, quod volgariter dicitur *ufholn* ſecundum conſuetudinem terre generalem. Preterea prefati venditores ſimiliter recognoverunt expreſſe et publice confeſſi ſunt ſe precium antedictum recepiſſe ac ſibi numeratum, traditum et ſolutum fuiſſe et in uſus ſuos integraliter convertiſſe, renunciantes expreſſe omni excepcioni non numerate &c. (cum reliquis clauſulis ut ad an. 1307. 22. Febr. et alibi *circumſcriptis*). Specificacio vero bonorum pro ſubpignore conſtitutorum et ſitus eorundem in terminis ejusdem ville *Otterbach inferioris* predicte hec eſt, videlicet curia *Kunonis militis* dicti *Slaffer* ſita juxta curiam *Rudolfi militis*. Item novem jugera agri campeſtris inſima ſita in loco, qui dicitur *der rone* apud agros *Rudolfi militis*. Item ſeptem jugera agri ſita ibidem. Item decem et octo jugera agri, que dicuntur *das eigen* ſita ibidem. Item ſex jugera agri ſita in loco qui dicitur *fochſelochern*

chern apud agros *Roberti*. It. V. jugera agrorum ſita retro curiam *Hugonis* dicti *Wyſze*. It. decem et ſeptem jugera agrorum ſita *obenwendic der holn* juxta agros *Kunonis militis de Zeiſsenkeim*. It. quinque jugera agrorum ſita retro curiam Domine dicte *de Crumenfurch*. Item tria et dimidium jugera agri ſita *zu den Fochſenlochern* juxta agros *Roperti*. Item ſeptem jugera tendencia verſus fontem qui dicitur *Grundeloſeburne*. It. ſex jugera agrorum ſita *an dem Sticwecke* juxta agros *Ritperti*. It. V. jugera agri ſita retro nemus juxta agros *Kunonis militis de Zeiſsenkeim*. Item decem et octo jugera agrorum tendencia ſuper vallem dictam *witdal* penes agros *Rudolfi militis*. It. decem jugera tendencia ſuper locum dictum *Bachars*. It. unum juger ſitum ibidem. Item unum juger ſitum retro curiam *Ruperti*. It. ſeptem jugera ſita retro curiam *Rudolfi militis*. Item duo jugera ſita retro curiam *Kunonis* predicti. Item duo et dimidium jugera pratorum ſita juxta flumen, quod dicitur die *Lutern*. Item duo et dimidium jugera prati ſita *an dem wade* juxta *Steinvelt*. Item quatuor jugera pratorum

 ſita

ſita *in dem widal.* Item quatuor jugera pratorum ſita in pallude. Teſtes vero hujus contractus ſunt *Johannes de Mulnhoven miles*, *Humfridus* Advocatus, *Hertelinus* frater ſuus, *Johannes* filius *Petri* cives in *Landowe.* In quorum omnium teſtimonium ſigillum Judicum predictorum ad preces dictorum venditorum preſentibus eſt appenſum. Datum Anno et Die prenotatis. Et Nos Conſules et Univerſitas opidi *Landowe* in teſtimonium omnium premiſſorum ſigillum noſtrum ad peticionem parcium predictarum preſentibus duximus appendendum. Datum ut ſupra.

CXLVII.

Littere ſuper XXI. uncias hall. et III. Cappones. 1308.

Nos Judices Curie Spirenſis ad univerſorum noticiam deducimus per preſentes, quod conſtitutus coram Nobis procurator religioſorum virorum Abbatis et Conventus Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Cyſt. Spir. Dioc. nomine procuratorio et ipſorum nomine *Bertholdo* dicto *der hultzin* et *Berthe* ejus legittime nec non ipſorum heredibus

bus domum ſitam ante exteriorem portam Nove porte Spirenſis cum particula orti ipſi domui adjacente, que eis adjecta fuit de vero orto, et curiam ad eandem domum pertinentem, que domus ſita eſt inter curiam et domum dictam *der Grenſen* et ex altera parte juxta curiam Domine que dicitur *Schultetiſſa de Gugelingen* conceſſit et locavit de cenſu annuo videlicet XX et I. uncia hall. et tribus Capponibus ſingulis annis dictis Abbati et Conventui ſeu eorundem procuratori preſentandis terminis infraſcriptis videlicet in feſto nativitatis beati *Johannis Baptiſte* I. libr. hall. et in feſto beati *Martini* reliquas novem uncias et tres Cappones. Promiſerunt eciam prefati conjuges pro ſe et ſuis heredibus quod ſi aliquod dampnum per ipſorum aut eorum heredum negligenciam aut incuriam dictis Dominis in domo curia et orto predictis eveniret per vicinos ipſorum, quod hujusmodi dampnnm dictis Dominis perſolvant et emendabunt contradictione qualicunque non obſtante. Renunciaverunt eciam antedicti conjuges pro ſe et ſuis heredibus omnibus excepcionibus juris Canonici et Civilis et aliis cavil-

villacionibus quibuscunque per que contra premiſſa vel aliquod premiſſorum venire poſſent quoquo modo pro ſe aut alium in judicio vel extra, publice vel occulte, directe vel indirecte, fraude et dolo penitus circumſcriptis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad preces predictorum conjugum preſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini M°CCC°VIII° feria VI. ante Dominicam *Oculi*. (15. Martij.)

CXLVIII.

Littere ſuper ſex jugera agrorum et unum juger vinearum in Merlheim.
1308.

Noverint univerſi preſentes pariter et futuri, quod coram Nobis judicibus Curie Spirenſis conſtitutus *Bertholdus* dictus *Wirt de Merlheim* motus pio affectu propter Deum et in remedium anime ſue religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Cyſt. Ord. Spir. Dyoc. ſex jugera agrorum campeſtrium ſita in terminis ville *Merlheim* et unum juger vinearum ſitum in terminis opidi *Landowe*, nec non omnia bona ſua mobilia et immobilia, que nunc habet

habet et in posterum habiturus est, quocunque nomine nuncupentur, vel in quibuscunque locis reperiantur simpliciter et expresse irrevocabiliter cessit, dedit, tradidit et resignavit, nec non donacione perfecta et inter vivos donavit, hac condicione adjecta, quod dictus *Bert.* usumfructum de vinea predicta ad dies vite sue integraliter percipiat, sed post obitum ipsius ad predictos Abbatem et Conventum dicta vinea libera devolvetur contradictione cujuslibet non obstante, antedicti vero Abbas et Conventus eidem *Bertoldo* ad dies vite sue in victualibus, vestimentis et aliis necessariis prout procurator dictorum Abbatis et Conventus nomine ipsorum et pro ipsis promisit coram Nobis, sufficienter providebunt. Predictus eciam *Bertoldus* opus conversorum ibidem consuetum sollerter et diligenter pro suo posse adimplebit. In cujus rei testimonium sigillum nostrum ad peticionem personarum predictarum Presentibus est appensum. Datum Anno Domini M°CCC°VIII° feria sexta ante Dominicam, qua cantatur *Judica*. (22. Martij.)

CXLIX.

Littere ſuper duas libras hall. in Gliſzenwilre et in Landowe. 1308.

In nomine Domini Amen. Nos Judices Spirenſes ſcire volumus univerſos preſencium inſpectores, quod conſtituta coram Nobis in figura judicii *Demudis* begina filia quondam *Gernodi de Gliſzenwilre* ſub anno Domini M°CCC° octavo feria tercia poſt Urbani Pape et Martyris (28. Maji.) non immemor ſalutis anime ſue nec non ſuorum progenitorum dedit donacione inter vivos, conſignavit et reſignavit religioſis Viris Monachis *Uterine Vallis* pure et ſimpliciter et irrevocabiliter duas libras hall. perpetuorum reddituum ita, ut poſt obitum ſuum et fratris *H. de Bubenwilre* Monachi Cenobii prenotati dies Anniverſarius *Gernodi* et *Methildis* uxoris ſue legittime dictorum progenitorum nec non *Demudis* et ſororis ſue *Guthe* in vigilia Nativitatis Domini ſemper fideliter ac memoriter in eodem cenobio peragatur et de dictis duabus libris Conventui in piſcibus vel in aliis eſibilibus pitancia provideatur, dictas vero duas libras certis ac firmis ypothe-

thecis, prout inferius eſt ſpecificatum, ſtabilivit, videlicet: quod in Landowe de domo ante portam beate Virginis *Heinrici* dicti *Welker de Gotrameſtein* juxta molendinum olei recipient dicti religioſi in feſto *Martini* X ſolidos hall. It. de ortis retro novum Caſtrum, quos poſſidet *Nicolaus* filius dicti *Urluge* VI. ſolidos et IIII. hallenſes. It. junior *Stephanus* ibidem XX. hall. It. Gutha filia dicti *Brauender* XX. hall. de orto ibidem. In *Gliſzenvilre* vero percipient termino ſupradicto unam libram et IIII. hallenſes de orto dicto *mit den Erlen* in der *Rusbach* et de XVI. hall. de vinea dicti *Eigel* ibidem et de quartali et dimidio agri jugere, prato et pomerio juxta fontem, qui dicitur *bike beines brunne* et de XXV. hallenſibus de prato an dem *Vogelſange* filie *Eberhardi*, adicimus ordinacioni ſuperius expreſſe, quodſi dicti *Demudis* deceſſerit, fr. *H.* predictus Monachus *Uterine Vallis* dictus *de Bubenwilre* de prefatis redditibus ſe intromittet et eosdem recipiet et ad velle ſuum ordinabit, poſt ejus obitum ad dictum Monaſterium devolventur. Preterea Nos Judices Spirenſes predicti dictum

tum remedium ad inſtanciam *Demudis* donatricis prediƈte pena tali vallamus et perpetuo volumus obſervari et ſi procuratores prediƈti Conventus in aliquo anno diƈtum remedium ad alios uſus Monaſterii, quam preſcriptum eſt, diſponerent ſeu ordinarent, tunc eodem anno tantum juratis ville *Gliſzewilre* integraliter tribuentur condicione ſeu contradiƈtione qualibet non obſtante et ad eccleſie ville prediƈte neceſſitates convertent. In horum omnium robur et evidenciam preſentem litteram Curie Spirenſis tradimus Sigillo communitam. Datum die et anno prediƈtis.

CL.

Littere donacionis bonorum Elizabeth begine de Hohenſtat. 1308.

Noverint univerſi preſencium Inſpeƈtores, quod coram Nobis Judicibus Curie Spirenſis conſtituta in figura judicii *Elizabeth* begina diƈta *de Hohenſtat* mota pio affectu et propter grata beneficia ſibi impenſa et in futurum impendenda a religioſis viris Abbate et Conventu Monaſterii *Uterine Vallis* Cyſt. Ord. Spir. Dyoc. ac in remedium animarum ſue et ſuorum progenitorum

dictis

dictis Abbati et Conventui quinque jugera agri arabilis preter unum quartale et unum juger prati, quorum duo sita sunt in terminis ville *Hohenstat* in loco dicto *an der holzgewande* juxta *Hermannum* hospitem. It. ibidem dimidium juger juxta agros Dominorum de *Uzerstal* predictorum. Item ibidem dimidium juger situm inter agros dictorum Dominorum et Dominorum de *Heimbach*. It. unum juger situm in loco dicto *an der Hutelsnur*, juxta agros Dominorum *de Heimbach* predictorum. It. duale tendens versus parvam stratam apud agros Dominorum *de Heimbach*. It. unum juger prati tendens versus silvam juxta Dominam dictam *Lamesbuchen* ac omnia alia bona sua mobilia ac immobilia, que nunc habet et inposterum habitura est quocunque nomine censeantur et in quibuscunque locis ad presens vel in posterum reperiantur, cessit, dedit et tradidit, resignavit atque donacione perfecta et inter vivos donavit nec non cessisse, dedisse, tradidisse, resignasse ac donavisse simpliciter irrevocabiliter et expresse dicta bona prefatis religiosis recognoscit per presentes, promittens fide bona et sollemp-

lempni ſtipulacione ſe contra predictam ceſſionem, tradicionem, reſignacionem ſeu donacionem nunquam venire per ſe vel per alium vel alios in judicio vel extra, publice vel occulte, directe vel indirecte inpoſterum vel ad preſens quoquo modo, fraude et dolo in hijs omnibus penitus circumſcriptis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad peticionem prefate *Elizabeth* preſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini M°CCC° octavo in die beati *Barnabe* Apoſtoli. (11. Junij.)

CLI.

Littere ſuper unam libram hallenſium et ſuper vineas in Winzingen ex parte Domine Heile dicte Bertin. 1308.

In Nomine Domini Amen. Anno Incarnacionis ejusdem M°CCC° octavo feria quarta proxima ante feſtum beate *Margarete* virginis (17. Julij.) Conſtituta coram Nobis Judicibus Curie Spirenſis honeſta matrona *Heila* dicta *Bertin* Begina ſana mente licet egra in corpore nec vi, nec metu, nec aliqua circumvencione illecta memor exiſtens humane condicionis, quam fragilitas imitatur,

tatur, de bonis a Deo ſibi collatis teſtamentum ſuum in remedium anime ſue et animarum ſuorum progenitorum disposuit et ordinavit in hunc modum: In primis enim dat et legat dimidietatem curie, quam inhabitat ipſam contingentem poſt mortem *Elizabet* filie ſororis ſue begine ſite ex una juxta domum dictam *zu dem bogen* et ex altera parte juxta Cimiterium Fratrum Minorum domus Spirenſis, dictis Fratribus Minoribus, ita videlicet quod predicti Fratres Anniverſarium ipſius *Heile*, *Elizabet* ſororis ſue et *Heinrici* quondam dicti *Barht* de cenſu ipſius curie ſingulis annis et perpetuo per ipſos fratres celebretur terminis infraſcriptis, videlicet, quod Anniverſarium in die obitus ipſius *Heile*, *Elizabet* quondam ſororis ſue predicte in feſto beati *Benedicti* et *Heinrici* quondam dicti *Barthe* in feſto beati *Georij* et quod idem cenſus dictis terminis et anniverſariis detur pro piscibus pro refectione fratrum antedictorum, hac condicione per ipſam *Heilam* adjecta, quodſi predicti Fratres Minores aut ipſorum poſteri ſeu ſucceſſores predictam medietatem curie vel cenſum, qui datur ſive daretur de eadem curia alie-

alienare ſeu vendere vellent, preſumerent ſive attemptarent, quod ex tunc omne jus, quod dictis fratribus in dimidietate dicte curie ſive cenſu ipſius competit ſeu in futurum competeret, ad religioſos viros Dominum Abbatem et Conventum Monaſterii *Uterine Vallis* pleno jure devolvatur contradictione qualibet non obſtante. Item dat et legat Conventui Fratrum Minorum predicte domus octo libras hallenſ. quas Gardianus qui pro tempore fuerit, in utilitatem dicte domus ſtatim poſt obitum ipſius *Heile* convertat. Item dat et legat cuilibet Fratri Minorum dicte domus quinque ſolidos hall. ſtatim poſt obitum ipſius *Heile* aſſignandos. Item dat et legat Sororibus Sancte *Clare* extra muros Spirenſes redditus quinque maldrorum ſiliginis poſt mortem *Elizabet* ſupradicte, ita videlicet, ut ipſe ſorores tria anniverſaria predicta celebrent terminis prenotatis, Item dat et legat Capellario Capelle Sancti *Mauricij* Spirenſis poſt mortem prefate *Elizabet* penſionem unius maldri ſiliginis ſingulis annis ſolvendam pro ſuo anniverſario per ipſum Capellarium qui pro tempore fuerit, celebrando perpetuo. Item dat et

et legat infirmis hoſpitalis Sancti *Georij* Spirenſis poſt *Elizabet* ſepedicte mortem redditus unius maldri ſiliginis, ita videlicet, quod infirmi in Anniverſario ipſius *Heile*, cum ipſa ſit, ſingulis annis conſolentur et recreentur. Item dat et legat poſt mortem *Elizabet* predicte Commendatori et Fratribus domus in *Heimbach* penſionem annuam trium maldrorum ſiliginis pro Anniverſario ſuo perpetuo celebrando. Item dat et Sororibus *ultra lutum leporis* penſionem annuam unius maldri ſiliginis poſt obitum *Elſe* predicte pro anniverſario ſuo celebrando. Item dat et legat *Elſe* quondam filie *H.* dicti *Bart* duorum maldrorum ſiliginis penſionem et cenſum decem ſolidorum hall. poſt obitum *Elſe* preſcripte ad dies vite ipſius pro neceſſariis ejusdem ſingulis annis percipiendam: poſt obitum vero ipſius eadem penſio et dictus cenſus cedet Sororibus Sancte *Clare* prenotatis, Item dat et legat Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* redditus ſive cenſum unius libre hall. qui redditus ſingulis annis pro piſcibus dabuntur in anniverſario ipſius *Heile* pro refectione Abbatis et Conventus predictorum. Item dat

et legat eisdem Abbati et Conventui medietatem domus et vinearum, quas habet in villa et terminis ville *Winzingen* poſt obitum *Elſe* ſupradicte. Item dat et legat Abbati et Conventui Monaſterii in *Mulenbrunnen* poſt obitum *Elizabet* predicte cenſum decem ſolidorum hall. ut anniverſarium ipſius celebretur in modum ſupradictum. Item dat et legat Fratribus Minoribus domus Spirenſis poſt mortem *Elizabet* antedicte medietatem tocius vini, quod habet preter octo amas menſure Spirenſis que debentur *Elizabet* memorate. Item dat et legat religioſis Dominabus Abbatiſſe et Conventui in *Ponte Salutis*, penſionem annuam duorum maldrorum ſiliginis poſt obitum *Elizabet* predicte pro anniverſario ipſius perpetuo celebrando. Item dat et legat uni ex filiabus *Bermanni* dicti *Vonc* Civis Spirenſis, ſi habitum Dominarum Sancte *Clare* extra muros Spirenſes intraverit, cenſum decem ſolidorum hall. poſt obitum *Elizabet* predicte ad dies vite ipſius filie percipiendum, poſt obitum vero ipſius filie idem cenſus ad Dominas de Sancta *Clara* predictas libere devolvetur. Si vero predicta filia predictum habitum non

non intraverit ſive aliam religionem in ſe non aſſumpſerit, tunc dictus cenſus immediate poſt mortem *Eliſabet* predicte ad predictas Dominas Sancte *Clare* pertinebit. Hec autem omnia et ſingula predicta prefata *Heila* ordinavit et diſpoſuit atque legavit nomine teſtamenti ſeu ultime voluntatis ſue de conſenſu et bona voluntate *Elizabet* filie ſororis ſue memorate. Preterea ſepedicta *Elizabet* conſtituta in noſtra preſencia legavit pro remedio anime ſue Fratribus Minoribus predictis reliquam medietatem curie, ipſam contingentem, quam ipſe Begine inhabitant, hac poteſtate ſibi retenta, quod quandocunque ei placuerit, dictam legacionem de parte curie ipſam contingentem libere valeat revocare, hanc autem ultimam ſuam voluntatem prefata *Heila* ſtatuit, voluit et ordinavit, ut ſi jure teſtamenti non valeret, ſaltim jure Codicillorum aut eciam alias quomodocunque melius ſubſiſtere poterit et valere robur obtineat firmitatis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad peticionem *Heile* et *Elizabet* Beginarum predictarum preſentibus eſt appenſum. Actum et Datum Anno et Die prenotatis.

CLII.

Littere super decem maldris siliginis in Neuwilre. 1308.

Que aguntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, opus est ut scripturarum memorie perhennentur, hinc est, quod nos Judices Curie Spirensis ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod sub Anno Domini M°CCC°VIII° in Vigilia Assumpcionis beate *Marie* Virginis (14. Aug.) constitutus coram Nobis in figura judicii religiosus vir Fr. *Heinricus* dictus *Walheimer* Cellerarius et Procurator religiosorum virorum Abbatis et Conventus Monasterii *Uterine Vallis* Ord. Cist. Spir. Dyoc. Suo dictorum Abbatis, Conventus et Monasterii nomine *Gerlaco* filio *Gerlaci* dicti *Münch de Neuwilre* uxori sue legittime ac ipsorum heredibus bona infrascripta sita in villa *Neuwilre* et terminis ejusdem locavit et concessit et se jure emphyteotico presentibus ipsis locasse et concessisse recognoscit pro pensione decem maldrorum siliginis boni et legalis singulis annis ad oppidum *Wizzenburg* ad Curiam Dominorum Abbatis

et

et Conventus predictorum sub periculo, vectura laboribus et expensis dictorum conjugum sive heredum ipsorum presentanda non obstante grandine, exercitu, incendio, sterilitate seu alio quocunque casu fortuito in festo Nativitatis beate Virginis *Marie* hac condicione adjecta, quodsi predicti conjuges seu alter ipsorum aut eorum heredes aliquo anno in festo beate Virginis predicto in solucione pensionis antedicte vel in parte ejusdem negligentes essent aut remissi, Abbas et Conventus supradicti sive procurator eorundem bona ipsis per eosdem locata et bona dictis Dominis per prefatos conjuges pro subpignore constituta sibi secundum consuetudinem terre generalem attrahent, quod volgariter dicitur *ufholn* et tam de bonis locatis, quam etiam pro subpignore constitutis pro sua voluntate ordinabunt contradictione qualibet non obstante. Preterea prefati conjuges constituti coram nobis in figura judicii recognoverunt et publice confessi sunt sibi bona predicta locata fuisse per fratrem *Heinricum* prenotatum et se ea ab eo nomine Monasterii predicti recepisse ac quedam bona que inferius specificabuntur,

 pro

pro ſubpignore conſtituiſſe ſub modis et condicionibus omnibus prenotatis. Prefati eciam conjuges et ipſorum heredes ſingulis annis perpetuo de bonis ſibi locatis hijs temporibus et perſonis infraſcriptis ac ipſorum heredibus perſolvent hos cenſus videlicet in feſto Nativitatis beate *Marie* quatuor uncias cum dimidia hallenſium ad Curiam in *Matern*. It. decem hallenſes pro jure quod dicitur *vogetreht*. Item duas uncias cum quinque hallenſibus in feſto Nativitatis predicte *Johanni* dicto *Salenbach*. Item in feſto beati *Martini* tres libras olei ad Sanctum *Stephanum* in *Selſen*. Item duos denarios monete *Witzenburgenſis* ad eccleſiam in *Neuwilre*. Renunciantes hinc inde ſimpliciter et expreſſe tam Frater *H*. ſuo et dicti Monaſterii nomine quam eciam conjuges ſupradicti omni excepcioni doli mali &c. (ſequuntur clauſulæ ſæpe dictæ preſertim 22. Febr. 1307. circumſcriptis.) Specificacio vero bonorum locatorum et ſitus eorundem eſt hec, videlicet domus et curia, que quondam fuerunt *Arnoldi de Neuwilre* ſitas *uf der holn* juxta dictum *Phenningphant*. Item ſex jugera agri campeſtris

tris ſita *uf dem Kirchvelde* juxta pratum *Cunzelini* de *Wizenburg*. Item ex altera parte prati novem jugera agri campeſtris que tendunt *uf Schibenhardter velt*. Item duo jugera *uf der holn* juxta *C.* dictum *Klobelauch* armigerum et ex altera parte *Gertrudis uf dem graben*, Item tria jugera agri *uf dem Kirchvelde*. Specificacio autem bonorum pro ſubpignore per predictos conjuges conſtitutorum hec eſt, videlicet tria jugera cum dimidio agri campeſtris ſita *uf dem Augeſtberge* juxta dictam *Eckerten* viduam ſita in terminis ville *Matern* eſtimata, ut aſſeruerunt ad valorem quinque librarum hall. In quorum omnium evidenciam et teſtimonium ſigillum noſtrum ad peticionem perſonarum predictarum preſentibus eſt appenſum. Actum et Datum Anno et Die prenotatis.

CLIII.

Littere ſuper dimidia urna olei ad lampadem juxta paralogium. 1308.

Noverint univerſi, quod ego *C.* dictus *Rorbecher de Lenſenwilre* Anno Domini M°CCC°VIII°. feria tercia ante

Martini (5. Nov.) vendidi, dedi et tradidi justo vendicionis titulo religiosis viris Domino Abbati et Conventui *Uterine Vallis* dimidiam urnam olei nucum boni et dativi pro certa summa hallensium bonorum et legalium presentandam singulis annis Custodi ad prefatum claustrum in die beati *Martini* meis laboribus et expensis, quod si non fecero nec a prefato die usque ad quartam decimam proximam occidente sole, ut predictum est, non presentavero, ex tunc pro pena ad ecclesiam in *Lensenwilre* sex talenta olei dare teneor, illo videlicet anno tantum, quo predictos redditus, ut dictum est, non presentavero et quotiens singulis annis neglexerit, tociens prefata sex talenta pro pena dabit. Hec omnia predicta cum subpignoribus infrascriptis resignavi et dedi ac promisi prefatis religiosis in manus Fratris *Frankonis* monachi prefati claustri, qui predictos redditus emit nomine predictorum. Acta sunt hec Anno et Die ut supra coram Sculteto *Ulrico* in *Lensenwilre* et testibus subnotatis *Rerth. Hugone, C. Vaut* filiis predicti Sculteti, *Bert. huchenbecker, hartmud uf deme Teine, hartmut durre,*

durre, *hugo* dictus *Hoveman*, *Gerhardo* et *Merkelino Virgeger*. It. ad penam prefatam ſex talentorum ad eccleſiam *Lenſenwilre* proceſſu temporis me obligavi coram teſtibus ſubnotatis videlicet *H.* dicto *Selle*, *H.* dicto *Brant*, *C. Wuſte de Ramesbach*, *C.* dicto *Renterlin*, *C.* filio *Herbordi*, *Rudolfo* filio, *C. an dem berge*, *Bert. Geiſebart de Sibeltingen* et *Petro* dicto *Schreiber*, et ſciendum quod prefati redditus dabuntur de ſubpignoribus ſubnotatis: de prato prope *Steinbuhel* ſito inter *Bert.* dictum *hucbecker* et *Fridericum* dictum *der ingenger*, de IIII^or^ jugeribus agri, ſitis prope prefatum pratum *Steinbuhel* et de uno jugere vinearum *an der halte* tendente ſuper lacum et arbores juxta eamdem vineam. Ego plebanus *Dizzo* in *Lenſenwilre* ad preces *C.* dicti *rorbecher* prefati ſigillum meum duxi preſentibus apponendum.

CLIV.

Littere donacionis Domini Petri Prepoſiti Spirenſis, ad pytanciam. 1308.

Judices Curie Spirenſis nec non Officialis Domini Prepoſiti ibidem. Noverint

verint Universi presentes pariter et futuri. Quod *Johannes* dictus *Glessersmunt* armiger et *Guta* ejus conjux legittima in presencia nostra et testium subscriptorum constituti vendiderunt et tradiderunt communicata manu et unanimi consensu et se justo vendicionis titulo vendidisse et tradidisse religiosis viris Abbati et Conventui Monasterii in *Uzerstal* pro quinquaginta et quinque libris hall. bonorum et legalium ipsis numerati precii traditi et soluti et in eorum usus conversi publice sunt confessi bona infrascripta, videlicet, curiam eorum cum suis edificiis sitam in villa *Westheim* juxta domum *Wernheri* pistoris et ortum situm ex opposito super ripam. Item in terminis ville *Westheim* duo jugera agrorum campestrium sita ex opposito curie Dominorum Ecclesie Spirensis ante silvam. Item tria jugera tendencia ultra viam dictam *Slidewec*. Item unum et dimidium que sunt *anewender* prope *Cunradum de Salenbach*. Item duale quod est eciam *anewender* juxta Canonicos Spirenses. Item unum juger apud dictum Ryse. Item quinque tendencia *usse die hole*. Item unum apud predictum *Ryse*. Item unum

unum tendens ultra *Lufteder Wec* apud predictum *Ryfe.* Item dimidium prope *Cunradum de Salenbach.* Item in terminis ville *Lingenvelt* unum et dimidium que funt *anewender.* Item in marka *Zufenkoven* duale juxta Dominos *de Heimbach.* Item unum ibidem tendens ultra *Zufinkower wec.* Item duo ibidem prope *an der Ofterlangen gewande* cum cenfu viginti octo hallenfium in Craftino beati *Remigii* epifcopi iu Curiam *Zufinkoven* et IIII. hall. ad Ecclefiam in *Wefiheim* in die fancti *Mauricij* de eisdem bonis fingulis annis folvendorum, conftituentes ipfi Abbati et Conventui pro Warandia eorum bonorum eis per annum et diem fecundum confuetudinem patrie facienda, hos videlicet *Johannem* Sacerdotem Decanum in *Wefiheim, Herburdum* Colonum Decani Sancti *Widonis* Spirenfis et quemlibet eorum in folidum fidejuffores et nichilominus eandem *Gutdam* ad cautelam corporali preftito juramento abjuravit omne jus, quod ei occafione dotis vel alias ex quacunque caufa in dictis bonis competere poffit quoquo modo, promittens fub eodem juramento ipfa bona nunquam repetere per fe vel

per

per alium, nec ipſos Abbatem et Conventum ſeu quoscunque ipſorum bonorum poſſeſſores de cetero ſuper eis inpetere vel inquietare publice vel occulte. Renunciantes quoque tam ipſa *Gutda*, quam eciam *Johannes* maritus ejus predictus pro ſe et eorum heredibus excepcioni non numerate pecunie, non tradite nec ſolute, excepcioni doli mali, actioni in factum, beneficio reſtitucionis in integrum et quo deceptis ultra dimidium juſti precii ſolet ſubveniri et omni auxilio juris Canonici et Civilis, conſuetudinarii vel ſtatuti, eciam ſi de eo deberet fieri mencio ſpecialis, quo contra premiſſa vel aliquod premiſſorum per ſe vel alios venire poſſent quoquo modo. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra ad preces parcium predictarum duximus preſentibus appendenda. Datum Anno Domini M°CCC°VIII°. feria tercia poſt feſtum beati *Martini* Epiſcopi. (12. Nov,) Hujus rei teſtes ſunt *Johannes* Decanus in *Weſtheim*, *Waltherus* Camerarius Domini Prepoſiti Spirenſis, *Johannes de Dudensvelt* notarius ejusdem Domini Prepoſiti, *Cunradus* armiger dictus *de Salinbach*, *Waltherus* Scultetus de *Lingenvelt*, *We-*

Wetzelo textor ibidem, *Burkardus* de eodem loco, *Herburdus* Colonus Decani Sancti *Widonis* et *Heinricus de Sweinheim* et alii quam plures fide digni.

CLV.

Littere ſuper bonis in Steinwilre. 1308.

Noverint ſinguli et univerſi ad quos preſens Scriptum pervenerit, quod ego *Cunradus* dictus *Stapheler* Rector Ecclesie in *Noſdorf* vendidi juſto vendicionis titulo omne jus quod competebat mihi in bonis, que dicuntur *daz geher* in terminis *Steinwilre* ſitis Domino Abbati et Conventui Ord. Cyſt. Monasterii *Uterine Vallis* Spir, Dyoc. perpetuo poſſidendum pro viginti ſex libris hall. cum dimidia bonorum et legalium, quos integraliter recepi a predictis Abbate et Conventu et in uſus meos converti, que quidem bona in uno ſolido denariorum Vizenburgenſium Domino Prepoſito *quatuor Turrium* apud *Wizzenburg* in feſto beati *Martini* nomine Prepoſiture ſunt cenſualia, a quo predicti Dominus Abbas et Conventus predicta

dicta bona in manus ſuas receperunt et poſſeſſionem eorundem, prout de jure poterant et debebant, inierunt. Renunciaverunt quoque partes hinc inde excepcioni doli mali, non numerate pecunie et omnibus excepcionibus juris Canonici et Civilis, quibus contra premiſſa poſſet aliquid fieri, vel aliquod premiſſorum, de quibus eciam deberet fieri mencio ſpecialis. In cujus rei teſtimonium Nos *Johannes* Prepoſitus *quatuor Turrium* predictus ad preces predictarum parcium et roboris firmitatem ſigillum noſtrum preſentibus litteris duximus appendendum. Datum feria ſecunda ante feſtum beati *Thome* Apoſtoli, (16. Dec.) Anno Domini M°CCC° VIII°.

CLVI.

Littere ſuper unam libram hall. in Landove. ad veſtiariam. 1308.

Nos Conſules et Magiſter Civium in *Landowe* Univerſis ad quos preſentes littere pervenerint, noticiam ſubſcriptorum. Conſtituti coram Nobis *Jacobus* faber et *Demudis* uxor ejus legitima concives noſtri manibus coadunatis vendide-

diderunt et tradiderunt ac se vendidisse et tradidisse publice sunt confessi Domino Abbati et Conventui Monasterii *Uterine Vallis* censum annuum unius libre hall. solvendam ac dandam in die Sancti *Martini* de domo seu fabrica ipsorum sita ex opposito domui dicte *zu der Rusen* in *Landowe* pro precio quatuordecim librarum hall. legalium, quos quidem hallenses ijdem conjuges confessi sunt se recepisse et in utilitatem eorum convertisse integre et complete, renunciantes quoque tam ipse *Jacobus* quam eciam *Demudis* uxor ejus pro se et eorum heredibus in perpetuum excepcioni non numerate &c, (alias clausulas vide ad annum 1309. 22. Jul. *quoquo modo.*) Et notandum quod de dicta domo nisi sex hallenses censuales dantur ad censum Regis secundum assertionem conjugum prescriptorum, et in evidenciam omnium premissorum et memoriam valituram, Nos Consules de *Landowe* antedicti ad rogatum et peticionem *Jacobi* et *Demudis* conjugum predictorum prelibatis viris Domino Abbati et Conventui *Uterine Vallis* presentes litteras tradidimus Sigilli Universitatis nostre munimine roboratas.

Da-

Datum Anno Domini M°CCC°VIII°. menſe Decembri.

CLVII,

Littere ſuper domum ſitam in vico omnium Sanctorum. 1309.

Judices Spirenſes ad cunctorum noticiam deducimus per preſentes, quod *Heinricus* nunc plebanus Sancte Crucis in Eccleſia Sancte Trinitatis Spirenſis in noſtra preſencia et figura judicii conſtitutus publice et expreſſe eſt confeſſus ſe nomine locacionis ſeu conductionis ſibi et duarum perſonarum videlicet *Catharine* et *Margarethe* ſororum aſſumpſiſſe et acceptaſſe ab Abbate et Conventu Monaſterii *Uterine Vallis* Cyſterc. Ord. predicte Dyoc. domum ſubtus lapideam deſuper ligneam cum omnibus ſuis attinentijs ſitam juxta domum Domine dicte *Jemererin* et domum Domine *de Linckenheim* in vico omnium Sanctorum pro cenſu annuo videlicet tribus cum dimidia libris hallenſium bonorum et legalium terminis infraſcriptis ſine fraude et dolo perſolvendis, videlicet ſingulis quatuor temporibus, quolibet tempore decem et ſeptem

tem ſolidos cum ſex hallenſ. ſi vero termino terminorum predictorum negligens fuerit, dictus *H.* et duo perſone antedicte incident in ſolidum in penam ſtatuti ſecundum conſuetudinem Civitatis Spirenſis et in ſe recipient jurisdictionem eorum, quibus de hoc cognoſcere eſt conceſſum. Prefatis quoque *H.* et *Ka.* et *Mar.* ſublatis de medio, dicta domus cum ſuis pertinenciis ad prefatos viros religioſos rediet cum omni jure, contradictione cujuslibet non obſtante. Datum Anno Domini M°CCC° nono feria ſexta ante Dominicam *Invocavit.* (14. Febr.)

CLVIII.

Littere ſuper ſex libris de Curia et domo dicta zu deme Armbroſte ex parte Methildis dicte Erbenheimern.

1309.

Noverint Univerſi preſencium inſpectores, quod coram Nobis Judicibus Curie Spirenſis ſub anno Domini M°CCC°nono in die beati *Mathie* Apostoli (24. Febr.) conſtituti in figura judicii religioſi viri *Heinricus* dictus *Bote* Sacerdos Monachus Monaſterii *Ute-*

rine Vallis Ord. Cyſterc. Spir. Dyoc. et *Heinricus* Converſus ejusdem Monasterii frater quondam *Methildis* begine dicte *Erbenheimern* de *Nova Civitate* executores ſeu Manufideles teſtamenti ſeu ultime voluntatis prefate quondam *Methildis* ordinaverunt, deputaverunt et ſtatuerunt *Gotzoni* Clerico ſive Scolari filio quondam *Gotzonis* dicti *Munczemeiſter* de *Nova Civitate* nepoti prefate *Methildis* ſingulis annis ad dies vite ſue ſex libras hall. ſive habitum quemcunque introierit, ſive non ipſi *Gotzoni* terminis infraſcriptis de curia et domo dicta *zu deme Armbruſte* in civitate Spirenſi ſita, ſolvendas, ſecundum jus et conſuetudinem Civitatis Spirenſis videlicet in feſto beati *Georij* tres libras et in feſto beati *Martini* tres libras contradictione qualibet non obſtante. Poſt obitum vero prefati *Gotzonis* redditus ſex librarum hall. predictarum ſive in habitu fuerit ſive non, ad religioſos viros Abbatem et Conventum Monaſterii *Uterine Vallis* predicti in remedium anime predicte *Methildis* libere et pleno jure devolventur. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum ad peticionem predictorum *Heinrici* et *Hein-*

Heinrici executorum presentibus est appensum. Actum et Datum Anno et Die predictis.

Anno Domini M.CCC.IX. — Littere *Sybodonis* Episcopi Spirensis.. super incorporacionem Ecclesie in *Annewilre* l. c. p. 288.

Anno Domini M.CCC.IX. — Littere Domini *Heinrici* Rom. Imperatoris super confirmatione privilegiorum nostrorum super *Heingereide.* l. c. p. 286.

Anno Domini M.CCC. nono. — *Heinrici* VIII. Imp. confirmatio super Ecclesia in *Annewilre.* l. c. p. 288.

CLIX.

Littere super unam libram hall. in Emphelingen, ad vestiarium. 1309.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod coram Nobis judicibus Curie Spirensis sub anno M°CCC°IX° Sabbatho post *Barnabe* Apostoli (14. Jun.) in figura judicii constituti *Hertwicus de Emphelingen* et *Bertha* uxor ejus legittima vendiderunt et se justo vendicionis titulo vendidisse presentibus

bus recognoſcunt, religioſis viris Domino Abbati et Conventui *Uterine Vallis* Spir. Dyoc. penſionem annuam unius libre hall. boni et legalis ſingulis annis in feſto beati *Martini* ad Curiam predictorum Dominorum, quam habent in civitate *Landowen* ipſis ſeu eorum procuratoribus ſolvendam et preſentandam pro precio tredecim librarum hall. quod quidem precium predicti conjuges publice confeſſi ſunt ſe recepiſſe ac ſibi numeratum traditum et ſolutum fuiſſe, nec non in uſus ſuos integre convertiſſe. Preterea ut predicti Abbas et Conventus cerciores exiſtant de ſolucione penſionis antedicte ſeu cenſus unius libre predicte, ipſi conjuges bona infraſcripta dictis emptoribus pro ſubpignore conſtituerunt, que bona ſi ijdem conjuges aut ipſorum heredes, in ſolucione penſionis ſeu cenſus predictorum aliquo anno negligentes exiſterent, ipſi emptores ſibi attrahent ſecundum conſuetudinem terre generalem et de eisdem pro ſua voluntate disponent, contradictione qualibet non obſtante. Eſt eciam adjectum, quod bona pro ſubpignore conſtituta et infra ſpecificata apud unum heredem ſeniorem dictorum conjugum rema-

remanere debent perpetuo indivisa. Renunciaverunt quoque prefati conjuges pro se et suis heredibus excepcioni doli mali &c. (clausulæ ut 22. Jul. 1309, quoquo modo) Specificacio vero bonorum et pro subpignore constitutorum et situs eorum in terminis ville Emphelingen est hec videlicet, primo tria jugera cum dimidio vinearum que dicitur *Glefersmunt*. It. duo jugera et unum quartale agri campestris sita *in deme Dytdelere*. Item unum juger tendens super *Mornesheimer velt*. In cujus rei testimonium sigillum nostrum ad preces predictorum conjugum presentibus est appensum. Datum Anno et Die prenotatis.

CLX.

Littere super duabus libris hall. in Budenkeim et in Bullenkeim, ad pitanciam. 1309.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod coram Nobis Judicibus Curie Spirensis sub anno Domini M°CCC°nono feria quinta ante *Margarete* virginis (17. Jul.) in figura judicii constituti *Heinricus* dictus *Darstein*

 de

de *Budenkeim* et *Metza* ejus uxor legittima vendiderunt et ſe juſto vendicionis titulo vendidiſſe publice recognoſcunt religioſis viris Domino Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Cyſt. Spir. Dyoc. penſionem annuam duarum librarum hall. bonorum et legalium ſingulis annis in feſto beati *Martini* ipſis ſeu eorum procuratoribus ſolvendam et preſentandam pro precio viginti ſex librarum hall. bonorum, quod quidem precium dicti conjuges confeſſi ſunt ſe recepiſſe ac ſibi numeratum traditum et ſolutum fuiſſe, necnon in uſus ſuos integre convertiſſe. Preterea ut predicti Abbas et Conventus cerciores exiſtant de ſolucione penſionis ſeu cenſus duarum librarum antedictarum ipſi conjuges bona infraſcripta dictis emptoribus pro ſubpignore conſtituerunt, que bona ſi ijdem conjuges aut ipſorum heredes in ſolucione penſionis ſeu cenſus antedictis aliquo anno negligentes exiſterent, ipſi emptores ſibi attrahent ſecundum conſuetudinem terre generalem et de eisdem pro ſua voluntate diſponent contradictione qualibet non obſtante. Eſt eciam adjectum quod bona pro ſubpignore conſtituta

et

et infra ſpecificata apud unum heredum videlicet ſeniorem dictorum conjugum remanere debent perpetuo indiviſa. Renunciaverunt quoque prefati conjuges pro ſe et ſuis heredibus excepcioni doli mali &c. (clauſulæ ſequuntur ut 22. Jul. 1309. et alibi quoquo modo.) Specificacio verò bonorum et pro ſubpignore conſtitutorum et ſitus eorum in terminis ville *Budenkeim* eſt hec, videlicet, primo dimidium juger prati tendens *uber die zyzeln* apud duo cum dimidio jugera *Vorſtmanni*. Item quinque quartalia que nuncupantur *bruchmorgen* et duale *zu gerlaches burnen*. Item dimidium juger et tercia pars jugeris tendens *uber die Sizeln* juxta *Hugonem Darſtein*. It. in terminis ville *Bullenkeim* ſeptem jugera agri campeſtris ſita *under dem reine*, que quondam fuerunt *Heinrici militis de Otterbach* juxta *Anshelmum militem de Durenkeim*. Item duo jugera que tendunt *durch den Grunt* apud ſeptem jugera *neben der Müllenre vier morgen*. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum ad preces predictorum conjugum preſentibus eſt appenſum. Datum Anno et Die prenotatis.

CLXI.

Littere ſuper Cappones in Schiverſtat ex parte Johannis Cerdonis de Spira. 1309.

Noverint univerſi preſentes pariter et futuri, quod coram Nobis Judicibus Curie Spirenſis ſub anno Domini M°CCC°IX° feria tercia poſt feſtum beate *Margarete* (22. Julij.) in figura judicii conſtituti *Methildis* relicta quondam *Heinrici Cerdonis* Spirenſis ſuo et *Cunradi* filii ſui nomine, nec non *Heinricus* Clericus ejusdem *Methildis* filius vendiderunt et reſignarunt ac ſe juſto vendicionis titulo vendidiſſe et reſignaſſe preſentibus recognoſcunt Religioſis viris Domino Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Ciſt. Spir. Dyoc. cenſum annuum ſeptem ſive novem Capponum, quam habebant ſuper bonis quondam *Johannis Cerdonis* nepotis eorum ſitis in villa *Schiverſtat* et terminis ejusdem cum omni jure et pertinenciis quibus ipſi venditores eundem cenſum hactenus tenuerunt et poſſiderunt pro pretio trium librarum hallenſium bonorum et legalium, quod precium dicti venditores publice confeſſi ſunt ſe

ſe recepiſſe ac ſibi numeratum, traditum et ſolutum fuiſſe neç non in ſuos uſus integre convertiſſe. Renunciaverunt quoque predicti venditores pro ſe et ſuis heredibus exceptioni doli mali *) In cujus rei teſtimonium ſigillum nostrum ad preces parcium antedictarum duximus appendendum. Datum Anno et Die prenotatis.

*) Clauſulæ ſequuntur usque ad verba: *quoquo modo.* ut in charta An. Domini M°CCC°XVI° feria tercia poſt diem beati *Barnabe* Apoſtoli.

CLXII.

Littere ſuper tres ſolidos hall. preter unum denarium. ad pytanciam.

1309.

Nos Decanus *Johannes* in *Weſtheim* ad univerſorum tam preſencium quam futurorum noticiam cupimus pervenire, quod conſtituti coram Nobis *Cunradus* Domicellus dictus *de Salenbach* et *Dina* uxor ejus legittima ſubditi noſtri de dicta villa manibus coadunatis cum bona voluntate filiorum ſuorum dicti *Eckeriches* et *Jacobi* vendiderunt et tradiderunt ac ſe vendidiſſe et tradidiſſe pu-

blice ſunt confeſſi Domino Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* tres ſolidos hall. preter unum denarium perpetui cenſus pro duabus libris hall. et duodecim ſolidis cum dimidio, quem cenſum dicti viri religioſi tenebantur ſolvere ſingulis annis in feſto ſancti *Martini*, predicto *C.* Domicello de novem jugeribus ipſorum ſitos ibidem in campo verſus *Lenginvelt*, et ipſos viros religioſos eundem cenſum remiſiſſe et eliberaſſe pro predicta pecunia prefati conjuges ſunt confeſſi et ipſam pecuniam recepiſſe et in utilitatem eorum convertiiſe integre et complete quittantes et abſolventes pro ſe et ſuis heredibus dicta novem jugera de cenſu eodem et pactum facientes de ulterius non petendo. Hujus rei teſtes ſunt Fr. *Johannes* dictus *Cerdo* Monachus predicti Cenobii, *Albertus* dictus *Rotbart* et filius fratris ſui *Holmannus* dictus *Rotbart*, *Cunradus* dictus *Manſenbecher*, *Cunradus* dictus *Seloſe*. In cujus rei teſtimonium Nos *Johannes* Decanus predictus ad parcium predictarum preces ſigillum Decanie noſtre preſentibus duximus appendendum. Actum Anno Domini M°CCC° nono, feria quinta ante

te Nativitatem beate virginis gloriose. (4. Sept.)

CLXIII.

Littere super permutatione agrorum in Westheim. 1309.

Officialis Domini Prepositi Spirensis ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam cupimus pervenire, quod constituti in nostra presencia religiosus vir Fr. *H.* dictus *Rode* Sacerdos et Monachus Monasterii *Uterine Vallis* Ord. Cyst. Spir. Dyoc. procurator seu Syndicus Generalis honorabilium virorum Domini Abbatis et Conventus Monasterii predicti ex una nec non *Ditherus* et *Riprehtus* fratres *armigeri de Lustat* ex parte altera publice profitentes permutationem subscriptam ipsis utrobique fore acceptabilem ac existere multipliciter fructuosam, idcirco Fr. *H.* Procurator nomine procuratorio et pro ipso Monasterio nec non ipsis Dominis Abbati et Conventui mutuavit seu permutavit octo jugera cum dimidio frugifera sita in terminis ville *Westheim*, videlicet tria jugera cum dimidio juxta Decanum Sancti *Widonis*. Item unum

unum ibidem, quod fuit *Johannis armigeri* dicti *Glefferſmunt*. It. I. juxta prefatos *armigeros*. It. II. juxta *H. militem de Luſtat*. It. I. juxta Dominam dictam *Gyren* de *Spira*, cum prenotatis fratribus *Dithero* et *Riprehto armigeris* pro octo jugeribus ipſorum frugiferis ſitis in Marchia dicte ville *Weſtheim* videlicet tribus jugeribus juxta Canonicos Majoris Eccleſie Spirenſis. Item uno cum dimidio inter viam qua itur in *Swebechenheim*. It. duobus juxta Domicellum *de Salenbach*, ad habendum, tenendum, poſſidendum et quidquid predictis fratribus *armigeris* placuerit, faciendum, predicti vero fratres *Ditherus* et *Riprehtus* e converſo permutaverunt et permutacionis titulo transtulerunt jugera ipſorum predicta in ipſos et ad ipſos Dominos Abbatem et Conventum pro jugeribus eorum memoratis ad habendum, tenendum, poſſidendum et quidquid ipſis placuerit, de eisdem jugeribus deinceps faciendum, profitebanturque prefati fratres *armigeri*, quod preſcripta octo jugera, que in Abbatem ſeu Conventum prenotatos transtulerunt, quod omnino non ſint feodalia, nec cenſualia, ſed illam

Sum-

Summam censualem quam usque huc solvebant de omnibus jugeribus ipsorum sitis in *Lustat* et in *Westheim*, eandem summam et in posterum solvent, conjungentes predicta octo jugera cum dimidio jugeribus ipsorum loco prescriptorum octo jugerum tanquam veri possessores ac cultores. Renunciantes ad invicem excepcioni doli mali &c. (sequuntur plures clausulæ sæpius citatæ.) In cujus rei testimonium presentem cedulam dicto monasterio *Uterine Vallis* tradidimus sigilli nostri munimine communitam. Datum Anno Domini M°CCC°IX°. Sabbato ante festum *Galli* Confessoris. (11. Oct.)

CXLIV.

Littere super IV. uncias ad pytanciam. 1309.

Ego *Gotfridus* plebanus in *Albrechtswilre* ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam cupio pervenire, quod Constituti coram *Diderico* Sculteto ac *Heimone* Sculteto seu aliorum juratis ville in figura judicii *Petrus* filiaster *H.* Sculteti et *Margareta* uxor ejus legittima vendiderunt

et

et tradiderunt ac ſe vendidiſſe et tradidiſſe recognoverunt Domino Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* cenſum quatuor unciarum hall. ſingulis annis ſolvendarum in feſto S. *Martini* ſecundum jus et conſuetudinem terre de bonis eorum infraſcriptis videlicet de dimidio jugere vinee ſito *amme Roſenloche* attingente viam dictam *herwec*, de quo dabit poſſeſſor ipſius unam lagenam vini pro cenſu tempore vindemie ad cuſtodiam Monaſterii prenotati. Item de duali vinee *amme Hunzelloche* quod vulgariter dicitur *ame Schanke*. It. de dimidio jugere vinee ibidem ſito juxta *Dyzonem*, de quo dabit poſſeſſor ipſius ſex hallenſes cenſuales ad Eccleſiam et ad judicium dicte ville pro precio q̃uatuor librarum hall. cum dimidia, quam pecuniam confeſſi ſunt ſe recepiſſe et in utilitatem ipſorum convertiſſe integre et complete Conſtituentes quoque prefati conjuges warandos ſeu fidejuſſores prelibatis viris religioſis per annum et diem, ſecundum quod eſt juris videlicet *Didericum* Sculletum et *Hermannum* fratrem *Friderici*, ſuper quibus omnibus predicti Sculteti hos hubarios ſeu juratos ville dederunt

runt in teſtes *Cunradum* hoſpitem, *Sifridum* dictum *Flane*, *Fridericum of dem Beine*, *H.* dictum *Spitelre*. *Bertoldum de Hauwenſtein* dictum *Neldener*, *Fridericum* dictum *Keſseler* et plures alios fide dignos. Nomine autem clauſtri aderant Fr. *Johannes* Supprior de *Spira* et Fr. *Wernherus* et *Falko* converſi ibidem, ne autem in predictum *Uterine Vallis* cenobium à quocunque hominum poſſit aut debeat in poſterum aliqua calumpnia ſuboriri, preſentem cedulam Ego *Gotfridus* plebanus predictus ſigilli mei munimine roboratam. Actum Anno Domini M°CCC°IX°. Dominica proxima ante feſtum Apoſtolorum *Symonis* et *Jude*. (26. Oct.)

Anno Domini M.CCC.X. — Littere ſuper una urna olei ad infirmariam monachorum. l. c. p. 290.

CLXV.

Littere ſuper XVI. uncias hall. de domo in Landowe ad pytanciam. 1310.

Officialis Domini Prepoſiti Spirenſis Univerſis, quibus preſentes exhibite fuerint

rint, cupimus esse notum, quod constituta in nostra presencia *Katherina* begina filia quondam *Bertradis* dicte *Kenthemern* de *Landowe* vendidit et tradidit ac se vendidisse et tradidisse publice est confessa Domino Abbati et Conventui Monasterii *Uterine Vallis* Ord. Cyst. Spir. Dyoc. censum sedecim unciarum hall. solvendarum singulis annis in festo sancti *Martini* de domo sita in *Landowe* juxta Curiam *Hunfridi* advocati tendente ex una parte ripam dictam *Queichen* pro precio decem et octo librarum hall. quam pecuniam professa est se recepisse et ei numeratam esse atque in utilitatem suam integraliter convertisse, et notandum, quod nullus alius census datur de dicta domo, nisi unus solidus hall. ad censum Regis secundum consuetudinem Civitatis predicte, qui census de predictis XVI. unciis in festo sancti *Martini* singulis annis detur. Renuncians quoque prefata *Katharina* omni exceptioni doli &c. (vide alias clausulas ad an. 1307. 22. Febr. et 1309. 22. Jul.) In cujus rei testimonium presentes litteras dicto Monasterio *Uterine Vallis* tradidimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Anno Domi-

Domini M°CCC°X°. feria quinta post *Invocavit.* (12. Martii.)

CLXVI.

Littere super partem Monachorum de Hemmenrode in Estuario ante portam veterem Spirensem, quam pro ipsis compararunt monachi Uterine Vallis. an. 1310.

Quoniam secundum Apostolum incomprehensibilia sunt judicia Dei & investigabiles vie ejus, nihilque incercius vita & hora mortis, que nulli parcitetati. Quare ego *Guta* dicta *Meisin* tenore presencium recognosco & profiteor aperte, quod cum Ego & *Elwinus* dictus *Berman* conjuges spirenses nostra quoque libera & matura deliberacione prehabita, dum vixit, communicata manu & pari voto ordinassemus, tradidissemus & deputassemus religiosis viris Abbati & Conventui Monasterii in *Hemmenrode* Ord. Cyst. Trev. Dyoc. septimanatim super estuario nostro sito ante veterem portam spirensem redditus, census & pensionem unius solidi hall. perpetuos nomine testamenti, usu fructu tamen ad dies vite nostre in hujusmodi

censu a nobis seu altero nostrum percipiendo reservato & quod post mortem nostram amborum eosdem census libere percipere possent, ipsis Abbati & Conventui dedimus & concessimus liberam facultatem. Ego quoque *Guta* superstes volens & intendens premissam nostram ordinacionem testamentariam ratam & firmam ob remedium animarum nostrarum nostrorumque parentum irrevocabiliter & inviolabiliter observare, ita tamen, quod predicti Abbas & Conventus Anniversaria quolibet annorum videlicet quondam *Conradi* dicti *Meise* primi mariti mei feria secunda ante festum Pentecostes. Item *Heinrici* dicti *Voget*. Item *Curdele* matris mee feria secunda ante vigiliam beati *Andree* Apostoli, & *Elwini* dicti *Berman* secundi mariti mei feria secunda ante Omnium Sanctorum, nec non mee *Gute* in die, qua viam universe carnis ingrediar, nec non animarum omnium illorum, quorum bona ego vel *Elwinus* quondam Maritus meus predictus contra justiciam percepimus, cum vigiliis & missis in eorum Monasterio sollempniter peragant & devotè, nisi per aliquod festum speciale impediatur, quod eve-

evenire possèt in aliquam feriarum supradictarum & tunc die proximo sequenti, quo fieri poterit, illa peragentur. Est eciam condictum & appositum ac specialiter per nos institutum & ordinatum, quod si aliquis vel aliqui de nostra linea & parentela procreatos & genitos desiderarent & intenderent, prefatos Dominos Abbatem & Conventum in hujus modi impedire vel ipsos census & legatum emere & comparare ille vel illi ipsis Abbati & Conventui dabunt sexaginta libras hall. in pecunia numerata & eadem in certos redditus, census & pensiones convertetur per eosdem Abbatem & Conventum in restauracionem, recompensam censuum venditorum ac nostri testamenti supradicti. In quorum omnium testimonium & probacionem ego *Guta* predicta tradidi presentes litteras prefatis Dominis Abbati & Conventui sigillo Curie Spirensis sigillatas, & Nos Judices Spirenses ad preces & rogatum *Gute* predicte sigillum nostrum duximus presentibus appendendum in testimonium premissorum. Acta sunt hec Anno Domini M°CCC°decimo, Sabbato ante Dominicam *Judica* proximo. (4. Apr.)

Acta sunt hec in presencia discretorum virorum Fratris *Theodorici* Magistri *Nove Curie*, Fratris *Theoderici* sub Magistri ibidem, Fr. *Hermanni* quondam Magistri ibidem. *Conradi* Archi-Presbyteri Spirensis*, Magistri *Cunradi* Notarii Civitatis Spirensis, *Heinrici in vico salis*, *Sydelmanni* Consulum spirensium, *Johannis* dicti *Syde*, *Cunradi Knobelauch*, *Thyrolsi an der Münczen*, *Wilhelmi* sororii ejus, *Volczonis* dicti *zu deme Rysen*, *Cunradi* dicti *Geizhorn*, *Johannis privinger*, *Brunonis* pistoris, *Heinrici* dicti *Kysekorn*, *Johannis* dicti *Koppelin* & aliorum plurimorum fide dignorum testium ad hoc vocatorum & rogatorum.

CLXVII.

Littere super duo maldra Spelte in Bellenheim. 1310.

Nos Judices Curie Spirensis tenore presencium recognoscimus et in publicam deducimus noticiam, quod sub anno Domini M°CCC°X°. feria tercia proxima ante festum beatorum *Philippi* & *Jacobi*(28.Apr.) Apostolorum constitutus coram Nobis in figura judicij *Henricus* di-

dictus *de Leimersheim miles* recognovit et publice confessus se et suos heredes perpetuo teneri & obligatos pensionem duorum maldrorum spelte bone & legalis singulis annis in festo Assumpcionis beate *Marie* virginis religiosis viris Abbati & Conventui Monasterij *Uterine Vallis* pro hostijs conficiendis, dandam & assignandam de quinque jugeribus agri campestris sitis in terminis ville *Bellenheim* in loco dicto *super Slictewec* ipsis Abbati & Conventui per quondam dictum *Hewener militem* & *Petrissam* ejus conjugem legatam & deputatam super bonis prenotatis. Item prefatus *Heinricus miles* confessus est se teneri et obligatum esse predictis Abbati et Conventui in quatuor maltris spelte de predictis bonis racione pensionis predicte per duos annos neglecte, que ipsis usque ad festum Assumpcionis cum predictis duobus maltris solvere promisit, sub pena excommunicacionis in ipsum ferende, ad que omnia & singula facienda & expedienda predictum *militem* et suos heredes ex confessione ipsius *militis* coram Nobis in jure facta sententialiter in hys scriptis condempnamus. Actum et Datum anno et die

prenotatis et in eorum teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum.

CLXVIII.

Littere ſuper duo jugera vinearum pro Uterina Valle. 1310.

Nos Judices Curie Spirenſis tenore preſencium recognoſcimus & in publicam deducimus noticiam, quod ſub anno Domini M°CCC° decimo feria quarta proxima poſt Dominicam qua cantatur: *Miſericordia Domini* (6. Maji) conſtitutus coram Nobis in figura judicii diſcretus vir *Heinricus* dictus *Hezebolch* plebanus in *Mutterſtat* celebrans vendidit & tradidit nec non vendidiſſe & tradidiſſe juſto venditionis titulo preſentibus recognoſcit, religioſis viris Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Cyſterc. Ord. duo jugera vinearum ſita in terminis ville *Didensheim* in loco dicto *Linen heilde* juxta tria jugera vinearum dictorum Abbatis & Conventus pro pretio triginta librarum hallenſium minus quinque ſolidis hallenſ. legalium & bonorum, quod quidem precium prefatus *Heinricus* confeſſus eſt publi-

publice ſe recepiſſe, ac ſibi numeratum traditum & ſolutum fuiſſe nec non in uſus ſuos integre convertiſſe, renuncians publice & expreſſe pro ſe ſuiſque heredibus juri, ſi quod ſibi aut ſuis heredibus in predictis vineis & nunc vel in futurum competere poſſet, ac etiam excepcioni doli mali, in factum actioni, beneficio reſtitucionis in integrum & quo deceptis ultra dimidium juſti precii aut alias aliqualiter ſolet ſubveniri, litteris & privilegiis impetratis vel impetrandis à quibuscunque nec non omnibus aliis defenſionibus et excepcionibus juris canonici et civilis, conſuetudinis et ſtatuti, publici et privati, quibus contra premiſſum contractum ſeu formam ipſius venire poſſet ad preſens vel in futurum per ſe vel per alium aut alios in judicio vel extra publicè vel occulte, directe vel indirecte quoquo modo fraude et dolo in hiis omnibus penitus circumſcriptis.

Preterea prefatus *Heinricus* promiſit facere dictis Abbati et Conventui warandiam per annum et diem de vineis predictis, de quibus nomine cenſus Decano et Capitulo Eccleſie ſancti *Widonis* Spirenſis in feſto beati *Marti-*

 ni

ni singulis annis quinque hallenses solvuntur secundùm consuetudinem terre generalem. In cujus rei testimonium sigillum nostrum ad peticionem parcium predictarum presentibus duximus appendendum. Actum et Datum anno Domini et die prenotatis.

CLXIX.

Littere super XXX solidos, qui recepti sunt de curia zume Boten Lauwen. 1310.

Nos judices curie Spirensis tenore presencium recognoscimus et in publicam deducimus noticiam, quod sub anno Domini M°CCC° decimo Sabbato proximo ante Dominicam qua cantatur: *Cantate* (16. Maji.) constituta coram Nobis in figura judicii *Guta* relicta quondam *Heinrici de Geishorn* civis Spirensis vendidit et tradidit ac se justo vendicionis titulo vendidisse et tradidisse presentibus recognoscit viris religiosis Abbati et Conventui Monasterii *Uterine Vallis* Cyst. Ord. Spir. Dyoc. censum annuum & perpetuum triginta solidorum hall., quem ipsi Abbas et Conventus prefate *Gute* hactenus in festo

fto beati *Johannis Baptiſte* ſingulis annis de domo dicta *zu deme Boten Lauwen* ſita apud Predicatores Spirenſes ſolvere & aſſignare conſueverunt pro precio triginta librarum minus triginta ſolidorum hall. legalium & bonorum, quod quidem precium predicta *Guta* publice eſt confeſſa ſe à predictis Abbate & Conventu recepiſſe, ac ſibi numeratum, traditum & ſolutum fuiſſe atque in uſus ſuos integre convertiſſe. Renuncians pro ſe & ſuis heredibus publice & expreſſe excepcioni doli mali *) In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad peticionem prefate Gute preſentibus eſt appenſum. Actum & Datum anno & die prenotatis.

*) Clauſulæ ut in charta de an. 1310. feria quarta proxima poſt Dominicam, qua cantatur: *Miſericordia Domini*, uſque ad verbum: *circumſcriptis*.

CLXX.

Littere ſuper XI libras hall. ad pytanciam. 1310.

Nos Judices, Conſules & Univerſi cives ſpirenſes ſcire volumus Univerſos preſencium inſpectores, quod coram

Nobis & *Luca* dicto *Fuhs* Sculteto nostre Civitatis in publico constitutus *C.* dictus *Veissere* carpentarius noster concivis confessus est & presentibus publicè recognoscit se & suos heredes teneri & obligatos esse in annuis reditibus sive censibus perpetuis quatuor librarum & decem solidorum hall. legalium de domibus, quas nunc inhabitant dictus *Herngeste* pistor, dictus *Ryese* caupo & dictus *Flache* caupo, nec non orreo lapideo contiguis sitis superius Curiam dictam *zur Sun*, retro et opposito Curie Monachorum de *Uzerstal*, *Rezelino* filio *Ratzman* eidem *Retz* et suis heredibus dandis et solvendis per ipsum *C.* et suos heredes sive successores de dictis domibus et orreo hiis terminis annuatim scilicet in quolibet festo quatuor temporum unam libram et XXX. hall. juxta jus et consuetudinem civitatis Spirensis obligans dictos domos et orreum ac omne jus quod habet in eisdem pro dictis censibus, in subpignus etiam juxta jus & consuetudinem Civitatis spirensis. Recognoscens etiam ipse *C.* dictos redditus sive census quatuor librarum & decem solidorum super dictis domibus & orreo primum debere

fore

fore cenſum, ſuper quibus dictus ſcultetus hos dedit in teſtes, videlicet *Fritzonem* dictum *Eppe* et *Bert.* dictum *Schulle* civium Magiſtros, *C. ad Columbam C. Retſcheln*, *Gotzonem Lamesbuch*, *Eigelm.*, *Guntram Schaf de ſine*, *Engeln de Gumersheim*, *H. de Colonia*, *Joh. Fuhs*, *Bert. Fuhs*, *H. de vico ſalis*, *Joh. Syden Fritzonem* pellificem, *Hugonem de Swebichenheim*, *Fritzonem Becker C. Gybeling*, *C. Roſeler*, *Johannem Fabrum*, *Wern. zum Gilde*. *Wern.* textorem & *Heilm. Guntekin* conſules ſpirenſes & quam plures alios fide dignos. Et nos in teſtimonium eorundem ſigillum noſtre civitatis ad preces *C. Veiſzere* predicti appendimus huic ſcripto. Datum anno Domini M°CCC°X°. feria IIII. poſt Dominicam *Cantate*. (20. Maji.)

CLXXI.

Johannes de Franckenſtein approbat donationem à Friderico & Agnete factam. 1310.

Nos Judices Curie Spirenſis ad perpetuam rei memoriam. Tenore preſencium in publicam deducimus noticiam, quod

quod conſtitutus coram Nobis in figura judicii *Johannes* Clericus filius Domini *Johannis* junioris *nobilis de Francken-ſtein* & *Adelheidis de Lindenberg* conjugum publice recognovit, predictos ſuos parentes unanimiter conſenſum ſuum adhibuiſſe donacioni, tradicioni & reſignacioni facte inter vivos Religioſis viris Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ciſt. Ordinis Spirenſis Dyoc. per *Fridericum de Kungesbach* procuratorem rerum eorundem nobilium & *Agnetem* uxorem ejus communicata manu pro ſalute animarum ſuarum de bonis infra ſcriptis videlicet curia cum domibus curie quam vel quas habebant in *Kungesbach* cum attinentiis omnibus predicte curie & duodecim jugeribus vinearum & uno cum dimidio pratorum, quas & que habebant ſimiliter in terminis vel in marchia aut in confinio ville prenotate juſtoque proprietatis titulo poſſidebant & ſimiliter in terminis ville *Ruprethsburg* ſeptem jugera vinearum cum dimidio. Porro cum prefatus *Johannes* non ſolum bonorum parentum ſuorum predictorum, ſucceſſorem ſed eciam morum ac liberalitatis imitatorem ſe eſſe deſideret, ipſo-

ſorum veſtigiis inherendo ſuo conſenſu expreſſo coram nobis eandem donacionem, tradicionem & reſignationem approbavit, firmavit & roboravit pro ſe & ſuis heredibus univerſis in futurum, cavens & promittens coram nobis bona fide, quod directe vel indirecte in predictis bonis Abbati & Conventui ſupradictis nunquam aliquod ingeret impedimentum, & quod ipſe rata habebit & firma ſervabit omnia & ſingula ſupradicta. In quorum teſtimonium ſigillum noſtrum ad peticionem predicti *Johannis* preſentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini M°CCC°X° craſtino Aſſumptionis beate virginis *Marie.* (16. Aug.)

CLXXII.

Conſenſus Johannis & Adelheidis de Franckenſtein ſuper donacione bonorum in Kungesbach & Rupertsburg Mon. Uterine Vallis facta à Friderico & Agnete. 1310.

Johannes junior *nobilis* de *Franckenſtein* & *Adelheidis de Lihtenberc* conjuges preſencium inſpectoribus univerſis ſalutem & indubitatam noticiam

ſub-

ſubſcriptorum. Cum *Fridericus de Kungesbach* fidelis Officialis noſter & procurator rerum noſtrarum & *Agnes* uxor ejus communicata manu pro ſalute animarum ſuarum curiam cum domibus curie, quam & quas habebant in *Kungesbach* cum attinentiis omnibus predicte curie & duodecim jugera vinearum & unum cum dimidio pratorum quas & que habebant ſimiliter in terminis vel in marchia aut in confinio ville prenotate, juſtoque proprietatis titulo poſſidebant & ſimiliter in terminis ville *Rupretsburg* ſeptem jugera vinearum cum dimidio donacione inter vivos donaverunt, tradiderunt atque reſignaverunt religioſis viris Domino *Heinrico* Abbati & Conventui in *Uzerſtal* Cyſt. Ord. Spir. Dyoc. & reſignaverint legitime in villis prelibatis utrobique in figura judicii ſecularis, Nos ob devocionem & gratiam ſpecialem, quam habemus ad monaſterium memoratum donacionem preſcriptam pro nobis & pro univerſis heredibus noſtris ſeu coheredibus approbamus, noſtrum conſenſum voluntarium & liberum adhibentes ipſum quoque preſentibus, in quantum poſſumus roborantes & fideliter

ter pro nobis & pro omnibus heredibus ſeu coheredibus promittentes quod nunquam impediemus aut inquietabimus quoquo modo in poſſeſſione curie prenotate domorum & vinearum preſcriptarum per nos vel per alios directè vel indirecte Monaſterium in *Uzerstal* prenotatum in vita vel poſt mortem *Friderici* & *Agnetis* conjugum preſcriptorum. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras dedimus Monaſterio ſepedicto noſtrorum ſigillorum robore communitas.

Super eadem Donacione.

Univerſis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, *Johannes* junior *nobilis de Franckenstein* & *Adelheidis de Lihtenberc* conjuges noticiam ſubſcriptorum. Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod unanimiter & bona deliberacione prehabita pro Nobis & pro omnibus noſtris heredibus ſeu coheredibus preſentibus & futuris *Fridericum de Kungesbach* noſtrum fidelem procuratorem & *Agnetem* ipſius conjugem ab omnibus impedimentis, moleſtiis & vexacionibus corporum & rerum, que ipſis à nobis vel à noſtris heredibus

bus seu coheredibus quocunque modo insurgere possent vel infligi ab eisdem, in omni loco, in quo residenciam habuerint dolo & fraude penitus remotis nunc & in futuro liberos facimus & liberos esse dicimus & securos. Ut ergo ista libertas predictis conjugibus *Friderico* & *Agneti* a nobis & a posteris nostris heredibus concessa nunc & in perpetuum firma & inviolabilis observetur presentes litteras sepedictis dedimus nostris sigillis fideliter roboratas.

CLXXIII.

Littere donacionis duarum librarum ex parte Domine Herlindis. 1310.

Nos Judices Curie Spirensis tenore presencium recognoscimus & in publicam deducimus noticiam, quod constituta coram nobis in figura judicii *Herlindis* Begina spirensis soror quondam *Alhelini* clerici mota pro affectu purè & simpliciter propter Deum & pro remedio sue ac patris & matris ipsius nec non filiorum eorundem animarum dedit & tradidit donacione inter vivos & irrevocabiliter religiosis viris Abbati & Conventui Monasterii *Uterine Vallis* red-

redditus annuos & perpetuos duarum librarum hall. ipſis religioſis ſingulis annis terminis infraſcriptis de domibus inferius notatis ſecundum jus & conſuetudinem Civitatis ſpirenſis dandos & perſolvendos videlicet *Theodericus de Walisheim* & ejus legittima ac ipſorum heredes perſolvent ſingulis annis unam libram hall. in quolibet feſto quatuor temporum quinque ſolidos de domo ipſorum ſita in vico dicto *Ernestes Gazze.* Item *Nycolaus de Clingenauwe* & ſui heredes ſimiliter ſingulis annis perſolvent unam libram hall. videlicet in quolibet feſto quatuor temporum quinque ſolidos de domo dicta *zu deme ſpargol* ſita juxta domum *Burkardi* ſartoris apud *pontem vini*, Renunciavit quoque prefata *Herlindis* beneficio reſtitucionis *) In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad peticionem prefate *Herlindis* preſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini M°CCC°X° Craſtino *Michàélis* Archangeli. (30. Sept.)

*) Sequuntur clauſulæ ſalvatoriæ uſque ad verba: *quoquo modo.* ut in charta An. Domini M°CCC°XVI° feria tercia poſt diem beati *Barnabe* Apoſtoli.

Anno Domini M.CCC.XI. — Littere Domini *Heinrici pij* Imperatoris ſuper Eccleſiam in *Ottersheim*. loc. cit. p. 291.

CLXXIV.

Littere ſuper ſeptem uncias, que dabantur annuatim de Curia Johannis Cerdonis. 1311.

Noverint univerſi preſentes pariter & futuri, quod coram Nobis judicibus Curie Spirenſis conſtitutus *Merckelinus* filius *Gotzonis* dicti *Lamesbuch* civis ſpirenſis vendidit & tradidit ac ſe juſto vendicionis titulo vendidiſſe & tradidiſſe preſentibus publicè recognoſcit viris honeſtis & religioſis Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ordinis Cyſterc. cenſum annuum & perpetuum ſeptem unciarum hall. bonorum & legalium, quas dicti Abbas & Conventus ipſi *Merckelino* actenus annis ſingulis in Nativitate beate *Marie* Virginis de curia & domo quondam *Johannis Cerdonis* ſitis juxta domum Predicatorum Spirenſium ſolvere conſueverunt pro precio undecim cum dimidio librarum hallenſium bonorum & legalium, quod quidem precium antedictus *Merckelinus*

nus recognovit ſe à procuratore dictorum Abbatis & Conventus accepiſſe ac ſibi numeratum, traditum & ſolutum fuiſſe, nec non in uſus ſuos evidentes integrè convertiſſe; renuncians quoque publicè et expreſſe pro ſe ſuisque ſucceſſoribus omni juri, ſi quod ſibi competit ad preſens vel in futurum competere poſſet ſuper cenſu memorato, ac omni alio auxilio juris canonici et civilis, conſuetudinis et Statuti, publici et privati, litteris et privilegiis impetratis vel impetrandis a Sede Apoſtolica vel aliunde nec non omnibus excepcionibus et defenſionibus, quibus contra premiſſam vendicionem et tradicionem ad preſens vel in poſterum per ſe vel alium aut alios in judicio vel extra, publice vel occulte, directe vel indirecte quoquo modo. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad preces ſepedicti *Merckelini* duximus preſentibus appendendum. Datum anno Domini M°CCC°undecimo, feria ſecunda poſt Dominicam *Letare* proximam. (22. Mart.)

CLXXV.

Littere ſuper V. ſolidis ad laxivam, de duabus domibus in vico piſcatorum, & ortulo. 1311.

Noverint Univerſi preſencium Inſpectores, quod coram nobis judicibus Curie Spirenſis conſtituta Domina *Methildis* relicta quondam *Heinrici Cerdonis* ac filii ejus, *Heinricus* et *Cunradus* Clerici vendiderunt et tradiderunt et ſe vendidiſſe et tradidiſſe recognoverunt Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Cyſt. Spir. Dyoc. cenſum quinque ſolidorum hall. ſingulis annis ſolvendorum in Nativitate beate Virginis ſecundum jus et conſuetudinem civitatis ſpirenſis de duabus domibus et ortulo *Philippi* ſartoris ſitis in vico piſcatorum juxta fontem pro precio trium librarum hall. quam pecuniam confeſſi ſunt ſe recepiſſe et habuiſſe et eis numeratam eſſe. Qui inquam cenſus convertendus eſt in uſus fratrum de Conventu videlicet famulo, qui ſingulis ſeptimanis ipſis fratribus faciet laxivam pro neceſſitatibus eorum diebus, quibus ipſis videbitur expedire, renunciaverunt etiam predicta Domina *Methil-*

thildis cum filiis ſuis *H.* et *C.* preſcriptis omni exceptioni doli mali et actioni in factum, beneficio reſtitucionis in integrum, & quo deceptis ultra dimidium juſti precii aut alias aliqualiter ſubvenitur, nec non omnibus aliis defenſionibus & exceptionibus juris canonici & civilis, conſuetudinis & ſtatuti, publici & privati, quibus contra premiſſam vendicionem ſeu aliquod premiſſorum ex nunc vel in futurum venire poſſent arte vel ingenio, per ſe vel alium aut alios in judicio vel extra, publice vel occulte, directe vel indirecte quoquo modo. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad peticionem predictorum conjugum preſentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini M°CCC°XI. in vigilia beati *Jacobi* Apoſtoli. (24. Jul.)

CLXXVI.

Littere ſuper XIIII uncias de domo in vico piſcatorum juxta fontem. Ad pytanciam. 1311.

Nos Judices Curie Spirenſis tenore preſencium recognoſcimus & in publicam deducimus noticiam, quod in noſtra

ſtra preſencia conſtituti *Bachelmus* ſenior piſcator civis ſpirenſis & *Elizabeth* ejus uxor legitima pari voto manu communicata & conſenſu unanimi vendiderunt & tradiderunt ac ſe vendidiſſe juſto vendicionis titulo & tradidiſſe preſentibus recognoſcunt viris religioſis Dominis Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ordinis Cyſt. Spir. Dyoc. cenſum annuum et perpetuum quatuordecim unciarum hall. legalium et bonorum ipſis Dominis Abbati & Conventui ac eorum ſucceſſoribus ſingulis annis et ſingulis feſtis quatuor temporum per predictos conjuges et eorum heredes videlicet tres uncias cum dimidia hall. ſecundum jus et conſuetudinem Civitatis Spirenſis de domo ipſarum, quam habent in vico piſcatorum ſpirenſi ſita juxta fontem dandum et perſolvendum pro precio ſedecim librarum hall. legalium et bonorum, quod quidem precium predicti conjuges publice confeſſi ſunt ſe recepiſſe ac ſibi numeratum, traditum et ſolutum fuiſſe ex parte Dominorum Abbatis et Conventus predictorum, nec non in uſus ſuos integre convertiſſe. Et ut predicti Domini Abbas et Conventus de ſolucione

cen-

cenſus predicti cerciores et ſecuriores exiſtant, terminis ſupradictis, ijdem conjuges ipſis domum ſuam ſitam in predicto vico piſcatorum, quam inhabitant pro ſubpignore, quod vulgariter dicitur ein Underphant cum domo prenotata conſtituerunt et obligaverunt, ita videlicet, quod ſi domus predicta de qua cenſus antedictus ſolvitur, aliquo caſu infortuitu per incendium vel alio modo quocunque devaſtaretur, quod ipſi Domini ad domum, quam ipſi conjuges inhabitant, de ſolucione ipſius cenſus reſpectum habebunt. Renunciaverunt quoque predicti conjuges publicè et expreſſe pro ſe et ſuis heredibus excepcioni doli mali *) In cujus rei teſtimonum ſigillum noſtrum ad peticionem predictorum conjugum preſentibus duximus appendendum. Datum anno Domini M°CCC°XI°. In vigilia beati *Jacobi* Apoſtoli. (24. Jul.)

*) Clauſulæ ſequuntur usque ad verba: *quoquo modo.* ut in charta An. Domini M°CCC°XVI° feria tercia poſt diem beati *Barnabæ* Apoſtoli.

CLXXVII.

Littere super mutacione pratorum in Clein Vischlingen. 1311.

Nos *Egydius* Abbas Monasterii in *Wizenburg* Ord. Sancti *Benedicti* tenore presencium in publicam deducimus noticiam et memoriam. quod Nos cum religiosis viris Domino Abbate et Conventu Monasterii in *Uzerstal* Cist. Ord. permutacionem fecimus infra scriptam videlicet, quod pro sex jugeribus pratorum sitis in terminis *Odensheim* aliquando spectantibus ad *Erphonem militem de Wingarten* et suos predecessores, nunc autem ab eisdem Abbate et Conventu in *Uzerstal* possessis nobis traditis retradidimus eisdem quatuor jugera pratorum nostrorum sita in *Vischelingen* juxta Molendinum obnoxia sculteto nostro in Curiam nostram *Odinsheim* annuatim in festo *Martini* in censu sex denariorum, cui permutacioni mutue hoc pactum est adjectum, quod si alicui Abbatum successorum nostrorum in *Wizenburg* hujusmodi permutacionem ratam habere noluerit, ex tunc ipso facto predicta sex jugera ad Abbatem et Conventum in *Uzerstal* redient et libere devol-

volventur, ac si predicta permutacio facta non fuisset. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Anno Domini M°CCC°XI°. In die *Bartholomei* Apostoli. (24. Aug.)

CLXXVIII.

Littere super XXI. uncias & XIIII. hallenses in Frekenvelt & in Scheiden ad pytanciam. 1312.

Nos Judices Curie Spirensis ad Universorum tam presencium quam futurorum noticiam deducimus per presentes, quod sub anno Domini M°CCC°XII°. feria tercia ante Dominicam qua cantatur: *Judica* (7. Mart.) constituti in nostra presencia et judicii figura *Tringus* et *Fridericus* sororius suus de *Haunbuch* vendiderunt et tradiderunt et se vendidisse et tradidisse recognoverunt Abbati et Conventui Monasterii *Uterine Vallis* Cyst. Ord. Spir. Dyoc. unam libram denariorum Wizenburgensium preter duos denarios in villa *Frekenvelt* de bonis quondam *Wernheri*, que volgariter dicuntur *Abbotesvelt*, et decem uncias hall. preter IIII hallen-

 ses

ſes in villa *Schiden* de ſex jugeribus pratorum que dicuntur volgariter *Abbotesrot*, ſita juxta prata Domine dicte *Scharphenbergern* perpetuorum reddituum ſingulis annis ſolvendorum in feſto Sancti *Martini* a poſſeſſoribus bonorum predictorum pro precio viginti una librarum hall. quam pecuniam confeſſi ſunt ſe recepiſſe et habuiſſe et eis numeratam eſſe. Renunciaverunt eciam *Tringus* et *Fridericus* predicti omni excepcioni doli mali, actioni in factum, beneficio reſtitucionis in integrum ac omni alii auxilio et beneficio juris Canonici vel Civilis, Conſuetudinarii vel Statuti, conſtitucioni ſeu litteris in forma, ea que de bonis, quibuscunque aliis litteris, privilegiis et indulgenciis a Sede Apoſtolica vel aliunde impetratis vel impetrandis et generaliter univerſis et ſingulis excepcionibus, defenſionibus et auxilio, de quo vel quibus eciam mencio deberet fieri ſpecialis, quo vel quibus contra premiſſa venire poſſent quomodolibet in judicio vel extra, publice vel occulte. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno et die prenotatis.

CLXXIX.

CLXXIX.

Littere ſuper eliberacione V. unciarum de domo dicta zume Engehuſen in Cimiterio Auguſtinenſium. 1312.

Noverint Univerſi preſentes et futuri, quod coram nobis judicibus Curie ſpirenſis conſtituti *Heinricus* dictus *Nidecke* civis ſpirenſis et *Heinricus* filius ſuus vendiderunt et tradiderunt ac ſe juſto vendicionis titulo vendidiſſe et tradidiſſe preſentibus publice recognoſcunt Viris honeſtis et religioſis Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Cyſt. cenſum annuum et perpetuum quinque Unciarum hallen. bonorum et legalium, quem dicti Abbas et Conventus ipſis hactenus annis ſingulis in Nativitate et in Purificacione beate *Marie* virginis de domo dicta *zu deme Engehuſe* ſita in Cimiterio Auguſtinenſium Fratrum ſolvere conſueverunt pro precio ſeptem librarum hall. cum dimidia bonorum et legalium, quod quidem precium antedicti *H.* et *H.* recognoverunt à procuratore dictorum Abbatis et Conventus ſe recepiſſe ac ipſis numeratum, traditum et ſolutum fuiſſe, nec non in uſus ſuos evidentes integre con-

ver-

vertiſſe. Renunciantes quoque publice et expreſſe pro ipſis, ipſorumque ſucceſſoribus omni juri, ſi quod ipſis competit ad preſens vel in futurum *) quoquo modo. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad preces predictorum *H.* et *H.* duximus preſentibus appendendum. Datum Anno Domni M°CCC°XII° Sabbato ante feſtum beati *Gregorii* Pape. (11. Mart.)

Clauſulæ ſunt inſertæ uſque ad verba: *quoquo modo* ut in charta anni Domini M°CCC°XVI°. feria tertia poſt diem beati *Barnabæ* Apoſtoli.

CLXXX.

Littere ſuper domum & hortos in Weſtheim, ad pytanciam. 1312.

Nos *Waltherus* Decanus Sancte *Trinitatis* in Spira ad Univerſorum tam preſencium quam futurorum noticiam, quibus preſens ſcriptum exhibitum fuerit, cupimus pervenire, quod conſtituti coram Nobis *Bertholdus* dictus *Phulſe* filius *Diederici* quondam de *Weſtheim* et *Werndrudis* uxor ſua nec non Domina *Gertrudis* ſoror predicti *Bertholdi* cum liberis ſuis ſc. *Cunrado*, *Gezela*, *Hedewige* vendiderunt et tradiderunt

ac

ac ſe vendidiſſe et tradidiſſe publice confeſſi ſunt Domino Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* ortum ipſorum ſitum in *Weſtheim* retro ortum plebani dicte ville pro duabus libris hall. legalium et bonorum. Item conſtituti coram nobis *Petrus* de *Swebichenheim* et *Gezela* ſua uxor eciam vendiderunt et tradiderunt ac ſe vendidiſſe et tradidiſſe publice profitebantur, prefatis Dominis Abbati et Conventui *Uterine Vallis* domum et ortum ſitis in dicta villa *Weſtheim* retro ortum *Diderici* tectoris pro novem libris et decem ſolidis hall., quam pecuniam confeſſi ſunt preſcripti omnes ſe recepiſſe et in utilitatem ipſorum convertiſſe integre et complete, et notandum, quod de preſcriptis bonis dantur decem denarii cum obolo et quatuor cappones cenſuales in die Sancti *Martini* ad eccleſiam Sancti *Mauricii* in *Spira*. Ne autem in predictum Monaſterium *Uterine Vallis* a quoquam hominum poſſit aut debeat inpoſterum aliqua calumpnia ſuboriri, preſens ſcriptum Nos *Waltherus* Decanus predictus contulimus ſigilli noſtri munimine roboratum. Datum anno Domini M°CCC°XII°. feria ſexta ante *Jubilate*. (2. Juny)

CLXXXI.

Littere ſuper unam libram hall. de duobus vivariis ante veterem portam, ad pitanc. 1312.

Nos Judices Curie Spirenſis ad Univerſorum tam preſencium, quam futurorum noticiam cupimus pervenire, quod ſub Anno Domini M°CCC°XII°. In Dominica qua cantatur *Jubilate* (4. Juny.) conſtitutus coram Nobis *Richelinus* ſenior piſcator Spirenſis et *Elyzabeth* ejus uxor legittima manu communicata et unanimi conſenſu vendiderunt et tradiderunt ac ſe juſto vendicionis titulo vendidiſſe et tradidiſſe preſentibus recognoſcunt, religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Cyſt. Ord. Spir. Dyoc. cenſum annuum et perpetuum unius libre hall. legalium et bonorum dictis Abbati et Conventui ſingulis annis per predictos conjuges et heredes eorum videlicet in feſto beati *Georij* decem ſolidos et in feſto beati *Martini* decem ſolidos de duobus Vivariis ſitis ante Veterem portam Spirenſem juxta vivarium Dominorum de *Herde*, quod poſſidet dictus *Schulle* piſcator Spirenſis ſecundum

dum jus et consuetudinem Civitatis spirensis perpetuo dandum et persolvendum pro precio sedecim librarum hall. bonorum et legalium, quod quidem precium dicti conjuges publicè confessi sunt, se recepisse ac sibi ex parte dictorum Abbatis et Conventus numeratum, traditum et solutum fuisse nec non in usus suos integre convertisse; Renunciantes quoque pro se suisque heredibus excepcioni doli mali &c. *) In cujus rei testimonium sigillum nostrum ad preces antedictorum conjugum duximus presentibus appendendum. Actum et Datum Anno et die prenotatis.

*) Clausulas reperies ad an. 1310. feria quarta proxima post Dominicam, qua cantatur *Misericordia Domini.* usque ad verbum: *circumscriptis.*

CLXXXII.

Littere super III. libris hall. in Utzingen. 1312.

Nos Judices Curie Spirensis ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam cupimus pervenire, quod sub Anno Domini M°CCC°XII°. feria tercia proxima post *Marcellini* et *Petri* mar-

martirum (6 Jun.) constituti in nostra presencia Domina *Susanna* relicta *Johannis* filii *Burkardi de Utzingen* et ejus liberi, quos habet de primo suo legitimo dicto *Hahs milite* scilicet *Katherina* et *Nycolaus* nec non *Hiltebrandus* dictus *Hopphe armiger* eorundem puerorum avunculus et tutor, pari voto et unanimi consensu propter urgentem necessitatem debitorum suorum et evidentem utilitatem eorum vendiderunt et tradiderunt ac justo vendicionis titulo se vendidisse et tradidisse presentibus recognoscunt religiosis viris Domino Abbati et Conventui *Uterine Vallis* Cyst. Ord. duarum librarum cum dimidia hallensium redditus perpetui census dativorum pro precio triginta quinque librarum hallensium legalium et bonorum, quod quidem precium predicti videlicet *Susanna* et sui liberi quos habet a predicto *milite* dicto *Hahs* primo suo legittimo et dictus *Hoppho* nomine eorundem puerorum confessi sunt se recepisse ac sibi à predictis Dominis numeratum, traditum et solutum fuisse nec non in usus suos integraliter convertisse, quos etiam redditus duarum librarum hallensium cum dimidia predicti

Su-

Susanna, sui liberi et eorum heredes si decesserint, dictis Dominis terminis subnotatis, videlicet, Dominica *Invocavit*, que volgariter dicitur *die Grosze Vasnach* quindecim uncias et festo beati *Georij* postea subsequenti quindecim uncias in curiam eorum in *Landowe* presentabunt annuatim et quod dicti *Susanna* et sui liberi, quos habet de dicto *milite Hash* primo suo marito et eorum heredes, si decesserint, dictis Dominis predictos redditus duarum librarum cum dimidia hallensium terminis persolvant antedictis, eisdem Dominis bona eorum subscripta in subpignus locaverunt, ita videlicet, quod si ipsi vel eorum successores sive heredes in solucione dictorum reddituum aliquo anno terminis antedictis negligentes aut desides existerent in parte vel in toto, quod predicti Domini *Uterine Vallis* videlicet Dominus Abbas et Conventus dicta subpignora secundum consuetudinem terre in manus suas sequestrabunt prout est justum. Insuper prefati *Susanna* et ejus liberi censum predictum de gracia speciali eis ex parte Abbatis et Conventus predictorum facta, quandocunque voluerint, cum predictis triginta

 quin-

quinque libris hallenſium reemendi habebunt liberam facultatem, Renunciantes publice et expreſſe pro ſe ſuisque ſucceſſoribus excepcioni doli mali &c. (cum reliquis clauſulis ut in litteris 22. Febr. 1307.) uſque *circumſcriptis*. Predictorum ſubpignorum ſitus pro illis duabus libris hallenſium reddituum predictorum. Primo in terminis ville *Utzingen* in ſuperiori campo unum juger *an der anegewanden* tendit ſuper *die herſtazſe*. Item dimidium juger *an Mulhuſer velde an der anegewande*. Item unum juger *an dem Mulewege*, quod dicitur *mantil morge*. Item in medio campo tria jugera *bi der Enphelinger holen* apud Dominam dictam *die Eberoltin*. Item in inferiori campo juger cum dimidio *uf der Eben* ex latere *Burkardi bi der anegewander*. It. unum juger quod dicitur *labin morge*. Item illorum decem ſolidorum ſubpignorum ſitus ſunt quatuor jugera ſita retro curiam dicte Domine *Suſanne*, quam inhabitat in dicta villa *Utzingen*. In cujus rei teſtimonium nos predicti judices ad predictarum parcium preces dicte Curie Spirenſis ſigillum preſentibus duximus appendendum. Datum

tum et Actum Anno et Die prenotatis.

CLXXXIII.

Littere super unam libram hall. in Altdorf. 1312.

Ego *Eberhardus miles*, dictus de *Altdorf* Universis quibus presentes littere exhibite fuerint cupio declarare, quod venerabilis Domina *Demudis* dicta *de Lihtenstein* uxor mea legittima bone memorie cum in extremis vite sue laboraret, non immemor salutis anime sue legavit atque donavit de bona voluntate mea Dominis ac viris religiosis Abbati et Conventui Monasterii *Uterine Vallis* Cist. Ord. Spir. Dyoc. unam libram hallensium perpetuorum reddituum singulis annis solvendam in festo Sancti *Martini* de bonis sitis in dicta villa *Altdorf* videlicet decem uncias de duabus domibus et duobus ortis insimul sitis juxta ortum Dominorum de *Heinbach* et duas uncias de domo et orto sitis juxta curiam *Jacobi* dicti *Kobelman* in remedium anime sue ac progenitorum seu carorum suorum omnium, ut anniversarium ipsius in dicto Conventu

annis ſingulis ſollempniter celebretur. Ne autem in predictum cenobium à quoquam hominum poſſit aut debeat aliqua calumpnia ſuboriri, preſentes litteras ipſi cenobio contuli ſigilli mei munimine roboratas. Datum Anno Domini M°CCC°duodecimo in feſto beate *Marie Magdalene.* (22. Juny.)

CLXXXIV.

Littere ſuper V. jugera vinearum ex parte Magiſtri Waltheri Phiſici de Spira. 1312.

Nos Judices curie ſpirenſis ad Univerſorum tam preſencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod ſub Anno Domini M°CCC°XII° in vigilia *Bartholomei* Apoſtoli (23. Aug.) in noſtra preſencia conſtituti diſcreti viri *Albertus* dictus de *Oeſteringen*, *Hugo* dictus *Craft* et *C.* dictus de *Gyllenheim* prebendatus Eccleſie Spirenſis executores ſeu Manufideles teſtamenti ſive ultime voluntatis quondam *Nycolai* dicti *Morzelini* prebendarii Eccleſie predicte habentes plenam liberam poteſtatem et facultatem ad infraſcripta prout in inſtrumento noſtro ſigillo ſigillato

lato ſuper hoc confecto plenius continetur, vendiderunt et tradiderunt ac ſe juſto venditionis titulo vendidiſſe et tradidiſſe preſentibus publice recognoſcunt, quinque jugera vinearum ſita in terminis ville *Dydinsheim*, tria videlicet in loco dicto *Wezelswingarten* prope vineas *Schellehorn* cenſualia in penſione annua et perpetua unius ame clari vini Religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterii in *Otterburg* (fort. in Uterina Valle vel Uzerſtale) et reſidua duo jugera in loco dicto *in der Lizen* juxta vineas quondam *Heinrici* dicti *de Oedinsheim* Civis Spirenſis diſcreto viro Magiſtro *Walthero* phiſico ſpirenſi eorum executori dicti teſtamenti ſive ultime voluntatis et ſuis heredibus univerſis, aut illi vel illis, cui vel quibus ipſa jugera communiter vel diviſim dederint legaverit vel alias deputaverit pro precio quadraginta quinque libris hallenſium legalium et bonorum, quod quidem precium prefati executores recognoverunt ſe à predicto Magiſtro *Walthero* recepiſſe ac ſibi numeratum, traditum et ſolutum fuiſſe integraliter et complete, transferentes nichilominus ijdem executores in ipſum Magiſtrum

 Wal-

Waltherum dominium proprietatem et possessionem predictarum vinearum pleno jure per presentes. Renunciaverunt quoque antedicti executores publice et expresse exceptioni doli mali &c. *) In cujus rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus ad peticionem sepedictorum executorum appendendum. Datum anno & die prenotatis.

*) Eædem clausulæ sequuntur usque ad verbum: *circumscriptis.* sicut in charta M°CCC°decimo feria quarta proxima post Dominicam, qua cantatur: *Misericordia Domini.*

CLXXXV.

Littere Domini Joannis dicti de Cornu super domum ultra lutum leporis in Spira. 1312.

Nos Judices Curie Spirensis tenore presencium recognoscimus & in publicam deducimus noticiam, quod sub anno Domini M°CCC°XII°. feria quarta ante festum beatorum *Symonis & Jude* Apostolorum (25. Oct.) constitutus in nostra presencia discretus vir Dominus *Johannes* dictus *de Cornu* prebendarius Ecclesie Spirensis sanus mente licet eger in

in corpore inter cetera ſua legata religioſis viris Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Cyſt. Spir. Dyoc. dedit & legavit purè propter Deum & pro remedio anime ſue nomine teſtamenti ſive ultime voluntatis domum ſuam ſitam *ultra lutum leporis* cum piſcina adjacente ac omnibus ipſorum pertinentiis ita videlicet, ut ipſi anniverſarium ejus ſingulis annis celebrent cum vigiliis, miſſis & aliis oracionibus debitis & conſuetis & quod ipſi cum cenſu de dictis domo & piſcina ac eorum pertinenciis proveniente in dicto anniverſario ſuo conſolentur. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad peticionem predicti *Johannis* preſentibus eſt appenſum. Actum anno & die prenotatis.

CLXXXVI.

Littere ſuper unam libram hallenſ. ex parte Bertholdi dicti Gans, ad pytanciam. 1312.

Nos Judices Curie Spirenſis tenore preſencium recognoſcimus & in publicam deducimus noticiam, quod conſtituti coram Nobis in figura judicii *Berthol-*

tholdus dictus *Gans* Oppidanus *Nove civitatis* & dictus *Botelin* Sacerdos filius ejus recognoverunt & publice confessi sunt, se & suos heredes universos teneri & obligatos esse nec non in antea singulis annis soluturos perpetuo in festo beati *Martini* Episcopi unam libram hallens. legalium & bonorum nomine census religiosis viris Abbati & Conventui Monasterii *Uterine Vallis* Ord. Cist. Spir. Dyoc. de Curia ipsorum, quam habent in predicto opido *Nove Civitatis*. In cujus rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus appendendum. Datum Anno Domini M°CCC°XII°. Sabbato post *Andree* Apostoli proximo. (2. Dec.)

CLXXXVII.

Littere super Estuario ante Veterem portam locato pro censu. 1313.

Nos Judices Curie Spirensis ad Universorum tam presencium quàm futurorum noticiam volumus pervenire, quod sub annò Domini M°CCC°XIII°, feria tercia proxima ante festum beati *Anthonij* (16. Jan.) constituti in nostra presencia & judicii figura *Ernestus* Lapici-

picida & *Methildis* ejus uxor legittima Cives Spirenſes recognoverunt & publice confeſſi ſunt, ſibi & ſuis heredibus eſtuarium ante veterem portam ſpirenſem ſitum cum omni jure & ſuis pertinentiis in perpetuam emphiteoſim per religioſos viros Abbatem & Conventum Monaſterii *Uterine Vallis* Cyſt. Ord. nec non Abbatem & Conventum Monaſterii in *Othenheim* Ord. S. *Benedicti*, Prioriſſam & Conventum Monialium *ultra lutum leporum* ac *Gutam* relictam quondam *Elwini* dicti *Meiſe* locatum eſſe pro cenſu annuo & perpetuo novem librarum hall. legalium & bonorum, qui quidem cenſus ſingulis annis ſecundum jus & conſuetudinem Civitatis ſpirenſis ad curiam predictorum Dominorum *Uterine Vallis* in civitate ſpirenſi ſitam hijs terminis, videlicet, quolibet feſto quatuor temporum due libre cum quinque ſolidis hall. eſt ſolvendus & preſentandus per predictos conjuges & eorum heredes preter cenſum pertinentem ad Abbatem & Conventum de *Othenheim* prenotatos. Antedicti etiam conjuges promiſerunt bona fide quod ipſi in ſtructura & edificiis neceſſariis ipſi eſtuario viginti libras hall. debent ex-

pendere, & ut predicti locatores de expendendis XX libris predictis in modum premissum cerciores existant, dicti conjuges ipsis decem libras hall. super tribus domibus sitis apud pontem Lapideum ante portam predictam pro subpignore constituerunt & obligaverunt ita videlicet, quod si ipsi conjuges vel eorum heredes predictas viginti libras hall. in usus predictos non converterent, integraliter & complete aut in dicto censu negligentes existerent, tunc dicti locatores attrahere sibi poterunt decem libras hall. supradictas. In cujus rei testimonium sigillum nostrum ad peticionem predictorum conjugum duximus presentibus appendendum. Datum anno & die prenotatis.

Anno Domini M°CCC°XIII°. — Littere super X. sol. hall. ad pitanciam. l. c. p. 293.

CLXXXVIII.

Littere super domum Johannis Cerdonis & Methildis retro Predicatores.
1313.

Noverint Universi presentes pariter & futuri, quod nos judices curie Spiren-

renſis ſub anno Domini M°CCC°XIII°, feria ſexta poſt feſtum beatorum *Philippi* & *Jacobi* Apoſtolorum (4. Maji.) litteras infraſcriptas non abolitas, non raſas, non cancellatas, non ſuſpectas, nec in aliqua ſua parte viciatas, prout prima facie apparebant, ſub vero & integro ſigillo antiquo curie noſtre ſpirenſis predicte vidimus et legimus in hec verba: Judices Spirenſes. Noverint univerſi preſencium inſpectores, quod conſtituti coram Nobis in figura judicii *Johannes* dictus *Cerdo* civis ſpirenſis & *Methildis* uxor ejus unanimi conſenſu, communicata manu curiam ſuam ſtantem retro Predicatores in Spira cum domo lapidea & una domo partim lapidea & partim lignea tribusque domibus ligneis & omnibus aliis pertinenciis donacione inter vivos liberaliter transtulerunt in Abbatem & Conventum *Uterine Vallis* Cyſtercienſis Ordinis Spirenſis Dyoceſis vero ac perpetuo proprietatis tytulo poſſidenda, retento eis ambobus uſu fructu in curia & domibus ſupraſcriptis ad dies vite eorum tantum. Hac adjecta condicione, quod eis ambobus mortuis Abbas & Conventus habeant dicta bona, ita quod de ipſis bonis per-

pe-

petuo ſingulis annis in anniverſario utriusque eorundem pro elemoſina & in remedium animarum ſuarum dabunt Fratribus Predicatoribus in Spira viginti duas ſymulas, quamlibet pro duabus hallenſibus & quartale vini emptum pro XVI. hallenſibus pro refectione ipſorum Fratrum. Item Fratribus Minoribus tantum, Fratribus Sancti *Auguſtini* tantum & Dominabus de Ordine Penitentium tantum, ut ipſi bis in anno cum hec eis fuerint preſentata, anniverſaria dictorum peragant donatorum, que omnia videlicet panem & vinum nuncii dictarum Eccleſiarum ſingulis diebus Anniverſarii ipſorum donatorum requirent ſeu petent à Magiſtro vel familia Curie in Spira dictorum Abbatis & Conventus *Uterine Vallis*, & ſi illo die non fuerint eis collata, ſequenti die iterum petant in curia modo prenotato, ſi verò tunc non obtinuerint & preſcripti Abbas & Conventus in ſolvendis pane & vino etiam tunc fuerint negligentes, ipſo facto prehabita curia cum ſuis pertinenciis nomine pene ſine contradiccione dictorum Abbatis & Conventus & quorumlibet aliorum cedet jam dictis quatuor Eccleſiis, quibus hec ipſa remedia

dia fieri ſunt ſtatuta ſub tali forma, quod ſi qua predictarum Eccleſiarum ſuum remedium, ut preſcriptum eſt, vendere attemptaverit, ipſo facto ab omni jure ſuo in ipſis remediis perpetuo cadet & inſuper prelibatis Abbati & Conventui ſepedictam curiam vendere ſeu quocunque modo alienare penitus non licebit, ſub pena antedicta. Inſuper ipſe donator ſolus videlicet maritus habebit plenam auctoritatem vendendi prefatam curiam, cum ei videbitur oportunum. Preterea quidquid reſiduum ſupra preſcripta remedia de ipſa curia in cenſibus annuatim provenerit ſine dampno Eccleſie *Uterine Vallis* ad ſolatium Conventus ipſius Eccleſie perpetuo convertetur. In cujns rei perpetuum firmamentum ad rogatum dictorum Donatorum hoc publicum inſtrumentum ſepedictis Abbati & Conventui *Uterine Vallis* contulimus ſigilli noſtri munimine roboratum. Actum an. Domini M°CCC°V°. In cujus viſionis & lectionis teſtimonium ſigillum noſtrum duximus preſentibus appendendum. Datum anno & die prenotatis.

CLXXXIX.

CLXXXIX.

Littere ſuper ſextam partem Eſtuarii ex parte Domine Gute dicte Meiſen.

1313.

Nos Judices Curie Spirenſis tenore preſencium recognoſcimus & in publicam deducimus noticiam, quod Domina *Guta* relicta quondam *Elwini* dicti *Meiſe* Civis Spirenſis in noſtra preſencia conſtituta ſub Anno Domini M°CCC°XIII°. feria quarta poſt Octavam Penthecoſtes (13. Jun.)recognovit publicè & eſt confeſſa, quondam *Elwinum* maritum ſuum predictum tam ob remedium & ſalutem anime ſue dediſſe & legaſſe religioſis viris Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* ſextam partem cenſus debentis & cedentis de eſtuario ſuo ante Veterem portam ſpirenſem ſuper Valle, quam ſextam partem cenſus ipſa & dictus maritus ſuus de bonis eorum communibus ab *Ella* filia quondam *Ebelini* dicti *zu deme Haſel* civis ſpirenſis pro viginti libris hall. ut aſſerunt, compararunt, hac tamen adjecta condicione, quod ipſa *Ella* vel ejus heredes gratiam haberent reemendi eandem ſextam partem cenſus, cum ex-

expedire videretur pro precio viginti librarum predicto, quam eciam graciam eadem *Guta* vult erga heredes supradictos fieri & observari, contradiccione qualibet non obstante, quam eciam ex eo, quia predicti Abbas & Conventus omni juri sibi competenti super sexta parte census perpetui quatuordecim solidis hall. eis debita de domo dicte *Gute* sita juxta predictum Estuarium ex donacione eis ex parte quondam Fratris *Waltheri* filii predicti *Ebelini* eorum commonachi facta liberaliter renuntiassent & ipsam domum ab eadem sexta parte census quatuordecim solidorum hall. liberassent. In cujus rei testimonium sigillum nostrum ad peticionem prefate *Gute* duximus presentibus appendendum. Actum & Datum anno & die prenotatis.

CXC.

Littere super unam libram hall. in Rusbach. 1313.

Nos Consules & Magister civium in *Landowe* ad perpetuam rei memoriam in publicam deducimus noticiam, quod constituti in presencia nostra *Bertoldus* dic-

dictus *Minner de Servelingen* & *Adelheit* conjux ejus recognoverunt ſe vendidiſſe unanimi conſenſu Domino Abbati & Conventui Monaſterii in *Uzerſtal* pro precio quatuordecim librarum hallen. redditus ſeu cenſum annuum unius libre hall. quem *Heilmannus* dictus *Pluger* & *Adelheit* conjux ejus ſingulis annis ſolvere conſueverunt in feſto beati *Martini* de bonis ſitis in terminis ſeu diſtrictu ville *Rusbach* inferius ſpecificatis ac etiam ſe reſignaſſe coram ſculteto & juratis in eadem villa cenſum ſupradictum; Prefata quoque conjux ejusdem *Bertoldi* juramento preſtito coram Nobis corporaliter firmavit, quod eciamſi predictus cenſus ad ejusdem dotem pertineret, tamen nunquam contra eandem alienacionem veniret, quem cenſum *Heilmannus* et conjux ſua predicti coram Nobis conſtituerunt et promiſerunt ſe ſoluturos Domino Abbati et Conventui predictis annis ſingulis dicto termino ad hoc etiam ſuos ſucceſſores ſeu heredes in perpetuum aſtringendo. In cujus rei teſtimonium et roboris firmitatem ad peticionem conjugum omnium predictorum ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Specificacio

cacio autem bonorum eſt hec, Unum jugerum prati ſitum in *Flemirkeimer marc* ſupra *Breide wec* et ibidem unum jugerum agri cum dimidio ſitum *an den Gren*. It. dimidium jugerum agri ſitum ſuperius *an der hauwiſen*. Item dimidium jugerum agri ſitum inferius *ame Satzze*, Item unum quartale *imme Grunde*. It. dimidium jugerum ſitum *imme Kumme*. It. unam vineam de qua predictus *Heilmannus* ſolvit tres lagenas. Datum Anno Domini M°CCC°XIII°. Sabbato poſt feſtum beati *Nycolai* Epiſcopi (8. Dec.)

CXCI.

Littere locacionis Eſtuarii de ad an. 1313. (an. 1315.)

Nos Judices Curie Spirenſis ad Univerſorum tam preſencium quam futurorum noticiam cupimus pervenire, quod conſtituti in noſtra preſencia et judicii figura *Erneſtus* Lapicida et *Methildis* ejus uxor legittima cives ſpirenſes recognoverunt et publice confeſſi ſunt ſibi et ſuis heredibus Eſtuarium ante Veterem portam ſpirenſem ſitum cum omni jure et ſuis pertinenciis in perpe-

 tuam

tuam emphiteoſim per religioſos viros Abbatem et Conventum Monaſterii *Uterine Vallis* Cyſt. Ord. nec non Abbatem et Conventum Monaſterii in *Othenheim* Ord. S. *Benedicti* Prioriſſam et Conventum Monialium *ultra lutum leporis* ac Abbatiſſam et Conventum Monialium Sancte *Clare* extra muros ſpirenſes locatum eſſe pro cenſu annuo & perpetuo novem librarum hall. legalium & bonorum, qui quidem cenſus ſingulis annis ſecundum jus & conſuetudinem civitatis ſpirenſis eisdem locatoribus eſt ſolvendus in hunc modum quod dicti conjuges & eorum heredes ſolvent in quolibet feſto quatuor temporum de eodem cenſu duas libras cum quinque ſolidis hall., cujus cenſus medietas Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine Vallis*, reliqua vero medietas aliis locatoribus antedictis cedere debet equali porcione, dictique conjuges & eorum heredes cenſum predictum ſecundum diviſionem pretaxatam predictis locatoribus ad domos quas habent in civitate & ſuburbijs civitatis ſpirenſis offerent & preſentabunt. Et ut ipſi locatores de cenſu ſuo predicto cerciores exiſterent, dicti conjuges pro ſe & ſuis he-

heredibus decem libras hall., quas dicti conjuges ſe habere aſſeruerunt ſuper tribus domibus ſitis apud pontem lapideum ante veterem portam antedictam pro ſubpignore aſſeruerunt & obligaverunt ita videlicet, quod ſi dicti conjuges vel eorum heredes in ſolucione cenſus ſupradicti exiſterent negligentes aliquo terminorum ſupradictorum, quod ex tunc ipſi locatores ipſas decem libras hall. ſecundum conſuetudinem civitatis ſpirenſis attrahere poſſent totaliter & complete. In cujus rei teſtimonium & evidenciam premiſſorum ſigillum curie noſtre predicte ad peticionem dictorum conjugum preſentibus duximus appendendum. Actum & Datum Anno Domini M°CCC°XV°.

Anno Domini M°CCC°XIIII°. — Littere Domini Epiſcopi, Capituli & Prepoſiti ſuper incorporatione Eccleſie in *Ottersheim*. l. c. p. 294.

CXCII.

Littere ſuper bonis emptis pro CCCLX. libris hall. in Gros-Viſchelingen.

1314.

Nos Judices Curie Spirenſis ad perpetuam rei memoriam tenore preſen-

cium in publicam deducimus noticiam, quod conſtituta in noſtra preſencia *Anna* filia quondam *Clupphelonis* relicta *C.* dicti *Lambesbuch* quondam civis ſpirenſis recognovit ſe vendidiſſe & tradidiſſe religioſis viris Domino Abbati & Conventui in *Uzerstal* quartam partem curie ſue in Majori *Viſchelingen* ſite & ſimiliter quartam partem omnium bonorum eidem curie attinencium tam in agris quam in pratis, cenſibus, juribus conſiſtentibus ad eam ex ſucceſſione paterna devolutorum inferius ſpecificatorum pro trecentis & ſexaginta libris hall. ſibi numeratis & ſolutis & in utilitatem ejusdem relicte & puerorum ſuorum converſis exibens & producens in medium Inſtrumentum autenticum ſub ſigillo Civitatis ſpirenſis per quod manifeſte apparebat, ipſam habere poteſtatem alienandi bona ſupradicta, cujus inſtrumenti tenor de verbo ad verbum eſt inferius annotatus, que bona eadem relicta nec non *Ulricus* & *Merckelinus* filii ejusdem coram Nobis reſignaverunt transferendo in Abbatem & Conventum predictos omne jus ſibi competens in eisdem bonis, promiſit quoque predicta relicta

wa-

warandiam debitam & consuetam & quod ceteri pueri ejus cum ad annos discrecionis pervenirent, eadem bona cum omni jure sibi competenti seu competituro resignarent tam coram Nobis quam eciam in loco, ubi dicta bona sita sunt, sicut & ipsi & filii sui supradicti eadem bona se resignasse recognoverunt, & pro hujusmodi warandia ac resignacione puerorum facienda constituerunt coram Nobis fidejussores videlicet *Burkardum* dictum *Frunt* & *Ulricum* dictum *Clupphel* fratrem ipsius *Anne*, nec non *Ulricum* & *Merckelinum* predictos cives spirenses, qui fidejussores coram Nobis promiserunt, quod si in predictis aliquod impedimentum incideret, ipsi more fidejussorum moniti in uno hospicio facerent comessationes & si unus decederet, nisi alius ydoneus infra mensem subrogaretur, similiter facerent comessaciones, quousque alius subrogaretur. Tenor autem littere, de qua facta est mencio, est iste de verbo ad verbum: — Nos Judices, Consules ac universi cives spirenses scire volumus Universos presencium inspectores, quod coram Nobis & *Luca* dicto *Fuhs* Sculteto nostre Civitatis in publi-

 co

co constituti *C.* dictus *Lamesbuch* & *Anna* ejus uxor, legitima filia quondam *H.* dict. *Clupphel* nostri concives, Idem *C.* donacione inter vivos irrevocabili & perpetuo valitura dedit & tradidit ac se tradidisse & dedisse presentibus recognoscit universa & singula bona sua mobilia & immobilia propria & hereditaria ubique locorum deposita atque sita que nunc habet & inposterum acquiret prefate *Anne* sue legittime, ita si ipsa eum supervixerit, quod ex tunc cum bonis eisdem omnibus & singulis possit facere, disponere & ordinare absque qualibet contradiccione pro sue libito voluntatis, vice versa vero dicta *Anna* consimili donacione dedit & tradidit ac se tradidisse & dedisse presentibus est confessa omnia bona sua mobilia & immobilia, propria & hereditaria, presencia & futura ubicunque locorum deposita atque sita prefato *C.* suo legittimo, ita eciam, quod ipse *C.* bona hujusmodi universa & singula post mortem ipsius *Anne* si ipse eam supervixerit, recipiat & habeat ac cum ipsis faciat, ordinet & disponat juxta suum beneplacitum voluntatis, contradictione qualibet non obstante, statuentes

am-

ambo ijdem conjuges ſuper ſe & alios ſuos heredes quoscunque jus ſive penam dictam *Schultſchacz* duarum milium marcarum argenti puri & legalis ponderis ſpirenſis, ita ſi quis dictorum bonorum proximior heres eſſe vellet & alterum ipſorum poſt mortem alterius in eisdem bonis impediret in toto vel in parte, quod ſi ei dictas duo milia marcas in penam det & ſolvat juxta jus & conſuetudinem Civitatis ſpirenſis, ſuper quibus dictus Scultetus hos dedit in teſtes, videlicet, *Wernherum Sydenſwantz* & *Bert. Schulle* civium Magiſtros, *C. ad Columbam*, *C. Retſcheln*, *Goczonem Lambesbuch*, *Sigill. Guntram*, *Schaf de Fine*, *Engell. de Gumersheim*, *Frizzonem Eppe*, *H. de Colonia*, *Johannem Fuhs*, *Bert. Fuhs*, *H. de vico ſalis. F.* pellificem *Gydelmannum*, *Hugonem de Swebechenheim*, *Fritzonem Becker C. Gibelinch*, *C. Roſeler* ſutorem, *Johannem* fabrum, *Wernh. zu dem Silde*, *Wernh.* textorem, *Bert.* pileatorem & *H. Guntekin* conſules ſpirenſes & quam plures alios fide dignos, & Nos in teſtimonium eorundem ſigillum noſtre Civitatis ad preces dictorum conjugum appendimus huic ſcripto. Datum An-

 no

no Domini M°CCC°X°. feria quarta ante *Agnetis* — . . . . . — In quorum omnium teſtimonium & roboris firmitatem ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini M°CCC°XIIII°. feria ſexta ante feſtum beate *Margarete* virginis (19. Jul.)

CXCIII.

Littere donacionis H. dicti Danckrat & Methildis ſuper terciam partem omnium bonorum ſuorum in Landowe.
1314.

Nos Conſules & univerſi cives in *Landowe* ad perpetuam rei memoriam tenore preſencium in publicam deducimus noticiam, quod conſtituti in noſtra preſencia *Heinricus* dictus *Danckrat* & *Metza* uxor ejus conjuges legitimi noſtri concives diſpenſacionem, ordinacionem ſeu diſtribucionem rerum ſuarum omnium mobilium & immobilium, preſencium & futurorum quas poſt mortem ſuam reliquerint, irrevocabiliter, inviolabiliter obſervandam & firmaverunt coram Nobis in hunc modum, videlicet, ut cum predicti conjuges non habeant liberos ex proprio corpore

pore progenitos, sed solummodo sororum suarum pueros, tertia pars predictorum bonorum conjugibus ambobus decedentibus, devolvetur ad religiosos viros Dominum Abbatem & Conventum Monasterii in *Usserstal* in remedium anime sue, recognoscentes, quod a Deo bona cuncta procedant, de bonis, que ipsis tribuit, merito retribuere se debere & ipsum Deum facere hereditatis participem. Alia vero pars tercia devolvatur similiter eisdem conjugibus ambobus decedentibus ad pueros sororis ipsius viri & reliqua tercia pars devolvatur similiter ad pueros sororis predicte uxoris & ad fratrem suum si vixerit, inter eos pro equalibus porcionibus dividenda, cui etiam ordinacioni coram Nobis consensum benivolum adhibuerunt *Adelheit* mater predicte conjugis & pueri ambarum sororum predictarum hujusmodi ordinacioni gratanter acceptando, videlicet *Heinricus*, *Johannes*, *Agnes*, *Metza* & *Gredula* pueri sororis mariti predicti, Item *Adelheit*, *Cristina* & *Gredela* filie sororis uxoris predicte. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Anno Domini

ni M°CCC°XIIII°. In die ad vincula Sancti *Petri* Apostoli. (1. Aug.)

CXCIV.

Littere super bonis concessis in Arbotsheim. 1314.

Nos Consules & Universitas Civium in *Landowe* tenore presencium declaramus, quod *Cunradus* dictus *Ruhe* de *Arbotsheim* una cum uxore sua legittima *Katharina* professi sunt coram Nobis se olim suscepisse ab honorabilibus religiosis viris Domino *Gerlaco* felicis memorie quondam Abbate & Conventu *Uterine Vallis* quinque jugera vinearum, duo prati dicta volgariter *an deme acker* & unum vinee *an dem heiterberge* in marchia predicte ville *Arbotsheim* jure hereditario sibi & suis heredibus possidenda tali tamen interposita condicione, quod predicta bona ab invicem nunquam dividantur, sed semper unus videlicet senior heredum omnia indivisa & integraliter possidebit, de quibus bonis predicti conjuges *C.* & *K.* obligaverunt & obligant se & suos heredes in perpetuum daturos ad hospitale pauperum *Uterine Vallis* duo-

de-

decim amas vini ſpirenſis menſure ſine addicione quod dicitur *Uberichen* ſingulis annis perpetui cenſus absque omni impedimento tempore auctumpni de torculari ſuo in vaſa predicti hoſpitalis aſſignandas, predicti quoque conjuges quinque quartalia agri ſita juxta *Durrenbechers hecke* & unum juger juxta *Crauwels burne* ypotece titulo poſuerunt, ut ſi ipſi vel eorum heredes predictos redditus non ſolverent tempore memorato, Dominus Abbas & Conventus vel Magiſter hoſpitalis bona predictis conjugibus conceſſa cum ypotece titulo aſſignatis & fructibus eorundem in ſuam poſſunt trahere poteſtatem contradictione qualibet non obſtante & de eis tanquam de rebus propriis ordinare. In cujus rei teſtimonium ad preces Domini Abbatis & Conventus *Uterine Vallis* & predictorum conjugum *C.* & *Ka.* ſigillum noſtre Civitatis preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini M°CCC°XIIII°. feria quinta poſt feſtum beati *Martini*. (14. Nov.)

CXCV.

CXCV.

Littere donacionis C. dicti Phister & Demudis super omnia bona sua in Landowe. 1314.

Nos Judices Curie Spirensis ad perpetuam rei memoriam in publicam deducimus noticiam per presentes, quod coram discreto viro *Bertholdo* dicto *de Wormacia* clerico publico auctoritate Imperiali Notario, quem ad infrascripta nomine nostro audienda & per suum juramentum Nobis referenda specialiter misimus constituti discretus vir *Conradus* dictus *Pistor* et *Demudis* ejus uxor legitima cives opidi *Landowe* sani mente et corpore attendentes, quod nihil incercius vita et cercius hora mortis, que nulli parcit etati, prout idem *Bertholdus* Nobis in juramentum suum retulit in salutem et remedium animarum suarum suorumque progenitorum ac benificorum se et omnia bona sua mobilia et immobilia, quocunque nomine censeantur, que in presenti habent et in futurum habituri sunt in testamento dederunt, legaverunt et deputaverunt et presentibus dant, legant et deputant Religiosis viris Abbati et

Con-

Conventui Monasterii *Uterine Vallis* Ord. Cyst. ut anniversaria dictorum conjugum, postquam de hac vita decesserint, suorumque progenitorum ac benefactorum statutis temporibus perpetua peragantur per fratres supradictos, usu fructu tamen eorundem bonorum dictis conjugibus, quamdiu vixerint, reservato, exceptum est eciam per conjuges predictos, quod ipsi de bonis suis, que habent seu habituri sunt, sexaginta libras hall. specialiter dare seu legare possint in remedium animarum suarum locis aut personis quibuscunque voluerint, contradiccione predictorum Dominorum Abbatis et Conventus non obstante, promittentes per fidem prestitam corporalem in manus dicti *Bertoldi* nomine nostro recipientis firmiter se legatum testamentum hujusmodi ratum & firmum perpetuo habituros & non contravenire unquam occasione aliqua per se vel alium aut alios in judicio vel extra publice vel occulte, & hec voluerunt & constituerunt esse suam ultimam voluntatem, & si nomine testamenti non valeret, saltim valeret jure Codicillorum seu cujuscunque alterius ultime voluntatis. In quorum omnium testi-

ſtimonium & relacionem *Bertoldi* predicti nec non ad peticionem & rogatum conjugum predictorum ſigillum Curie ſpirenſis preſentibus eſt appenſum, Actum & Datum Anno Domini M°CCC°XIIII°. feria quinta ante feſtum beati *Andree* Apoſtoli proximum. (28. Nov.)

CXCVI.

Littere ſuper duas libras hall. ex parte Domini de Bebingen ſuper domo Eckehardi Kannengiſſer. 1314.

In nomine Domini, Amen. *Cunradus de Wormacia* Officialis Prepoſiture Eccleſie Spirenſis conſtare volumus Univerſis, quod coram Nobis ſub Anno Domini M°CCC°XIIII°. feria ſecunda poſt Nativitatem ejusdem (30. Dec.) *Rudolfus* quondam plebanus in *Bebingen* conſtitutus, conſiderans nichil certius morte & incercius hora mortis per gratiam Jheſu Xpi ſanus mentis ſui et corporis licet languens corpore ſuarum rerum ac bonorum omnium diſpoſicionem ſeu ultimam voluntatem fecit et ordinavit in hunc modum inprimis dedit et legavit Domino *Emichoni* Epiſco-

ſcopo Spirenſi duas libras hall. Item *Elſe* de *Bebingen* et *Grethe* ejus filie ſex maldra ſiliginis, que ipſis absque ipſarum laboribus et expenſis, grandine vel exercitu vel alio caſu fortuito non obſtante Abbas et monachi Monaſterii in *Uzerstal* Ordinis Cyſt. ſingulis annis in Nativitate beate *Marie* virginis ante quamcunque domum Civitatis ſpirenſis ipſe voluerint, de omnibus et ſingulis bonis ſuis ſitis in villa *Bebingen* et ejus terminis dare, et preſentare tenebuntur. Item dedit et legavit ipſis duo maldra ſiliginis, que *Cunradus* dictus *Jeuch* et *Agnes* ejus uxor legittima de *Aſſenheim* eis ſolvere debent et ipſis ea ad civitatem ſpirenſem ante quamcunque domum voluerint absque omni dampno earnm preſentare. Item dedit et legavit ipſis duas libras hall. annui et perpetui cenſus, quos *Eckehardus* dictus *Cannegieſſer* dat de domo ſua, quam inhabitat, ſita juxta domum Magiſtri *Johannis Fabri* in vico Sancti *Johannis*. Item dedit et legavit eis duas libras hallenſium, quas ſingulis annis Abbas et Monachi Monaſterii predicti eis ſolvere debent pro feno in pratis ſuis ſitis in terminis ville *Bebingen*

gen prediĉte creſcente. Item dedit et legavit eis ſex vaccas quarum quatuor ſunt in villa *Ginſsen*, relique verò due in villa *Bebingen* prediĉta. Item dedit et legavit eis mediam partem omnium ſuorum utenſiliorum tam in vino, leĉtis, linteaminibus ac aliis rebus quocunque nomine nuncupentur, conſiſtencium vel exiſtencium, prediĉta omnia et ſingula diĉtis perſonis dedit et legavit quoad vixerint habenda et poſſidenda, et ſi una earum deceſſerit, quod ad alteram omnia devolvantur, contradiccione qualicunque non obſtante, ita tamen, quod ambe caſtè vivere debeant et manere, ſi autem caſtè non vixerint vel permanſerint, ac poſt ambarum deceſſum omnia et ſingula legata prediĉta ad diĉtum Monaſterium *Uzerstal* liberè devolvuntur ac revertuntur. Voluit etiam et ordinavit diĉtus *Rudolfus*, quod *Heila* Begina ejus famula cum diĉtis *Elſe* et *Grethe* omnia & ſingula ipſis ab eo donata et legata, quamdiu vixerit, ſi voluerit, uti et frui debeat ſicut ipſe, contradiccione ipſarum omni procul pulſa, et ſi aliqua diſcordia inter ipſas fuerit ſuſcitata, illam Cellerarius diĉti Monaſterii *Uzerstal*, qui pro tempore fuerit, de-

debet diffinire, cujus diffinitionem & pronunciacionem perſone prefate ratam & firmam debent obſervare. Item dedit & legavit dicte *Heile* unam libram hall. in pecunia parata, quam ei dicti monachi dare debent de parte ad ipſos de utenſilibus ſuis pertinente predictis. Item dedit & legavit dicte *Heile* unum lectum quem dicti monachi dare debent & aſſignare. Item dedit & legavit dictis tribus perſonis quatuor maldra ſiliginis, que eis ſolvere debent monachi prenotati. Item dedit eis & legavit duos panes, qui ei in Eccleſia Spirenſi preſentabuntur. Inſuper etiam ordinavit dictus *Rudolphus*, quod Cellerarius dicti Monaſterii *Elſe* & *Grethe* prenotatis unam domum ad inhabitandum, quamdiu vixerint, conducere debet expenſis Monaſterii prenotati. Item dedit & legavit premiſſis exceptis, omnia alia ſua bona mobilia & immobilia queſita & inqueſita Abbati & Conventui dicti Monaſterii *Uzerstal*, qui inquam Abbas & Conventus omnia legata predicta juxta modum preſcriptum perſonis prelibatis ſolvere habeant & expedire absque fraude, omni excepcioni & defenſioni procul pulſa. Voluit eciam

predictus *Rudolfus*, ut si predicta non valeant jure testamenti, quod valeant jure Codicillorum seu cujuslibet alterius ultime voluntatis. Testes autem hujus Testamenti seu ultime voluntatis sunt Cellerarius dicti Monasterii *Uzerstal*, Dominus *Sigelo* plebanus Sancti *Mauricii* & *Nicolaus* dictus de *Muterstat* Spirensis clericus, & ut predicta adimpleantur, hujus Testamenti seu ultime voluntatis, hos videlicet constituit executores: Abbatem, Priorem, Cellerarium dictum *Roden* Monachos Monasterii *Uzerstal* prenominati. In cujus rei testimonium sigillum predicte Prepositure presentibus est appensum. Actum & Datum Anno & die prenotatis.

CXCVII.

Littere super unam libram hall. in Mulnhusen, ad pytanciam. 1315.

Nos consules & jurati opidi in *Landowe* tenore presencium publice profitemur, quod constituti coram Nobis *Sifridus* et *Irmela* uxor sua legittima de *Mulnhusen* confessi sunt se vendidisse et tradidisse communicata manu et unani-

nimi consensu et se justo vendicionis titulo vendidisse et tradidisse religiosis viris Abbati et Conventui Monasterii in *Uzerstal* censum annuum unius libre hall. singulis annis solvendum in die Sancti *Martini* de curia ipsorum cum suis edificiis sita in *Mulnhusen* et orto et agro insimul sitis, de quibus dantur III. hallenses censuales. Item de frusto orti ibidem sito, de quo dantur IIII. cappones et nullus alius census datur de prescriptis bonis nisi solummodo prenotatus pro quatuordecim libris hallensium bonorum et legalium, quam pecuniam confessi sunt se recepisse et in utilitatem ipsorum convertisse integre et complete. Renunciantes quoque prefati conjuges omni excepcioni et defensioni ac omni auxilio juris Canonici et Civilis per quam aut quod contra premissam vendicionem venire possent quomodolibet per se vel per alium aut alios publice vel occulte in judicio vel extra inposterum vel ad presens. Hujus rei testes sunt Dominus *Hertelinus* Magister civium et *Johannes* dictus *zu der Belden* et *Eberwinus* Scabini dicte Civitatis. Ne autem iu predictum Monasterium *Uzerstal* a quoquam hominum

 possit

possit aut debeat inposterum aliqua calumpnia suboriri, presentem cedulam prelibatis viris religiosis contulimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Anno Domni M°CCC°XV°. feria quinta ante Epiphaniam Domini. (2. Jan.)

CXCVIII.

Littere Elizabet dicte Berthen super omnia bona sua in Winzingen & in Hart &c. 1315.

Nos Judices Curie Spirensis Universis presencium inspectoribus seu eciam auditoribus tam presentibus quam futuris sinceram in Domino Caritatem. Suspecta est omnis veritas, que non viva voce vel litterarum testimonio stabilitur, ea propter constare cupimus universis, quod constituta in nostra presencia *Elizabet* dicta *Berthen* honesta domicella Begina Spirensis sana mente et corpore attendens, quod inter universa animantia homo sit dignior creatura et in resolucione carnis suum debeat recognoscere Creatorem, volens saluti anime sue providere ac suorum parentum et progenitorum testamentum fecit

ſecit et ordinavit in hunc modum videlicet: Ego *Elizabet* dicta *Berthen* begina Spirenſis in remedium anime mee parentum meorum et progenitorum do et lego honorabilibus viris et religioſis Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ordinis Cyſterc. Spirenſ. Dyoc. univerſa et ſingula bona mea, que ad preſens habeo et inpoſterum habitura ſum in villis *Winzingen* et *uf der Hart* et in earundem villarum terminis tam in vineis, domibus, curiis, redditibus ſeu quocunque alio vocabulo nuncupentur et nuncupari poſſunt et quindecim maldra ſiliginis perpetui redditus cum quartali ſeni, que et quod ſanctimoniales Ordinis Sancte *Clare* domus ſpirenſis extra muros ibidem de bonis meis in *Berghuſen* in Civitate ſpirenſi ſingulis annis preſentare tenentur, ad habendum, tenendum et poſſidendum ſicut in littera Civitatis ſpirenſis ſuper hoc confecta continetur, et hoc volo et ordino meam ultimam voluntatem eſſe, et ſi nomine teſtamenti non valeret, volo, quod ſaltim valeat jure Codicillorum ſeu cujuslibet alterius ultime voluntatis. In quorum omnium teſtimonium ſigillum curie noſtre ad ro-

 ga-

gatum et preces humiles prefate *Elisabeth* duximus presentibus appendendum. Actum et Datum Anno Domini M°CCC°XV°. Dominica qua cantatur; *Oculi mei.* (10. Martii.)

CXCIX.

Littere super unam tinam perpetui census in Bubenwilre. Ad infirmariam. 1315.

Noverint Universi presencium Inspectores, quod coram Nobis Dominis judicibus curie spirensis constitutus *Syfridus* de *Franckenwilre* et *Adelheidis* uxor sua legittima vendiderunt et tradiderunt ac se vendidisse et tradidisse presentibus publice recognoscunt, honorabilibus viris Abbati et Conventui Monasterii *Uterine Vallis* Ord. Cyst. Spir. Dyoc. censum annuum et perpetuum unius tine vini pro precio quatuor librarum cum viginti hallensibus dandum et assignandum singulis annis tempore auctumpnali, dum vinum in vinea infrascripta colligitur. Quam pecuniam prefati conjuges confessi sunt se recepisse nec non in usus suos et utilitatem integre convertisse. Renunciantes

tes quoque predicti conjuges pro se et eorum heredibus universis excepcioni non numerate (clausulæ consuetæ sequuntur) ... quoquo modo. Ut autem Abbas et Conventus predicti securiores sint de censu predicto, antedicti conjuges in subpignus dederunt et constituerunt bona infrascripta videlicet, unum juger vinearum situm *ame Stahelbuhel* apud *Cunzelmannum* et unum ortum situm *in deme loche*. Cujus rei testes sunt *Sigelmannus* de *Hambach*, *Sifridus* dictus *Bender* senior, dictus *Bitderolf* senior, *H.* sartor et quam plures alii fide digni. Census autem supradictus est solacium in perpetuum infirmorum Dominorum prelibati Monasterii deputatus. In quorum evidenciam pleniorem Nos Judices predicti sigillum curie spirensis ad preces et rogatum dictorum conjugum presentibus duximus appendendum. Actum et Datum Anno Domini M°CCC°XV°. feria sexta post festum Sancte Trinitatis. (23. Maji.)

CC.

Littere ſuper decem ſolidos hall. 1315.

Noverint univerſi preſencium Inſpectores, quod coram Nobis Dominis Judicibus Curie Spirenſis conſtituti *Johannes de Franckenwilre* filius dicti *Bitderolff* et *Methildis* uxor ſua legittima vendiderunt et tradiderunt et ſe vendidiſſe et tradidiſſe publice recognoverunt Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Cyſt. Spir. Dyoc. cenſum decem ſolidorum hall. legalium et bonorum ſolvendorum in feſto Sancti *Martini* pro precio ſex librarum hall. cum dimidia, quam pecuniam prefati conjuges confeſſi ſunt ſe recepiſſe et habuiſſe et ſibi numeratam eſſe integraliter et complete. Renunciantes quoque predicti conjuges pro ſe et eorum heredibus excepcioni non numerate etc. (ſequuntur clauſulæ aliæ) quoquo modo. Ut autem Abbas et Conventus predicti ſecuriores ſint de cenſu prenotato, antedicti conjuges in ſubpignus dederunt et conſtituerunt bona infraſcripta, videlicet: terciam partem duorum jugerum vinearum preter quartale ſitorum *ame*

ame Stahelbuhel, que quondam fuerunt Domine dicte *Dirbechern*. It. dimidium juger vinee eorundem *ame Kyſe* juxta jugera Monachorum Monaſterii *Uterine Vallis* ſitum, de quo fruſto dantur quinque hallenſes cenſuales et non plures. Cujus rei teſtes ſunt *Sigelmannus de Hambach*, *Sifridus* dictus *Bitderolf* ſenior dictus *Bender* ſenior, *Heinzo* ſartor et frater *Dytzo* converſus predicti Monaſterii qui predictum cenſum annuum et perpetuum emebat ex parte quondam *Cunradi* Raſoris prelibati Monaſterii ad ſolacium in perpetuum infirmorum converſorum et alii plures fide digni, In quorum evidenciam pleniorem Nos Judices predicti ſigillum Curie ſpirenſis ad peticionem predictorum preſentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini M°CCC° quinto decimo feria quarta poſt *Urbani* (28. Maji.)

CCI.

Littere ſuper unam libram hall. in Bubenwilre. 1315.

Noverint univerſi preſencium Inſpectores, quod coram Nobis Dominis Judicibus Curie Spirenſis conſtituti dictus

 Bitde-

Bitderolf de *Franckenwilre* et *Katherina* uxor ſua legitima vendiderunt et tradiderunt et ſe vendidiſſe et tradidiſſe publice recognoverunt Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Ciſt. Spir. Dyoc. cenſum annuum et perpetuum unius libre hall. legalium et bonorum ſingulis annis ſolvendorum in feſto Sancti *Martini* pro precio tredecim librarum hall. cum dimidia, quam pecuniam prefati conjuges confeſſi ſunt ſe recepiſſe et habuiſſe et ſibi numeratam eſſe integraliter et complete. Renuntiantes quoque predicti conjuges pro ſe et eorum heredibus excepcioni non numerate etc. (clauſulæ conſuetæ ſunt adpoſitæ) quoquo modo. Ut autem Abbas et Conventus predicti ſecuriores ſint de cenſu prenotato antedicti conjuges, in ſubpignus dederunt et conſtituerunt bona infraſcripta, videlicet; duale vinee ipſorum ſitum *an deme ſlekehten wege* juxta *Syfridum*. It. unum juger vinee tendentes ſuper viam *Gliſzenwilre* juxta *phylmanum* Scultetum. It. dimidiam tinam vini perpetui cenſus ſeu redditus, que datur de dimidio jugere vinee *ame haushorne* juxta *Heinzonem de Than*, de quibus bonis

nis ſupradictis dabantur prius quatuor hallenſes ſolummodo cenſuales et non plures. Cujus rei teſtes ſunt *Sigelmanus de Hambach*, *Sifridus* dictus *Bitderolf* ſenior dictus *Bender* ſenior, *Heinze* ſartor et plures alii fide digni. In quorum evidenciam pleniorem Nos Judices predicti ſigillum Curie Spirenſis ad peticionem predictorum preſentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini M°CCC°XV°. feria quarta poſt *Urbani*. (28. Maji.)

CCII.

Littere Officialis Wormatienſis pro Monaſterio Uterine Vallis ſuper aream juxta novam portam. 1315.

Officialis Domini Prepoſiti Eccleſie Wormatienſis ad perpetuam rei memoriam deducimus et preſentibus cupimus pervenire, quod in noſtra ſub anno Domini M°CCC°XV°. feria ſecunda poſt feſtum Aſſumptionis Virginis glorioſe (20. Aug.) conſtituti preſencia *Cunradus* dictus *Mul* et *Agnes* uxor ſua legitima cives Wormatienſes recognoverunt et unanimi conſenſu recognoſcunt, litteras publice per preſentes, ſe omne jus

jus ipſis in quadam area que quondam extitit *Gudele* dicte *Kortzrockin* prope portam dictam *Nuenburttir* ſituata ex quacunque etiam cauſa ſeu jure competens religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* dediſſe plenaliter et donaſſe et memoratis Dominis eandem aream ac omne jus ipſis competens in eadem omni jure et modo quibus melius poterit et debeat valere manu communicata coram Nobis concorditer reſignarunt, dolo et fraude ejectis penitus et ſemotis. In cujus rei teſtimonium preſentem litteram ſigillo Officialitatis curie noſtre ad preces dictorum conjugum memoratis Dominis dedimus aſſignatam. Datum et actum Anno et die prenotatis. Teſtibus preſentibus vindelicet *Heinrico de Grindeſtat* fratre *Hellino* dicto *Gudeler*, *Joanne* famulo curie noſtre ad premiſſa vocatis pariter et rogatis.

CCIIII.

Littere ſuper ſex maldra ſiliginis in Hergerswilre. 1315.

Noverint univerſi preſencium Inſpectores, quod conſtituta coram Nobis

bis ſub Anno Domini M°CCC°XV°. feria tercia ante Nativitatem beate Virginis proxima, (2. Sept.) *Juntta* filia quondam *Heintzonis* dicti *Heckeman de Hergerswilre* recognovit & publice eſt confeſſa ſe & ejus liberos & heredes teneri & obligatos eſſe annis ſingulis Religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* in penſione ſex maldrorum ſiliginis danda & aſſignanda eisdem Abbati & Conventui ſingulis annis in Nativitate beate Virginis, grandine, exercitu aut quovis alio caſu fortuito non obſtante, ac preſentanda in oppidum *Landowe* ad curiam Abbatis & Conventus predictorum ſuis vehiculis, laboribus & expenſis de bonis infraſcriptis in terminis ville predicte ſituatis videlicet dictis *des Dechans Gut* ſcilicet octo jugeribus agri campeſtris ſitis *zu Meinzewingarten* apud nucos & de prato ſito retro molendinum, de orto ſito *an der Mulengaſzen* ac dimidio rubo ſito apud pratum retro molendinum, nec non de quarta parte molendini ibidem ſituati, ut autem Abbas & Conventus predicti in ſolucione & aſſignacione dicte penſionis certi exiſtant & ſecuri, prefata *juntta* tria jugera agrorum

rum campeſtrium ſita in *Meincewingarten* juxta agros dicti *Swab heckeman* pro ſubpignore legittime obligavit tali videlicet condicione, quod ſi dicta *juntta* aut ejus heredes in ſolucione dicte penſionis negligentes aliquo annorum exiſterent aut remiſſi, ex tunc Abbas & Conventus predicti bona prefata tollere & confiſcare poterunt juxta conſuetudinem terre generalem & ea ſuis uſibus applicare contradictione qualibet non obſtante. Renunciavit quoque prefata *juntta* pro ſe ſuisque heredibus univerſis quo ad premiſſa excepcioni doli mali (clauſulæ ut 22. Febr. 1307.) circumſcriptis. Acta ſunt teſtibus preſentibus videlicet *Petro* filio *Zedelman*, *Agnete* begina ſorore ſculteti dicti *Hut*, *C.* dicto *Lauwerlin* procuratore Curie noſtre & aliis quam pluribus fide dignis. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium ſigillum noſtrum ad preces dicte *juntte* duximus preſentibus apponendum. Datum anno & die prenotatis.

CCIV.

CCIV.

Littere ſuper IIII. uncias hall. in Bubenwilre. 1315.

Noverint Univerſi, quos noſſe fuerit opportunum, quod coram Nobis Judicibus Curie ſpirenſis ſub anno Domini M°CCC°XV°. feria tercia ante diem Nativitatis beate Virginis proxima (2. Sept.) conſtituti *Fridericus* dictus *Glockner* & *Wendelmudis* uxor ejus legittima conjuges de *Bubenwilre* manu communicata vendiderunt ac ſe juſto vendicionis titulo vendidiſſe preſentibus publice recognoſcunt *Lucgardi* dicte *Walheimeren* begine ſpirenſi & ejus heredibus cenſus annuos & perpetuos quatuor unciarum hall. dandos & aſſignandos eidem annis ſingulis in feſto beati *Martini* Epiſcopi pro quatuor libris hall. ipſis conjugibus numeratis, traditis & ſolutis, ut autem dicta *Lucgardis* in ſolucione dicti cenſus certa exiſtat & ſecura, prefati conjuges eidem *Lucgardi* & ſuis heredibus dimidium juger vinearum ſitum *uf der alten heiden* juxta vineas dicti *Lammesbuch* & aream ſuam ſitam apud fontem dictum *Etzenbrunnen* pro ſubpignore legittime

me obligarunt, tali videlicet condicione, quod si ijdem conjuges aut eorum heredes in solucione dicti census aliquo annorum negligentes extiterint aut remissi, ex tunc dicta *Lucgardis* aut ejus heredes vineas predictas juxta jus & consuetudinem terre generalem tollere & confiscare poterunt & eas suis usibus applicare, contradictione qualibet non obstante. Renunciaverunt quoque conjuges predicti pro se suisque heredibus universis quoad premissa excepcioni doli mali &c. (sequnntur aliæ clausulæ superius allatæ) Acta sunt hec testibus presentibus videlicet *Sigelone apud fontem. Fritzone* dicto *Kuffer*, *C.* dicto *Gewande*, *H.* dicto *Kercher* & aliis quam pluribus fide dignis ad hoc vocatis specialiter & rogatis. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum duximus ad preces dictorum conjugum presentibus appendendum. Datum anno & die prenotatis.

CCV.

Littere super X. solidis hall. in Frankenwilre. 1315.

Nos Judices Curie Spirensis ad Universorum tam presencium quam futuro-

ro.

rorum noticiam deducimus presentibus publice profitentes, quod coram Nobis constitutus sub Anno Domini M°CCC°XV°. in die Nativitatis beate *Marie* Virginis (8. Sept.) *Volkerus* dictus *Susenheimer* de *Frankenwilre* vendidit ac se vendidisse presentibus publice recognoscit honeste Matrone *Lucgardi* dicte *Walheimern* begine spirensi & ejus heredibus census annuos & perpetuos decem solidorum hallen. legalium & bonorum dandos & solvendos eidem *Lucgardi* & suis heredibus singulis annis in festo beati *Martini* hiemalis pro sex libris hall. & triginta hallensibus legalibus ipsi *Volkero* per prefatam *Lucgardem* traditis & plenarie persolutis. Ut autem eadem *Lucgardis* & sui heredes in solucione dicti census certi existant et securi, predictus *Volkerus* bona infrascripta eidem *Lucgardi* et suis heredibus pro subpignore legitime obligavit, quorum bonorum situs talis est, videlicet una vinea sita in *deme Stahelbuhel phade*, It. dimidium duale vinearum situm *offe der diffen Gaszen* in terminis ville *Frankenwilre*, ita videlicet, quod dictus *Volkerus* vel ejus heredes in solucione dicti

censfus aliquo annorum negligentes extiterint, ex tunc dicta *Lucgardis* vel ejus heredes, quibus dictum censum deputaverit, dicta bona occasione negligentie hujusmodi secundum jus et consuetudinem civitatis Spirensis tollere et confiscare poterunt in judicio seculari ville predicte, contradiccione qualibet non obstante. Renunciavit quoque dictus *Volkerus* pro se suisque heredibus universis quo ad premissam vendicionem excepcioni doli mali etc. (sequuntur aliæ clausulæ) ... circumscriptis. In quorum omnium et singulorum testimonium sigillum nostrum ad preces dicti *Volkeri* Nobis factas duximus litteris presentibus appendendum. Actum et Datum anno Domini et die prenotatis.

CCVI.

Littere super I. libram hall. in Bubenwilre. 1315.

Nos Judices Curie Spirensis ad Universorum tam presencium quam futurorum noticiam deducimus presentibus publice profitendo, quod coram Nobis constituti sub Anno Domini M°CCC°XV°. in Nativitatis die beate *Ma-*

Marie virginis (8. Sept.) *Heintzelinus de Bubenwilre* et *Getzela* uxor ejus legittima vendiderunt ac ſe juſto vendicionis titulo vendidiſſe preſentibus publice recognoſcunt *Lucgardi* dicte *Walheimerin* begine Spirenſi cenſus annuos & perpetuos decem ſolidorum hall. legalium & bonorum dandos & ſolvendos ſingulis annis in feſto beati *Martini* Epiſcopi hyemalis eidem *Luckardi*, & ſi deceſſerit, heredibus ejusdem pro ſex libris & II. unciis hall. legalium & bonorum ipſis conjugibus numeratis, traditis & plenarie perſolutis ac in uſus ſuos converſis, & ut dicta *Luckardis* & ſui heredes in ſolutione & preſentacione dicti cenſus certi exiſtant & ſecuri, dicti conjuges infraſcripta bona videlicet pratum ipſorum, ut aſſerunt, dictum *Guswiſe* ſitum inferius villam *Bubenwilre*. Item duo pomeria, unum ſitum in loco dicto *in der wanden*, & unum ſitum in loco dicto *Mulenbuhel* titulo ſubpignoris legittime obligarunt, tali condicione videlicet, quod ſi ijdem conjuges & ſui heredes in ſolucione & preſentacione aliquo annorum dicti cenſus negligentes exiſterent aut remiſſi, quod ex tunc dicta *Luckardis* & ſui heredes

dicta ſubpignora occaſione negligencie hujusmodi ſecundum conſuetudinem terre generalem tollere & confiſcare poterunt & debebunt contradiccione dictorum conjugum aut ſuorum heredum qualibet non obſtante. Item coram Nobis anno & die predictis conſtituti *Volzo de Bubenwilre* & *Guda* uxor ejus legittima vendiderunt ac ſe vendidiſſe preſentibus publice recognoſcunt, *Lucgardi* ſupraſcripte ſimiliter cenſus annuos & perpetuos decem ſolidorum hall. dandos & ſolvendos ſingulis annis in feſto beati *Martini* ſupra dicto pro ſex libris & duabus unciis hall. ipſis conjugibus traditis & ſolutis, pro qua quidem pecunia ſolvenda dicti conjuges bona infraſcripta videlicet: unum juger pratorum & dictum *Roswiſe* & dimidium juger dictum *amme Lochborne* pro ſubpignore legittime obligarunt ſub modo & forma ſupraſcriptis. Renunciaverunt quoque tam *Heintzelinus* & *Getzela* uxor ejus quam *Volzo* & *Guda* conjuges venditores ſupra dicti pro ſe ſuisque heredibus univerſis excepcioni doli mali &c. (ſequuntur clauſulæ ſæpedictæ) In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium ſigillum noſtrum ad preces dicto-

ctorum conjugum nobis factas duximus litteris presentibus appendendum. Actum & Datum anno & die prenotatis.

CCVII.

Littere super X. *solidis hall. in Albretswilre.* 1315,

Nos Judices Curie Spirensis tenore presencium in publicam deducimus noticiam, quod constituti coram Nobis in figura judicii *Cunradus* dictus *Vasheyer* & *Werndrudis* uxor ejus legittima de *Albretiswilre* manu communicata & unanimi consensu vendiderunt ac se vendidisse recognoscunt presentibus publice censum annuum X. solidorum hall. & perpetuum *Agneti* dicte *de Wizzenburg* presente & sibi ac suis heredibus emente dandum & solvendum eidem ac suis heredibus singulis annis perpetuo in festo Sancti *Martini* hiemalis pro precio VI. librarum hall., quod quidem precium *Cunradus* & *Werndrudis* predicti se à prefata *Agnete* in numerata pecunia eis tradita & soluta recepisse & in usus ac voluntatem ipsorum plene & integre convertisse recognoverunt et presentibus recognoscunt, ut autem *Agnes*

nes predicta et ejus heredes in solucione et assignacione hujusmodi census, ut prescriptum est, certi et securi existant, prefati conjuges memorate *Agneti* unum juger vinee situm in terminis ville predicte in loco dicto *an dem hange zwyssen Wysman* et *Spidelre* tytulo subpignoris et ypothece nomine assignarunt, constituerunt et obligaverunt, ita videlicet, ut quocunque annorum conjuges predicti aut eorum heredes in solucione et assignacione hujusmodi census negligentes fuerint aut remissi, quod ex tunc memorata *Agnes* dictum juger secundum jus et consuetudinem loci, ubi idem juger seu subpignus situm est, pro censu sic neglecto tollere et confiscare poterit et suis usibus applicare ac de eo disponere pro suo libitu voluntatis, contradictione qualibet non obstante. Renunciaverunt etiam conjuges pro se et suis heredibus universis quo ad premissa publicè et expresse omni excepcioni doli mali etc. (cum reliquis clausulis) In quorum omnium testimonium presentes litteras sigillo Curie Spirensis ad rogatum et peticionem parcium predictarum duximus sigillandas. Actum et Datum Anno Domini M°CCC°XV°. cra-

sti-

ſtino Nativitatis beate *Marie* virginis glorioſe. (9. Sept.)

CCVIII.

Littere ſuper X. ſolidis hall. in Ramesbach. Item ſuper X. ſolidis in Lenſenwilre. 1315.

Noverint univerſi preſencium Inſpectores, quod coram Nobis Dominis Judicibus Curie ſpirenſis conſtituti *Heilmannus de Ramesbach* et *Gertrudis* uxor ſua legittima vendiderunt et tradidernnt et ſe vendidiſſe et tradidiſſe publice recognoverunt religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Cyſt. Spir. Dyoc. cenſum annuum decem ſolidorum hall. legalium et bonorum ſingulis annis ſolvendorum in die beati *Martini* pro precio ſex librarum hallenſium, quam pecuniam prefati conjuges confeſſi ſunt ſe recepiſſe et habuiſſe et ſibi numeratam eſſe integraliter et complete et pro dicto cenſu bona ſua infraſcripta predicto Abbati et Conventui in ſubpignus dederunt et conſtituerunt videlicet dimidium juger vinee ſitum *ame Haſenphade* juxta *demme Fiſchebecher.* Item fruſtum vi-

vinee ſitum *amme Goldelinge* juxta duo jugera antiqui ſculteti de quibus vineis dantur tantummodo tres hallenſes cenſuales ad eccleſiam in *Arbotsheim*; Teſtes quoque qui interfuerunt ſunt *Eberhardus* filius ejus *Erlewinus* dictus *Smit* et frater *Heinricus* dictus *Hannebecher* ſubmercator Monaſterii *Uterine Vallis* predicti. Item conſtituti *Heinricus* de *Lenſenwilre* dictus *offe deme Reine* et *Petriſſa* uxor ſua legittima vendiderunt et tradiderunt et ſe vendidiſſe et tradidiſſe publice recognoverunt Abbati et Conventui ſupradictis cenſum annuum decem ſolidorum hallenſium legalium et bonorum ſingulis annis ſolvendorum in die beati *Martini* pro precio ſex librarum hallenſium, quam pecuniam predicti conthorales confeſſi ſunt ſe recepiſſe et habuiſſe et ſibi numeratam eſſe integraliter et complete et pro cenſu antedicto prenominati conjuges bona ſua infraſcripta predicto Abbati et Conventui pro ſubpignore dederunt et conſtituerunt videlicet dimidium juger agri campeſtris ſitum *an den Setzen* juxta *Bertoldum* dictum *Hochbecker*. It. fruſtum prati ſitum ex oppoſito *Bertoldi* predicti domus. Teſtes quo-

quoque qui interfuerunt, sunt *Heinricus* sutor, *Hugo* dictus *Noppe uffe deme Reine*, *Sifridus* filius *Heinrici* et *Petrisse* conjugum predictorum et frater *Heinricus* dictus *Hannebecher* submercator Monasterii *Uterine Vallis* sepedicti, qui hos census predicto Monasterio in anime sui patris ac aliorum suorum progenitorum remedium comparavit. Renunciantes quoque conjuges supradicti pro se et eorum heredibus excepcioni non numerate pecunie etc. (cumreliquis clausulis 22. Jul. 1309.) quoquo modo. In cujus rei testimonium et evidenciam pleniorem Nos Judices predicti sigillum curie spirensis ad peticionem predictorum presentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini M°CCC°XV°. in vigilia beatorum *Symonis* et *Jude* Apostolorum. (27. Oct.)

CCIX.

Littere super unam urnam olei in Huchelnheim. 1315.

Noverint Universi quos nosse fuerit oportunum et specialiter singuli quorum poterit interesse, quod coram Nobis Judicibus Curie Spirensis constituti *Burchar-*

chardus de *Huchehilheim* et *Werndrudis* uxor ſua legittima vendiderunt et tradiderunt ac ſe vendidiſſe et tradidiſſe preſentibus publice recognoſcunt viris religioſis Abbati et Conventui *Uterine Vallis* Ord. Cyſt. Spir. Dyoc. cenſum annuum et perpetuum unius urne olei ſolucionem ſingulis annis in die beati *Martini* pro precio octo librarum et quinque ſolidorum hall. quam pecuniam prenominati conjuges confeſſi ſunt ſe recepiſſe et habuiſſe et ſibi numeratam eſſe integraliter et complete, renunciantes quod predicti conjuges pro ſe et ſuis heredibus exceptioni non numerate etc. (clauſulas reliquas ad an. 1309. 22. Jul.) quoquo modo. Ut autem Abbas et Conventus predicti ſecuriores ſint de cenſu olei prenotati, antedicti conjuges ſupradicto Abbati et Conventui in ſubpignus dederunt et conſtituerunt bona ſua infra ſcripta videlicet pratum ſuum dictum *die breitwiſe* juxta pratum Sancti *Michahelis*. Item unum juger agri campeſtris ſitum in ſuperiori campo juxta duodecim jugera Sancti *Michahelis*. It. ortum ſuum conſitum arboribus ſitum retro Dominam dictam *Beringerin*. It. ortum ſuum

con-

consitum arboribus situm juxta curiam Domine dicte *Cleimennin.* Testes hujus rei sunt *Johannes* dictus *Stellewagen*, *Cunradus* dictus *Nachgebur*, *Cunradus* dictus *Lauwerlin* Spir. et Fr. *Heinricus* dictus *Hanenbecher* unterkaufman Monasterii *Uterine Vallis* predicti, qui censum olei antedictum predicto Monasterio comparavit et quam plures alii fide digni, in quorum evidenciam pleniorem Nos Judices predicti sigillum nostrum ad peticionem predictarum personarum duximus presentibus appendendum. Datum Anno Domini M°CCC°XV°. in vigilia beatorum *Symonis* et *Jude* Apostolorum. (27. Oct.)

CCX.

Littere super uno jugere vinee in Bubenwilre. 1315.

Noverint universi presencium Inspectores, quod coram Nobis Officiale Domini Prepositi Spirensis sub anno Domini M°CCC°XV°. feria quarta ante festum beati *Nicolai* Episcopi (3.Dec.) in jure et judicii figura constituti *H.* dictus *Kercher* et *Juta* uxor sua legittima

ma de *Bubenwilre* Unanimi consensu et manu communicata vendiderunt, tradiderunt et resignaverunt honorabilibus et religiosis viris Abbati ei Conventui *Uterine Vallis* Ord. Cist. Spir. Dyoc. unum juger vinearum situm in terminis ville *Bubenwilre* in loco dicto *Geizeberg* juxta unum juger *Hermanni* nati *Gotzonis* de *Lengenvelt* pro precio undecim librarum hall. bonorum et legalium eisdem conjugibus ex parte dictorum Abbatis et Conventus numerato, tradito et plenarie soluto et in usus suos integre converso, prout publice recognoverunt coram Nobis, transferentes nichilominus in eosdem Abbatem et Conventum, dominium, jus, proprietatem et possessionem jugeris predicti omni eo modo, quo melius valere poterit et debebit. Renunciaverunt eciam prefati conjuges excepcioni non numerate etc... (clausulæ reliquæ sunt insertæ). In cujus rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus appendendum. Actum et Datum Anno Domini et feria quarta prediœis.

CCXI.

CCXI.

Littere ſuper decem ſolidis, ad Infirmariam. 1315.

Jndices Curie Spirenſis univerſis preſencium inſpectoribus ſubſcriptorum noticiam cum ſalute. Conſtituta coram Nobis in figura judicii honeſta matrona Domina *Margareta* relicta quondam *C.* dicti *Munichover* de *Damheim* mota pio affectu religioſis viris Domino Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* ob remedium anime ſue et ſuorum progenitorum dedit et donavit poſt mortem ipſius et ſe dediſſe et donaſſe publice recognovit irrevocabiliter penitus et in totum cenſum annuum decem ſolidorum hallenſium ſolvendorum ſingulis annis in feſto Sancti *Martini* de tercia parte bonorum ſubſcriptorum, ſitis in terminis dicte ville *Damheim*, videlicet, de dimidio jugere agri *in der Sleiten*, Item inter jugera Dominorum *de Hornbacho* dimidium juger agri. Item de dimidio jugere agri juxta domum *Alberti* propè jugera Dominorum *de Hornbaco*. It. de dimidio jugere agri *ame Quecburne*. Item de II. jugere agri *ame Grine*.

It.

It. de ſeptem quartalibus *in deme Baum-garten*, It. de quartali agri juxta Dominos *de Hornbaco*, Item de duobus juribus lignorum in ſilvam ruſticorum de *Burnheim*. It. de II. in ſilvam villanorum in *Knoringen*. Item de duobus juribus in ſilvam ville *Dameheim*, It. de ſex libris hall. ſuper curia ibidem ſita dicta *Sweben* juxta curiam Domine dicte *Heilen* hoſpite, Adjectum eſt eciam quod ſi heredes prefate Domine *Margarete* poſt obitum ipſius ſibi attrahere & poſſidere voluerint dicta bona, ſolvent ac dare tenentur prefatos decem ſolidos cenſuales predictis viris religioſis, ſecundum quod ſuperius eſt expreſſum. Inſuper eundem cenſum preſentabunt ad infirmariam monachorum cenobii prenotati, ut de eodem cenſu conſolentur infirmi poſt feſtum Omnium Sanctorum. Si autem prefati heredes dictum cenſum ſolvere neglexerint vel renuerint, infirmarius dicti cenobii, qui tunc pro tempore fuerit de tercia parte preſcriptorum bonorum ordinet & diſponat, quod ſuo officio videbitur melius expedire. Renuncianſque prefata Domina *Margareta* omni excepcioni & defenſioni ac omni auxilio Juris Canonici


nici & Civilis, per quam aut quod contra premiſſam donacionem de dictis bonis factam venire poſſet quomodolibet per ſe vel alium aut alios publice vel occulte in judicio vel extra inpoſterum vel ad preſens. Datum Anno Domini M°CCC° quinto decimo.

CCXII.

Littere ſuper VIII. uncias hall. ad hoſpitale & ad portam Monaſterii Uterine Vallis. 1315.

Nos Conſules & Univerſitas civium oppidi *Annewilre* tenore preſencium declaramus, quod conſtitutus coram Nobis in figura judicii *Hugo* dictus *Swertfeger* profeſſus eſt ſe vendidiſſe Religioſis viris Domino Abbati & Conventui *Uterine Vallis* octo uncias hall. annui & perpetui cenſus pro octo libris hall. & X. ſolidis, quos confeſſus eſt ſe recepiſſe & in uſus proprios convertiſſe, quem cenſum annuatim dabit *Heinricus* dictus *Meſſrit* & ſui heredes in feſto beati *Martini* de domo & orto adjacente ſita juxta Macellos verſus portam cimiterii ultra viam, quam domum & ortum predicti videlicet *Hugo* & *Heinricus Meſſrit* prefatis religioſis aſſig-

aſſignaverunt coram Nobis titulo ypothece, hunc autem cenſum ſolverunt de pecunia *Gerhardi* ſutoris ſervi ipſorum tali interpoſita condicione, ut quatuor uncie dentur ad hoſpitale pauperum predicti Monaſterii, ut de ipſis quantum extendi poſſunt, infra Paſcha & Pentecoſten in recentibus carnibus vel pullis infirmis ibidem decumbentibus miniſtretur; alie vero quatuor uncie ad portam, ut in die beati *Andree* Apoſtoli, excepta conſueta elemoſina quantum ſe extendere poſſunt, pauperibus illuc venientibus ad laudem Dei & remedium anime predicti *Gerhardi* miniſtretur. Hujus rei teſtes videlicet Dominus *Valko* plebanus ſupradicti Opidi, *C.* dictus *Heckin*, *Bronningus* dictus *bleyſſe*, *H. Meyger* ſutor, *Hugo* dictus *Spanwelder* & ceteri fide digni. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad preces predictarum perſonarum preſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini M°CCC°XV°.



MONASTICON
PALATINUM
CHARTIS ET DIPLOMATIBUS
INSTRUCTUM
NOTITIIS AUTHENTICIS ILLUSTRATUM,

UNA CUM
PRÆMISSIS MEDITATIONIBUS
IN
MONASTERIORUM ADVOCATOS.

ADORNAVIT
STEPHANUS ALEXANDER
EPISCOPUS HELIOPOLENSIS, SUFFRAGANEUS
WORMATIENSIS.

TOMUS IV.



MANNHEMII
TYPIS HOSPITALIS CIVICI, PER F. W. CORDON,
MDCCXCV.



DE ADVOCATIS a) MONASTERIORUM b) MEDITATIONES DIPLOMATICÆ c).

a) Advocati Ecclesiarum jura, bona, facultates & possessiones tuebantur, ad id muneris vocati, ut in publicis judiciis earum causas defenderent & actoris vel rei partes agerent.

Carolus M. Imperator anno Imperii II. Missis Dominicis capitula quædam sive instructionem porrigebat, qualiter justitiam administrarent; in iis cap. XIII ait: *Ut Episcopi, Abbates atque Abbatissæ Advocatos atque Vice-Dominos, Centenariosque legem scientes & justitiam diligentes, pacificosque & mansuetos habeant, qualiter per illos Sanctæ Dei Ecclesiæ magis præceptum vel merces adcrescat. Quia nullatenus neque Præpositos, veque Advocatos damnosos & cupidos in monasteria habere volumus, a quibus magis nos blusphemia vel detrimenta oriantur. Sed tales sint, quales eos Canonica vel regularis institutio fieri jubet, voluntati Dei subditos & ad omnes justitiam perficiendi semper paratos, legem pleniter observantes absque fraude maligna justum semper judicium in omnibus*

exer-

exercentes, Præpositos vestros tales, quales sancta regula fieri docet. Et hoc omnino observent, ut nullatenus a quibus magis nobis a canonica vel regulari norma discedant, sed humilitatem in omnibus habeant. Si autem aliter præsumpserint, regularem disciplinam sentiant, & si se emendare noluerint, a Præposito removeantur, & qui digni sunt, in loca eorum subrogentur. Prohibitum autem fuit in Concilio Moguntino anno Christi DCCCXIII. celebrato Canone XII. ne monachi placita sæcularia adeant, his verbis: *Hoc tamen omnino volumus, ut monachi ad sæcularia placita nullatenus veniant, neque ipse Abbas sine consilio Episcopi sui; & cum necessitas exigit, tunc per jussionem & Consilium Episcopi illuc vadant. Nequaquam tamen contentiones & lites aliquas ibi movere præsumat; sed quidquid quærendum vel etiam respondendum sit, per advocatos suos hoc faciat.* Et canone L. ejusdem Concilii statuitur: *Omnibus igitur Episcopis, Abbatibus cunctoque Clero omnino præcipimus, Vice-Dominos, Præpositos, Advocatos sive defensores bonos habere, non malos, non crudeles, non cupidos, non perjuros, non falsitatem amantes, sed Deum timentes & in omnibus justitiam diligentes. De Judicibus autem vel Centenariis atque Tribunis seu Vicariis dignum esse censemus, ut si mali fuerint, de ministerio suo abjiciantur.*

Paulo antè *Advocati* nominabantur *Vice-Domini*, quæ vox mutilata adhuc in usu est: *Vizdom*, quoniam vices Domini, puta: Ecclesiæ aut Monasterii agendo & respondendo in

in judiciis, alienis & in jure subditis & Ecclesiarum propriis dicundo obierunt.

Heinricus Meibomius Tom. III. Scriptor. Rer. German. p. 248. de *Advocatis* bene notat: *Sancitum sæpe fuit in Conciliis de monastici Ordinis hominibus, ne se mundanis vel sæcularibus negociis immisceant, nec ea, qua mundi sunt, pertractent. Ne, dum cognoverint inferiora bona disponere, non valerent superioribus bonis deservire, ut verbis utar Gregorii Magni. Cum vero Monasteriis ex liberalitate Principum sæpè numero territoria ampla cum oppidis, pagis, præfecturis, villis, pascuis, vineis, piscinis, nemoribus, cum omnibus simul juribus & privilegiis tam Civilibus quam Ecclesiasticis donarentur, ne cogerentur ob hanc causam Abbates & monachi sæcularia negotia, omissis spiritualibus, tractare, jussi sunt ab Imperatoribus & Regibus laicos eligere, quibus ista bona & possessiones curandas, administrandasque commendarent, ipsi interim piis exercitiis precum sedulò vacantes. Non rarò etiam Centauri, Harpyiæque potentiores ecclesiasticis bonis tanquam corvi rapaces, inhiantes, ea sibi vendicabant, inque profanos usus convertebant, ut inde Ministrorum Ecclesiæ & pauperum ratio nulla haberi potuerit.*

Advocatus idiomate germanico effertur: *Schutz- und Schirmherr, Kasten- Vogt. Advocatia: Schutz- und Schirm-* und *Kastenvogtei.* Quas inter denominationes nulla plane intercedit differentia, sed unaquæque nudum protectorem designat. Mansit quidem in usu

 vetus

vetus tam compoſitum quam ſimplex patronorum nomen. In Imperio Romano Germanico nomen *Advocati* potiſſimum defendendi & protegendi cauſa, non aliis negotiis ſeſe ingerendi gratia conſtitutum eſſe intelligitur; quia *Advocatia* hodierna nihil aliud eſt, quam defenſio & tutela. Et *Advocatus* ſive ſimplex ſive compoſitus, *der Fauth*, *der Vogt*, *der Schirm* - oder *Kaſtenvogt* tanquam nudus defenſor, qui in tuitionem ſuſceptos ab omnibus ſuppreſſionibus protegere, in reliquis autem rebus clientes ſuos imperturbatos relinquere tenetur, ut poſt *Hoſtienſem*, *Panormitanum Weſenbeccius conſ.* 48. *n.* 14. *p.* 1. *& Gilm. Symph. ſuplicat. Tom.* 2. *p.* 1. *vot.* 26. *n.* 10. *& Tom.* 1. *p.* 1. *Tom.* 6. *vot.* 2. *n.* 4. nominatim teſtantur, id quod innuere etiam videtur *Roſenthal de feudis* c. 4. *concl.* 14. *n.* 2. ubi dicit: *Advocatiam* Eccleſiæ in Alſatia & vicinis locis dici die *Caſtenvogtey*, ſeque in antiquis libris vidiſſe vocem *Caſtenvogt*, qua nos in Germania utimur, latinè redditam fuiſſe *Advocatum*, cui regulariter nullum adminiſtrationis, ſed nudum defenſionis jus competit. Ex quibus ſatis colligitur, hodiernis moribus regulariter nulli protectori virtute protectionis ſeu prætextu *Advocatiæ*, ſive eum *Kaſten-Vogt*, ſive *Schirm-Vogt* nominemus, ullam adminiſtrationem vel aliam poteſtatem in eccleſiis eorum defenſioni ſubjectis competere ac permiſſam eſſe. *Magerus de Advocatia armata cap.* 2. *num.* 237. *ſeq.*

Die

Die Kaſten Vogtey ſuam ducit originem ab *Advocatia œconomica*, & veriùs dicitur *præfectura Granarii*, quæ advocatia non eſt. Sicut in Palatinatu *die Ausfauthen*, præfecti hominum adventitiorum & *Hünerfauthen*, qui homines proprios & eorum deſcendentes ad unum omnes habeant ſpecificè deſcriptos, mortuos ex albo deleant, ſupervenientes annuatim addant, ad mortuariorum & aliorum, ad quæ pro more regionis homines proprii ſuis dominis tenentur, præſtationem illos fideliter admoneant, contra vim injuſtam defendant, ne ſine domini ſui conſenſu aliò ſuum domicilium transferant, & ut ſummatim res conficiatur, ne Domino in ſuo Agricolationis jure aliquod præjudicium creetur, ſed ut jus illius creſcat potius, ſedulo provideant, ad Officiales & Miniſtros, non ad *Advocatos*, licet nomen *Fauth* gerant, pertinere dignoſcatur.

b) *Monaſteriorum.* Ne forem prolixus nimis, agere de monaſteriorum *Advocatis* tantummodo conſtitui. Unicum de Trevirenſis Eccleſiæ *Advocato* exemplum addo ex *Balderico* ſummæ ædis ibidem Scholaſtico, qui Statum hujus Eccleſiæ ſæculi XII. ſic deſcribit: — *Cum ad Treviros fama perveniſſet, quod Albero promotus ſit ad Archi-Epiſcopatum, Ludovicus Burggravius* (Vice-Dominus) *conjurationem fecit, quod, ſi unquam D. Albero Civitatem Trevirorum intraret, morti eum traderet & ipſe Ludovicus juramento tali addidit, quod ipſe futurus*

 eſſet

esset primus, qui in illum irrueret. Causa autem, propter quam Ludovicus prædictus in tantum se opponebat D. Alberoni, hæc erat: Dominum Gebehardum (Godefridum) *Archiepiscopum suis artibus in tantum sibi subegerat, quod dicebat se in beneficio tenere palatium atque omnes redditus Episcopales in illud deferendos & quod ipse pascere deberet Episcopum cum suis capellanis; & cætera omnia ad Episcopatum pertinentia de suo esse beneficio; ad Episcopum autem dicebat, pertinere missas & ordinationem Clericorum & Consecrationes Ecclesiarum celebrare; sui vero juris dicebat esse, terram regere, omniaque in Episcopatu disponere & militiam tenere; unde per singulos dies ad prandium Episcopi Sextarium vini & duos sextarios cerevisiæ administrabat, ipse vero cum multitudine hominum in mensa sua quasi magnus princeps quotidie epulabatur splendide; stipatus caterva militum ubique incedebat & omnibus modis toti terræ principabatur. Inde evenit, quod prædictus Episcopus* (Godefridus) *tantum odium incurrit omnium clericorum, eo quod ipse spernens consilia & familiaritatem totius cleri soli laico se dedisset, quod ad depositionem ejus cœperunt laborare, ipse autem paupertate oppressus coram adversariis suis succubuit. . . . Et quoniam Alberonem acris ingenii & in omnibus providum & sibi non futurum obnoxium præsciebat Ludovicus & quia non ferre dominium, sed dominari didicerat, ideo ipsi opponebat &c. Hac conjuratione comperta,* prosequitur Baldericus, *Dominus Albero Archi-Episcopus, cum prius tanquam Episcopalis Officii onus subterfugiens,*

giens,

giens, sese a commissa sibi civitate subtraheret. . . . . Nunc collecto milite Trevirim adiit, cui Clerici ad Albam portam cum solemni processione obviantes honorifice cum hymnis & laudibus studio magno eum susceperunt. Ludovicus vero & sui conjurati similiter & occurrentes cum vidissent eum tam magna manu militum stipatum, obstupescentes & mente confusi, pacem statim simulaverunt & inter omnes primus Ludovicus ad salutandum blanda & humili voce ad Dominum suum festinavit & ad ejus osculum accessit. . . . Cum acceptis Regalibus Treverim intraturus esset, inter omnes reditus Episcopales non potuit tantum reperiri, unde prima die ei posset servitium præparari; omnia enim ad Episcopatum pertinentia aut oppignorata erant aut prædictus Ludovicus & sui conjurati ea se beneficio tenere dicebant. Ea propter Dominus Archiepiscopus aliquid contra paupertatem providens a D. Papa Innocentio impetraverat, quod reditus ecclesiasticos, quos ante Episcopatum tenuerat, per spatium trium annorum ei tenere concessit. Cumque vinum & annonam suam & cætera ad victum suum pertinentia secundùm antiquam consuetudinem ad palatium deferrentur, prædictus Ludovicus omnia includens, non nisi quantum sibi placebat, sicut cum antecessoribus suis consueverat, ei per singulos dies distribuebat, cætera vero ipse cum suis expendebat. Quod cum D. Archiepiscopus aliquamdiu tolerasset, ille Ludovicus in tantum ejus patientia abusus est, quod quadam die in postmeridiano, cum extranei quidam ad curiam venissent, & ipse, ut consuetum est curiis, juberet

propinari, & cum venissent ministri ejus pro vino ad palatium, procurator Ludovici respondit, se nihil dare illis, nisi Dominus Ludovicus præciperet. Hæc & his similia cum sæpè passus esset, tandem visum est ei hoc malum intolerabile. . . . Multis sumptibus restruxit & victualia sua illuc deferri jussit & tunc sarcasmum talem protulit: nunc habeat Ludovicus suum palatium. Postea vero per triennium mansionem suam ibi faciens studium suum ad hoc omnino adhibuit, ut reditus Episcopales absolutos faceret & curiam Humahe pro trecentis marcis redemit, quam prædecessor ejus D. Meinerus invadiaverat, & cætera ferè omnia ad Episcopatum pertinentia D. Albero redemit à D. Godefrido aut invadiata aut in beneficium data. Tandem Ludovicus vacuum suis sumptibus servans palatium ad tantam devenit humilitatem, quod nudis pedibus in laneis Palatiolo ad pedes se provolvit Archiepiscopi, misericordiam petens & palatium resignans. —.

Anno MCXCVII. *Heinricus* Comes Palatinus Rheni de Advocatia Ecclesiæ & Civitatis Trevirensis cum omnibus appenditiis tam feodatis quam non feodatis *Joanni* Archi-Episcopo Trevirensi resignationem fecit; sub tali forma, quam idem Comes Palatinus juravit super clavum Domini & super omnes reliquias in eadem capside contentas, quod nec ipse, nec aliquis hæredum suorum eandem *Advocatiam* & prædicta feuda nunquam repeteret. Archi-Episcopus quoque sub pœna

na excommunicationis inhibuit, quod nec ipſe, nec aliquis ſucceſſorum ſuorum prædictam *Advocatiam* & eadem feuda impoſterum alicui hominum infeudaret, niſi indignationem Dei omnipotentis & ſententiam excommunicationis incurrere vellet. *Illuſtr. ab Hontheim Hiſt. Trevir. Diplom. Tom. I. p. 629. ſeq.*

c) Chartas & Diplomata monaſteriorum magno numero attenta mente eum in finem perlegimus, ut Poſitiones quasdam fide ſolemnium inſtrumentorum roboratas circa doctrinam *de Advocatis monaſteriorum* ſiſteremus. Sequentes tandem eruimus:

POSITIO PRIMA:

Imperator ſive Rex Romanorum Univerſalis Monaſteriorum *Advocatus* eſt.

POSITIO SECUNDA:

Jus *Advocatiæ* monaſteriorum certis ſœpè familiis in limine fundationis annexum.

POSITIO TERTIA:

Monaſteriis à Sœculo X. fundatis jam permiſſa fuit libera *Advocatorum* electio.

PO-

POSITIO QUARTA:

Pontifex, Archi - & Episcopi monasteria sub suo habent mundiburdio & dispositione.

POSITIO QUINTA:

Officium *Advocati*, ejusdemque jura determinantur.

POSITIO SEXTA:

Advocatorum excessus.

Media probandi positiones antedictas magis ponderosa invenire non licet, quam Diplomata & chartas ordine chronologico dispositas, ut quivis, cui animus necdum est præoccupatus, mox discernere valeat, quid quovis sœculo in usu & quàm longè à recto tramite discessum fuerit? Hæ veritates amicæ erunt iis, qui Verbo Dei adhuc credunt, ingeminanti, quod propter injustitias transferentur regna; iis autem minimè, qui jam obcœcati & probrosæ libertatis exitio accelerant æviterno. Nunc ad positionem I. sive

CAPUT

CAPUT I.

IMPERATOR SIVE REX ROMANORUM UNIVERSALIS MONASTERIORUM ADVOCATUS EST.

§. 1.

Carolus Magnus Imperator Anno Chriſti DCCC. à *Leone* III. PP. Romæ coronatus non omiſit juramento ſe obligare Romanæ Eccleſiæ, omnium Eccleſiarum Matris defenſorem, quod jusjurandum his verbis concipi a poſteris etiam conſuevit: *In nomine Chriſti ſpondeo atque polliceor ego Carolus Imp. coram Deo & beato Petro Apoſtolo me protectorem ac defenſorem fore hujus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in omnibus utilitatibus, quatenus divino fultus fuero adjutorio, prout ſciero poteroque.* Hæc in ſacrorum libro Rituum, quem vetuſtas Romanum Ordinem appellavit. *Baronius ad h. a. n. X.*

In teſtamento ſive diviſionis Decreto ejusdem Imperatoris anno DCCCVI. in *villa Theodonis* conſtituto, ab optimatibus *Francorum* ſubſcripto ad rem noſtram ita eſt diſpoſitum: — „Super om-

„ omnia autem jubemus, ut ipſi tres „ fratres (*Caroli M.* filii *Carolus*, *Pipinus* & *Ludovicus*) curam & defenſionem S. Petri ſimul ſuſcipiant, ſicut „ quondam ab avo noſtro Carolo & beatæ memoriæ Genitore Pipino Rege & „ a nobis poſtea ſuſcepta eſt, ut eum cum „ omni adjutorio ab hoſtibus defendere „ nitantur & juſtitiam ſuam, quantum „ ad ipſos pertinet & ratio poſtulat, habere faciant. Similiter & de cæteris „ Eccleſiis, quæ ſub illorum fuerint poteſtate, præcipimus, ut juſtitiam ſuam „ & honorem habeant & paſtores & rectores Venerabilium locorum habeant „ poteſtatem rerum, quæ ad ipſa pia „ loca pertinent, in quocunque de his „ tribus Regnis illarum Eccleſiarum poſ- „ ſeſſiones fuerint. „ *apud Pithæum.*

Anno DCCCXIII. *Caroli* Imp. ultimo, in templo, quod *Aquisgrani* eſt, loquitur Optimus & Auguſtiſſimus Parens ad filium ſuum *Ludovicum* coram omni multitudine Pontificum & Optimatum ſuorum, admonens eum inprimis, Omnipotentem Deum diligere & timere, ejus præcepta ſervare in omnibus, Eccleſias Dei gubernare, & defendere a pravis hominibus.... deinde

Sa-

Sacerdotes honorare ut Patres, populum diligere ut filios, superbos & nequissimos homines in viam salutis coactos dirigere, cœnobiorum consolator & pauperum esse... Postquam hæc verba & alia multa coram multitudine filio suo ostenderat, interrogavit, si obediens voluisset esse præceptis suis? at ille respondit, libenter obedire & cum Dei adjutorio omnia præcepta, quæ mandaverat ei Pater, custodire. Tunc jussit eum Pater, ut propriis manibus coronam, quæ erat super altare, elevaret & capiti suo imponeret, ob recordationem omnium præceptorum, quæ mandaverat ei Pater. At ille jussionem Patris implevit. *Baronius ad hunc annum n. XVIII & XIX.*

Chartis nunc & Diplomatibus assertum nostrum eamus demonstratum:

§. 2

E Codice Monasterii Lauresha-mensis *præstantissimo in Archivio Moguntino asservato, Carolum Francorum* Regem Virum illustrem circa libertatem dicti monasterii & electionem Abbatis ita loquentem adducimus: —:

„Dum

„Dum *Gundelandus* Abbas *) cerne-
„ret, ipsius sancti loci imminere peri-
„culum, atque vereretur, ne desolatio
„propter intentionem iniquorum homi-
„num & ipsis monachis fieret, ad no-
„stram visus est accessisse præsentiam,
„qui & ipsum monasterium in manu
„nostra tradidit, etiam & secum om-
„nem congregationem suam in Mun-
„deburden vel defensionem nostram
„plenius commendavit, quem nos gra-
„tulanti animo tam propter mercedis
„augmentum quam & pro eodem gre-
„ge salvando visi fuimus percepisse. Pe-
„tiit etiam memoratus Abbas suique
„monachi talem a Nobis aucthoritatem,
„ut quotiescunque Abbatem jam dicti
„monasterii ex hoc contigerit sœculo
„migrare ad Dominum, inter se quem
„dignum honoris hujus invenerint,
„unanimiter ex semetipsis eligere debe-
„rent, quorum petitionem ob amorem
„Dei & nostræ mercedis cumulum ne-
„quivimus denegare, sed ita præstitis-
„se vel in omnibus confirmasse cognos-
„cite. Præcipientes enim jubemus, quia
„cognoscimus, quod ipsa congregatio
„sub

*) Successit *Ruthgango* (*Chrodegango*) Abbati primo, qui simul erat Metensis Episcopus.

„ſub recto ordine vivere & in regula
„ Sancti Benedicti converſari deſiderat,
„ ut noſtro quidem permiſſo ſemper ſu-
„ per ſe ex ipſa congregatione, qui Deo
„ acceptabilis ſit, eligere valeant Ab-
„ batem, quatenus inter ipſum Gregem,
„ quia boni ibidem Congregati in unum
„ præſtare, ne quis ex adverſo eum di-
„ ripiendum adveniat, ſed de proprio
„ ſemper gaudere patrono valeant, quia
„ nolumus, ut per aliquam occaſionem
„ ipſi monachi, quos Dominus Rudgan-
„ gus etiam & Gundelandus ad opus
„ Dei exercendum congregaverunt, ul-
„ lo umquam tempore exinde alienati
„ aut diſperſi, nec ipſi ſucceſſores eo-
„ rum eſſe debeant, ſed ſicut in teſta-
„ mento illius donationis, quam per
„ Williswindam & Cancrinum adepti
„ ſunt, continetur, ita in omnibus cir-
„ ca ipſam congregationem ſit conſer-
„ vatum, ut valeant regulam ſancti Be-
„ nedicti perpetualiter, ſicut ordo edo-
„ cet, & corporis fragilitas permittit,
„ cuſtodire & ſub noſtra, ut diximus,
„ mundeburde vel defenſione in ipſo
„ monaſterio quiete vivere vel reſidere.
„ Propterea hanc præceptionem noſtram
„ eis dedimus, per quam omnino jube-

 mus,

„mus, ut nullus quislibet de Episcoporum personis, in cujus parochia ipsum monasterium fundatum esse cernitur, aut de cœteris hominibus quis dictum Gundelandum Abbatem vel Monachos ex ipso monasterio, & homines, qui ad eos juste & rationabiliter spectare videntur, inquietare aut contingere vel contra rationis ordinem facere præsumat, sed semper valeant sub nostra defensione, seu sub hæredibus nostris omni tempore, ut diximus, quieti residere & eis, quæ illis propter nomen Domini concessimus, bene semper in omnibus perfrui, quatinus delectet Abbatem vel monachos ex ipso monasterio pro nobis & nostra subsequente progenie seu Gente Francorum Domini misericordiam adtentius deprecari." Confer: *Helwichii Antiquitates Laurishamenses apud Joannis Script. Rer. Magunt. Tom. III. pag.* 12, *seq.* & *Codex Laureshamensis Diplomaticus ab Academia Theodoro-Palatina editus Tom. I. pag.* 10. *seq.*

§. 3.

§. 3.

An. DCCLXXII. Idem *Francorum* Rex in *Villa Theodonis* alterum conceſſit de immunitate præceptum ſpecialius extenſum; — „Igitur cognoſcat „magnitudo ſeu utilitas veſtra, quod „Nos ad monaſterium, quod dicitur „Lauresham, quod eſt conſtructum in „honore beatorum Apoſtolorum Petri „& Pauli vel cœterorum Sanctorum & „ubi pretioſus Dominus & ſanctus præ„clarus Martyr Nazarius in corpore re„quieſcit, vel in virtute fulgeſcit, & Ve„nerabilis vir Gundelandus Abbas una „cum norma monachorum præeſſe vi„detur, infra pagum Rhinenſem ſuper „fluvium Wiſgoz integram emunitatem „ejus merito compellente plena & inte„gra gratia pro mercedis noſtræ aug„mento vel pro ejus quiete aut ſucceſ„ſorum illorum viſi fuimus conceſſiſſe. „Qua propter hoc præceptum ſpecia„lius decernimus ordinandum, quod in „perpetuum volumus eſſe manſurum, „ut neque vos neque juniores ſeu ſuc„ceſſores veſtri, nec quislibet de judi„ciaria poteſtate accinctus in curtis vel „villis ipſius monaſterii aut eccleſiæ ſuæ

 aſpi-

„ aſpicientes, in quibuslibet pagis atque
„ territoriis, tam quod præſenti tempo-
„ re videtur poſſidere vel dominicare,
„ quam quod adhuc ex munere Regum
„ ſeu Reginarum, ſeu quod per collata
„ populi vel de comparato vel de quo-
„ libet adtractu augmentare ſeu adtra-
„ here potuerint, ad cauſas audiendum
„ vel freda undique exactandum nec fi-
„ dejuſſores tollendum, nec manſiones
„ aut paratas faciendum, nec ad homi-
„ nes ſuos tam ad ingenuos, quam &
„ ad ſervientes ſeu accolatus ipſius mo-
„ naſterii diſtringendum, nec ullas redi-
„ bitiones publicas requirendum nec ex-
„ actandum, quod ad partem fiſci noſtri
„ exinde redibetur, penitus ingredi ju-
„ diciaria poteſtas, aut miſſi noſtri diſ-
„ currentes non præſumant, ſed omnes
„ villas ſuas ſub emunitatis nomine cum
„ omnibus fredis aut conjectas ſeu pub-
„ licas redibitiones conceſſas, omnia, ſi-
„ cut ſuperius comprehenſum eſt, tam
„ ipſe Abbas, quam & ſucceſſores ſui
„ hoc in Dei nomine valeant poſſidere
„ vel dominari, ut nullus quislibet de
„ fidelibus noſtris tam præſentibus,
„ quam & futuris hoc, quod nos pro
„ noſtra mercede vel pro ſtabilitate Deo
ad-

„adjuvante regni Francorum ad ipſam „caſam Dei indulſimus, ullo unquam „tempore, vel qaalicumque quolibet „ingenio irrumpere videatur, ſed ſicut „ſuperius meminimus, noſtris & futu„ris temporibus absque ulla contrarie„tate partibus prædicti monaſterii vo„lumus in omnibus eſſe conſervatum „atque indultum....„ Confer: *Helwich loc. cit.* p. 13. *& Codex Laureſh. l. c.* p. 13. *ſeq.*

§. 4.

Ludovicus pius Imperator in charta *Aquisgrani* anno DCCCXV. data ſic enuntiat: — „Quia Adalungus Abbas „ex monaſterio Laureshammo obtulit „obtutibus noſtris auctoritatem immu„nitatis Domini & Genitoris noſtri bo„næ memoriæ Caroli piiſſimi Auguſti, „in qua continebatur inſertum, quali„ter idem Genitor noſter ipſum mona„ſterium ob amorem Dei, tranquillita„temque fratrum ibidem conſiſtentium „ſemper ſub pleniſſima tuitione & im„munitatis defenſione ab omni inquie„tudine judiciariæ poteſtatis conſiſtere „feciſſet; propter firmitatem tamen po„ſtulavit a Nobis prædictus Adalungus

„ Abbas, ut paternum morem ſequen-
„ tes hujuscemodi noſtræ immunitatis
„ præceptum ob reverentiam Sancti Na-
„ zarii martyris, qui ibidem corpore
„ requieſcit, circa ipſum monaſterium
„ fieri cenſeremus, cujus petitioni liben-
„ ter aſſenſum præbuimus & hoc noſtræ
„ auctoritatis præceptum erga ipſum
„ monaſterium & monachos ibidem Deo
„ militantes immunitatis atque tuitionis
„ firmitatis gratia, pro divini cultus a-
„ more & animæ noſtræ remedio fieri
„ decrevimus, per quod præcipimus at-
„ que jubemus, ut nullus judex publi-
„ cus vel quislibet ex judiciaria poteſta-
„ te, aut ullus ex fidelibus noſtris tam
„ præſentibus quam & futuris in eccle-
„ ſias aut loca vel agros ſeu reliquas
„ poſſeſſiones prædicti monaſterii, quas
„ moderno tempore in quibuslibet pa-
„ gis vel territoriis infra ditionem Im-
„ perii noſtri juſte & legaliter poſſidet
„ vel quæ deinceps a Catholicis viris
„ eidem collatæ fuerint monaſterio, ad
„ cauſas audiendas vel freda aut tribu-
„ ta exigenda aut manſiones aut para-
„ tas faciendas aut fidejuſſores tollen-
„ dos aut homines ipſius Monaſterii tam
„ ingenuos quam ſervos ſuper terram
ip-

„ ipſius commanentes injuſte diſtringen-
„ dos, nec ullas redibitiones aut illici-
„ tas occaſiones requirendas noſtris nec
„ futuris temporibus ingredi audeat,
„ nec ea, quæ ſupra memorata ſunt, pe-
„ nitus exigere præſumat, ſed liceat me-
„ morato Abbati ſuisque ſucceſſoribus
„ res prædicti monaſterii ſub immunita-
„ tis noſtræ defenſione quieto ordine
„ poſſidere. Quicquid eciam exinde jus
„ fiſci exigere poterat, in integrum ei-
„ dem conceſſimus monaſterio, ſcilicet,
„ ut in alimoniam pauperum & ſtipen-
„ dia monachorum ibidem Deo famu-
„ lantium perennibus temporibus profi-
„ ciat in augmentis. Et quando quidem
„ divina vocatione ſupradictus Abbas
„ vel ſucceſſores ejus de hac luce migra-
„ verint, quamdiu ipſi monachi tales
„ inter ſe invenire potuerint, qui ipſam
„ congregationem ſecundum regulam
„ Sancti Benedicti regere valeant, per
„ hanc noſtram auctoritatem & conſen-
„ ſum ſicut & eis Dominus & Genitor
„ noſter conceſſit per ſuam auctoritatem
„ licentiam habeant, eligendi Abbates,
„ quatinus ipſis ſervis Dei, qui ibidem
„ Deo famulantur, & pro eodem Geni-
„ tore noſtro & pro nobis & conjuge

 pro-

„ proleque noſtra & ſtabilitate totius
„ Imperii noſtri Nobis a Deo collati &
„ ejus clementiſſima miſeratione per im-
„ menſum conſervandi jugiter Domini
„ miſericordiam exorare delectet.... „
Codex cit. p. 31. *ſeq.*

§. 5.

Anno DCCCLII. *Samuel* Epiſcopus Wormatienſis & Rector monaſterii Laureshamenſis obtulit obtutibus *Ludovici* Regis auctoritatem immunitatis Domini *Ludovici* piiſſimi Auguſti bonæ memoriæ Genitoris ejusdem, in qua continebatur inſertum, qualiter dictum monaſterium ob amorem Dei tranquillitatemque fratrum ibidem conſiſtentium ſemper ſub pleniſſima tuitione & immunitatis defenſione ab omni inquietudine judiciariæ poteſtatis conſiſtere feciſſet; propter firmitatem tamen rei poſtulavit prædictus *Samuel*, ut paternum morem ſequentes hujuscemodi immunitatis præceptum circa ipſum monaſterium fieri cenſeremus, ait *Ludovicus* Rex filius; „ Cujus petitioni li-
„ benter aſſenſum præbuimus & hoc no-
„ ſtræ auctoritatis præceptum erga ip-
„ ſum monaſterium & monachos ibidem
Deo

„ Deo militantes, immunitatis atque
„ tuitionis firmitatis gratia pro divini
„ cultus amore & animæ noſtræ reme-
„ dio fieri decrevimus, per quod præ-
„ cipimus atque jubemus, ut nullus Ju-
„ dex publicus vel quislibet ex judicia-
„ ria poteſtate aut ullus ex fidelibus no-
„ ſtris tam præſentibus quam & futuris
„ in eccleſias aut loca vel agros ſeu re-
„ liquas poſſeſſiones prædicti monaſte-
„ rii, quas moderno tempore in quibus-
„ libet pagis vel territoriis infra ditio-
„ nem regni noſtri juſte & legaliter poſ-
„ ſidet vel quæ deinceps a Catholicis
„ viris eidem collatæ fuerint monaſte-
„ rio, ad cauſas audiendas vel freda
„ aut tributa exigenda, aut manſiones
„ vel paratas faciendas aut fidejuſſores
„ tollendos aut homines ipſius monaſte-
„ rii tam ingenuos quam ſervos, ſuper
„ terram ipſius commanentes injuſte di-
„ ſtringendos aut alias redibitiones aut
„ illicitas occaſiones requirendas noſtris
„ nec futuris temporibus ingredi au-
„ deat, nec ea, quæ ſupra memorata
„ ſunt, penitus exigere præſumat, ſed
„ liceat memorato Præſuli & Abbati,
„ ſuisque ſucceſſoribus, res prædicti mo-
„ naſterii ſub immunitatis noſtræ defen-

 ſione

„ ſione quieto ordine poſſidere. Quic-
„ quid etiam jus fiſci exigere poterat,
„ in integrum eidem conceſſimus mona-
„ ſterio ſcilicet, ut in alimoniam pau-
„ perum & ſtipendia monachorum ibi-
„ dem Deo famulantium perennis tem-
„ poribus proficiat in augmentis. Et
„ quando quidem vocatione ſupradictus
„ Epiſcopus vel ſucceſſores ejus de hac
„ luce migraverint, quamdiu ipſi mo-
„ nachi inter ſe tales invenire potue-
„ rint, qui ipſam congregationem ſe-
„ cundum regulam Sancti Benedicti re-
„ gere valeant, per hanc noſtram aucto-
„ ritatem & conſenſum, ſicut & eis Do-
„ minus & Genitor noſter per ſuam au-
„ ctoritatem conceſſit, licentiam habeant
„ eligendi Abbates, quatinus ipſos ſer-
„ vos Dei, qui ibidem Deo famulantur
„ & pro eodem Genitore noſtro & pro
„ nobis & conjuge proleque noſtra &
„ ſtabilitate totius regni noſtri a Deo
„ nobis collati & ejus clementiſſima per
„ immenſum conſervandi jugiter Domi-
„ ni miſericordiam exorare delectet. „
Codex cit. p. 62.... Ejusdem tenoris
eſt Confirmatio *Arnulphi* Regis. A. 888.

§. 6.

§. 6.

An. DCCCXCVI. *Arnolfus* Imperator, An. DCCCCXIII. *Cunradus* Rex, Anno ſequente Idem. An. DCCCCXL. *Otto* Rex eadem circa immunitatem & libertatem privilegia roborarunt. *Otto* iſte An. DCCCCLVI. notum fecit —
„ Multis ante Nos temporibus usque ad
„ hæc noſtra tempora Abbatiam Lan-
„ reshamenſem per varia diſperſam at-
„ que diviſam, in unum recollegimus
„ & ſuæ eam poteſtati, quam injuſte
„ viſa eſt amiſiſſe, reſtituimus & Vene-
„ rabili ejusdem loci Abbati Gerbodo-
„ ni cum omni integritate commiſimus
„ atque tradidimus & ut idem ipſe Ab-
„ bas ſuique ſucceſſores æque Abbates
„ plena & integra poteſtate prædicto
„ loco, cunctisque ad idem cœnobium
„ pertinentibus præſint & dominentur,
„ ne monachi ibidem congregati vel
„ congregandi ab alio inquietentur, ſed
„ tranquilla pace Deo famulentur, Im-
„ perii noſtri auctoritate conſtituimus
„ & perpetuam vel liberam eisdem mo-
„ nachis eligendi, cum opus fuerit, Ab-
„ batem inter ſe licentiam & arbitrium
„ regalitatis noſtræ pietate concedimus.

Juſſi-

„ Juſſimus quoque ob remedium animæ „ noſtræ præfato monaſterio cartam im- „ munitatis vel tuitionis firmitatis gra- „ tia conſcribi, per quam præcipimus „ atque jubemus, ut nullus Judex pub- „ licus vel quislibet ex judiciaria pote- „ ſtate, ſeu alia aliqua perſona quic- „ quam poteſtatis aut negotii in rebus „ ejusdem monaſterii ſine Abbatis licen- „ tia exercere vel habere præſumat, „ nec homines ipſius loci tam ingenuos „ quam ſervos injuſte diſtringere vel ad „ cauſas audiendas, vel freda aut tri- „ buta ſolvenda, aut manſiones vel pa- „ ratas faciendas, aut fidejuſſores tol- „ lendos cogere vel quicquam ab eis pe- „ nitus exigere audeat, ſed ſub immu- „ nitatis noſtræ defenſione omnia illuc „ aſpicientia Abbas quieto ordine & abs- „ que ulla moleſtia poſſideat..... Acta „ ſunt hæc in Lauresham.„ *Codex cit.* p. 121.

§. 7.

Idem *Otto* an. DCCCCLXIII. *Papiæ* ſubſiſtens priora denuo firmat privilegia hoc tenore — „ Notum ſit om- „ nibus tam præſentibus quam & futu- „ ris fidelibus, qualiter ob amorem Dei &

„'& animæ noſtræ remedium Abbatiam
„ Cœnobio Lauresham appendentem in
„ unum deinceps eſſe collectam & ipſum
„ cœnobium regulari ordine & Abbate
„ ſolide & inconvulſe per omnia ſem-
„ per vigere decrevimus, quapropter
„ obſecrante Venerabili Abbate Gerbo-
„ done, eidem monaſterio noſtra elec-
„ tione inthronizato, hoc noſtræ aucto-
„ ritatis præceptum fieri volumus, quo
„ præcedentium Auguſtorum ſcilicet il-
„ luſtris & Magni Caroli piique Hludo-
„ uuici benignitatem imitando, regula-
„ rem monachis illius monaſterii de Ab-
„ bate electionem indulgemus & ipſam
„ Abbatiam ex integro poteſtati Abba-
„ tum ad communem utilitatem Mona-
„ chorum Deo ibi famulantium ſubdi-
„ mus. Statuimus etiam Epiſcopum,
„ in cujus parochia ſitum eſt monaſte-
„ rium, ex qualibet occaſione ibi irrum-
„ pere, ſeu monachos irrationabiliter
„ inquietare non debere, nec ex rebus
„ monaſterii in omni Imperii noſtri di-
„ tione thelonei exactionem fieri, nec
„ publicum Judicem ſeu quemlibet ex
„ judiciaria poteſtate vel aliquam aliam
„ perſonam quicquam poteſtatis aut ne-
„ gotii ſine voluntate aut permiſſu Ab-
ba-

„ batis in omnibus sœpe dicti monaste-
„ rii rebus habere vel exercere. Quic-
„ quid jus fisci exinde exigere potue-
„ rat, ex integro in usus monasterii ce-
„ dere præcipimus. Homines quoque
„ ingenuos seu servos in possessionibus
„ monasterii commanentes distringere,
„ sive ipsas possessiones contra Abbatis
„ decretum intrare seu ad causas au-
„ diendas, seu mansiones faciendas, aut
„ freda vel tributa exigenda, vel ullam
„ in aliquo violentiam faciendam omni-
„ bus omnino hominibus per hanc no-
„ stræ immunitatis conscriptionem præ-
„ sentem interdicimus, atque ab hujus-
„ modi vel simili præsumptione cunctos
„ per omnia inhibemus, quatinus Ab-
„ bas & monachi omnia illuc aspicien-
„ tia sub nostra tuitione, quo ordine
„ quietiore possederint, eo liberius pro
„ statu Imperii, nostraque salute Deo
„ vacent . . . „ *Codex cit. pag.* 123.
Formæ planè similis est illud præceptum An. DCCCCLXXII. in *Franconfurt* concessum. l. c. p. 130. Eadem continentur in charta *Ottonis* secundi Imperatoris triennio post *Wormatiæ* data. *Codex cit.* p. 132.

§. 8.

§. 8.

Benedictus VII.P.An.DCCCCLXXXII. Majestatis Imperatoriæ præcepta authoritate Apostolica roborat, inter alia enuntians: „Quia excellentia Spiritualis filii nostri Domini Ottonis piissimi „Imperatoris Augusti postulavit a Nobis, quatinus Monasterium Lauresham, quod constructum esse certum „est à piissimis Imperatoribus Carolo „Magno, filioque ejus Ludovico, eorundemque successoribus, ubi modo „venerabilis Abbas Salemannus regulari institutione præesse videtur, privilegiis Sanctæ Romanæ & Apostolicæ Sedis modis omnibus decoretur. „Scilicet, ut nullius juri & dictioni submittatur & ideo piis desideriis spiritualis filii nostri faventes, hac nostra „Apostolica auctoritate decernimus, id „ipsum præfatum monasterium amodo „& usque in finem sœculi sub patrocinio Sanctæ Romanæ & Apostolicæ „matris Ecclesiæ cum omnibus, quæ „ad illud pertinent, permanendum. „Decernimus namque sub divini judicii obtestatione & beati Petri Apostolorum principis, nostræque auctoritatis

„ tis interdictione, ut nullus in aliquo
„ gradu constitutus vel in quolibet or-
„ dine aut ministerio audeat moleste
„ causis ejusdem monasterii incumbere
„ aut de rebus & possessionibus quoquo
„ modo aufferre, aut alienare seu ipsos
„ monachos inibi Deo servientes inquie-
„ tare præsumat, nec quamlibet mali-
„ tiam & jacturæ molestiam ibidem in-
„ ferre conetur, dum profecto illud, ut
„ sœpe prædictum est, firma stabilitate
„ sub patrocinio & juris dictione sanctæ
„ nostræ Romanæ matris Ecclesiæ per-
„ manendum sancimus. Addimus in-
„ super post obitum Abbatis, ut nemo
„ ibidem Abbatem constituat, nisi quem
„ consensus & communis voluntas ibi-
„ dem regulariter viventium ex ipsa
„ congregatione elegerit, nullumque
„ præmium sive donum pro consecra-
„ tione illius Abbatis, qui tunc tempo-
„ ris fuerit præsul, accipere contendat,
„ & si eum gratis ordinare noluerit, vel
„ à nostra Romana matre ecclesia vel à
„ quolibet Venerabili Episcopo per no-
„ stram auctoritatem libere ordinetur,
„ promulgantes nempe & hoc auctori-
„ tate beatissimi Petri Principis Aposto-
„ lorum coram Deo & terribili ejus fu-

turo

„ turo examine per hujus nostri episto-
„ lici privilegii constitutionem sanci-
„ mus, ut universa, quæ ab antecesso-
„ ribus successoribusque nostris in rebus
„ mobilibus & immobilibus concessa
„ sunt, nec non & possessiones, quæ à
„ regibus & principibus seu a quibusli-
„ bet Christi fidelibus collata sunt, fue-
„ rintve in posterum, inconcussa stabi-
„ litate ad jus & dominium Sancti Na-
„ zarii Martyris perpetuis temporibus
„ perseverent, nec licentia sit, ut dictum
„ est, ex omnibus eidem sancto mona-
„ sterio pertinentibus, cuique magnæ,
„ parvæque personæ diripere quicquam
„ et aufferre, ut profecto ad Dei lau-
„ dem securum et tranquillum juste id,
„ quod subjectum juri et patrocinio San-
„ ctæ Sedis Apostolicæ fore decrevimus,
„ bene dotatum et in melius dotandum
„ permaneat. Si quis autem, quod non
„ optamus, nefario ausu præsumpserit,
„ hæc, quæ à Nobis ad honorificentiam
„ Domini Dei et Salvatoris nostri pro
„ stabilitate ipsius monasterii et quiete
„ Monachorum statuta sunt, transgre-
„ di, sciat se anathematis vinculo in-
„ nodatum et cum diabolo et omni-
„ bus impiis æterni incendii atrocissi-

„mo ſupplicio deputatum....„ *Codex cit. p.* 134.

§. 9.

Anno DCCCCLXXXIIII. *Otto* III. Rex in *Ingelheim* commorans ſequentem dari immunitatis chartam juſſit. In ea ait — „Qua propter noverit inſerta „ſagacitas ſeu utilitas omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quam „et futurorum, quia vir Venerabilis „Salemannus Abba ex monaſterio Laureshammo, quod eſt conſtructum in „honore beatorum Apoſtolorum Petri „et Pauli, ubi et Sanctus Nazarius „Martyr corpore requieſcit, quod eſt „ſitum in pago Reninſe ſuper fluvium „Wisgoz obtulit obtutibus noſtris auctoritatem immunitatis Domini et Genitoris noſtri bonæ memoriæ Ottonis „Imperatoris Auguſti, qualiter idem „Genitor noſter ipſum monaſterium ob „amorem Dei, tranquillitatemque fratrum ibidem conſiſtentium ſemper ſub „pleniſſima tuitione et immunitatis defenſione ab omni inquietudine judiciariæ poteſtatis conſiſtere feciſſet, „propter firmitatem tamen rei poſtulavit nos prædictus Salemannus Abba,

ut

„ ut paternum morem ſequentes hujus-
„ cemodi noſtræ immunitatis præcep-
„ tum ob reverentiam Sancti Nazarii
„ Martyris, qui ibidem corpore requi-
„ eſcit, circa ipſum Monaſterium fieri
„ cenſeremus, cujus petioni ob conſilium
„ et interventionem dilectæ aviæ noſtræ
„ Adelheidis ac clariſſimæ Genitricis
„ noſtræ Theophanu Imperatricum vi-
„ delicet Auguſtarum, nec non et fide-
„ lium noſtrorum Willigiſi Moguntinæ
„ ſedis Venerabilis Archiepiſcopi atque
„ Hildibaldi Wormatienſis cleri hono-
„ randi præſulis, libenter aſſenſum præ-
„ buimus et hoc noſtræ auctoritatis præ-
„ ceptum erga ipſum Monaſterium et
„ Monachos ibidem Deo militantes im-
„ munitatis atque tuitionis ac firmitatis
„ gratia, pro divini cultus amore et a-
„ nimæ noſtræ remedio fieri decrevi-
„ mus; per quod præcipimus atque
„ jubemus, ut nullus Judex..... „ *vide ſupra* §. 6. *Gregorii* V. PP. privilegium circa libertatem Laureshamenſis Eccleſiæ An. DCCCCXCVIII. conceſſum *Codex cit.* p. 144. illi *Benedicti* PP. §. 8. ſimile eſt.

§. 10.

Sylvester II. PP. An. M. sæpedictam libertatem sic stabilivit — „Notum fieri volumus Universis tam præsentibus quam futuris, Abbatiam, quæ „vocatur Lauresham dominio Regum „sive Paparum solummodo subjectam „antiquitus fuisse; post vero tam immutatione rerum, quam peccatis increscentibus a priori statu degenerasse, nunc autem a dilecto filio nostro „Ottone Cæsare Augusto, moniti, per „interventum Willigisi Maguntini Archiepiscopi ac Franconis Wormatiensis Episcopi, suorumque fidelium at„que omnium ejusdem provinciæ Episcoporum, simulque Berneharii Verdensis Episcopi. prædictam Abbatiam ad priorem statum nostra auctoritate redire jubemus, atque frui libertate, quam antea habuisse manifestum est, hoc est, ut Regum atque „Paparum tantum dominio subdatur, „alienæ vero potestatis penitus fiat extorris. Cujus loci Abbas sive Monachi, quamdiu religiose atque beate „vixerint, cum quiete & pace & absque contradictione cujuslibet personæ ma-

„ maneant. Si vero religionem reliquerint ac negotiis illicitis fœcularibusque „ operam dederint, a Papa Romano „ monendos decernimus & corrigendos, „ a quo moniti ſi non emendantur, regiæ poteſtati deputamus. „ *Codex cit.* p. 125.

§. 11.

Henricus II. Rex immunitatis cartam An. MII. hujus tenoris dedit in *Bruchſole.* „ Quapropter, *inquit*, noverit Univerſitas fidelium noſtrorum „ tam & præſentium quam & futurorum, „ qualiter Venerabilis Abbas Geroldus, quem primo Ordinationis die „ per electionem Fratrum Monaſterio „ Lauresham dicto, quod eſt conſtructum in honore beatorum Apoſtolorum „ Petri & Pauli & ubi ſanctus Nazarius „ corporaliter jacet, pro ejusdem bona „ converſatione Abbatem præeſſe fecimus, obtulit obtutibus noſtris confirmationem immunitatis dilectiſſimi Senioris ac Anteceſſoris noſtri bonæ memoriæ Ottonis Imperatoris Auguſti, „ in qua continebatur, qualiter idem Senior noſter ipſum monaſterium ob „ amorem Dei devotionemque fratrum

„ibidem Deo ſervientium ſemper ſub „firmiſſima tuitione & immunitatis de„fenſione ab omni inquietudine judi„ciariæ poteſtatis conſiſtere feciſſet. In„ſuper & rogavit nos idem prædictus „Abbas Geroldus, ut morem Senioris „noſtri ſequentes præceptum hujusce„modi immunitatis ob reverentiam San„cti Martyris Nazarii circa ipſum mo„naſterium fieri cenſeremus: cujus pe„titioni per interventum dilectæ conju„gis noſtræ, videlicet Reginæ Kune„gundæ ac Willigiſi Mogontinæ ſedis „Venerabilis Archiepiſcopi aſſenſum „præbuimus & hoc noſtræ auctoritatis „præceptum erga ipſum monaſterium „& monachos ibidem Deo militantes, „immunitatis atque tuitionis gratia pro „divini cultus amore & animæ noſtræ „remedio fieri decrevimus, per quod „præcipimus atque jubemus, ut nullus „Judex publicus.... *vid.* §. 5... famu„lantur, pro nobis dilectaque conjuge „noſtra Cunigunda ad Deum devo„tas preces effundant.„ *Codex cit. p.* 149. *ſeq.*

Privilegium *Leonis* PP. an. MXLIX. conceſſum cum illo *Benedicti* §. 8. correſpondet, ſicut & Regis *Henrici* IV. præ-

præceptum de anno DCCCLII. *Ludovici* Regis §. 5. & *Adriani* de an. MLXX. cum illis Pontificum pauló ante dictorum convenit.

§. 12.

Singulare & intentioni nostræ peraccommodum est privilegium *Alexandri* III. PP. *Sigehardo* Abbati Laureshamensi ejusque Fratribus anno MCLXXVIIII. transmissum tenoris, qui sequitur: — „Quotiens á Nobis petitur „illud, quod religioni & honestati convenire dinoscitur, animo nos decet „libenti concedere & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. „Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer „annuimus & præfatum monasterium, „in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri & nostra protectio„ne suscipimus & præsentis scripti privilegio communimus. Inprimis siqui„dem statuentes, ut Ordo monasticus, „qui secundum Deum & beati Benedic„ti regulam in vestro monasterio insti„tutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem „inviolabiliter observetur: præterea „quascunque possessiones, quæcunque

 bona

„ bona idem monaſterium in præſentia-
„ rum juſte & canonice poſſidet, aut in
„ futurum conceſſione Pontificum, lar-
„ gitione fidelium ſeu aliis juſtis modis,
„ præſtante Domino poterit adipiſci, fir-
„ ma Vobis, veſtrisque Succeſſoribus
„ & illibata permaneant; in quibus hæc
„ propriis duximus exprimenda voca-
„ bulis: Locum ipſum, in quo præſcrip-
„ tum monaſterium conſtructum eſt cum
„ omnibus pertinentiis ſuis, *Vetus Mo-*
„ *naſterium* cum pertinentiis ſuis, *Abri-*
„ *nesberc* cum pertinentiis ſuis, *Michel-*
„ *ſtat* cum pertinentiis ſuis, *Capellam*
„ cum pertinentiis ſuis, *Nuhenburc* cum
„ pertinentiis ſuis. Sane Novalium ve-
„ ſtrorum, quæ propriis manibus aut
„ ſumptibus colitis ſive de nutrimentis
„ veſtrorum animalium nullus omnino a
„ vobis decimas vel primitias exigere
„ præſumat. Liceat quoque vobis cle-
„ ricos & laicos à ſœculo fugientes, li-
„ beros & abſolutos recipere ad conver-
„ ſionem & in veſtro monaſterio absque
„ contradictione qualibet retinere. Pro-
„ hibemus inſuper, ut nulli fratrum ve-
„ ſtrorum poſt factam in loco veſtro
„ profeſſionem fas ſit de eodem loco abs-
„ que licentia Abbâtis ſui, niſi obtentu
ar-

"artioris religionis, discedere, disce-
"dentem vero sine communium littera-
"rum vestrarum cautione nullus audeat
"retinere. Cum autem generale inter-
"dictum terræ fuerit, liceat vobis clau-
"sis januis, non pulsatis campanis, ex-
"clusis interdictis & excommunicatis,
"suppressa voce divina officia celebra-
"re. Sepulturam quoque ipsius loci li-
"beram esse concedimus, ut eorum de-
"votioni & extremæ voluntati, qui se
"illic sepeliri deliberaverint, nisi forte
"excommunicati vel interdicti sint, nul-
"lus obsistat, salva tamen justitia illa-
"rum ecclesiarum a quibus mortuorum
"corpora assumunt. Ad hæc vobis ex
"benignitate Sedis Apostolicæ indulge-
"mus, ut sine damno vicinarum eccle-
"siarum cellas in locis vestris vel orato-
"ria construendi cum assensu diocesani
"Episcopi licentiam habeatis. Prohi-
"bemus insuper, ne tu fili Abbas vel
"alius possessiones, decimas, oblationes
"seu alia bona ipsius monasterii ad men-
"sam Abbatis, sive ad victualia fratrum,
"justitias obedientiarum aut ad præpo-
"situras pertinentia inbeneficiare, ven-
"dere, locare vel alio modo quolibet si-
"ne communi fratrum consensu vel ma-

 joris

" joris & ſanioris partis alienare præſu-
" mat, quod ſi factum fuerit, juribus (f.
" viribus) carere ſancimns. Præpoſitu-
" ras cellarum veſtrarum & obedientias
" monaſterii tantum monachis Capituli
" veſtri, ſapientibus viris, ſalvis earum
" rebus, ſtatuimus committendas. Ad-
" vocatis etiam ipſius monaſterii *) ſub
" interminatione anathematis prohibe-
" mus, ne cuiquam liceat in poſſeſſioni-
" bus ipſius monaſterii caſtella vel mu-
" nitiones alias conſtruere, familiam ſi-
" ve colonos eccleſiæ novis & indebitis
" exactionibus fatigare vel Abbati in
" juſtitiis eccleſiæ requirendis ſeu obti-
" nendis auſu temerario contra ire.
" Obeunte vero te nunc ejusdem loci
" Abbate vel tuorum quolibet Succeſſo-
" rum, nullus ibi qualibet ſubreptionis
" aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi
" quem fratres communi conſenſu vel
" fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum
" Dei timorem & beati Benedicti regu-
" lam præviderint eligendum. Decer-
" nimus ergo, ut nulli omnino hominum
" liceat ſupradictum monaſterium temere
" perturbare aut ejus poſſeſſiones aufer-
" re vel ablatas retinere, minuere ſeu
" quibuslibet vexationibus fatigare, ſed
om-

"omnia integra ac illibata ſerventur eo-
"rum, quorum gubernatione & ſuſten-
"tatione conceſſa ſunt, uſibus omnimo-
"dis profutura Sedis Apoſtolicæ au-
"thoritate, ſub cujus jure & patrocinio
"conſiſtunt......" *Codex cit. pag.* 276.

*) Unum idemque monaſterium ſub tutela licet & Regum mundiburdio conſtitutum ob prædia, bona & poſſeſſiones in pagis diverſis & comitatibus ſitas plures ſubin habebat *Advocatos* ſive *cauſidicos*, qui in mallis publicis cauſas proponerent atque tuerentur. Sic vidimus in chartis & diplomatibus haud paucis, quæ adducere nimis prolixum foret. Illuſtri tamen comprobamus exemplo, quod Comites Palatini bona Eccleſiæ Lauriſſenſis in *Scharren* haud procul à *Santhofen* ſub *Advocatia* habuerint: id anno MCCXXVIII. *Otto* Palatinus Comes *Reni* his verbis enarrat — Illuſtris prædeceſſor noſter D. *Cunradus* ſcilicet Palatinus Comes monaſterium *Schonowe* ſitum in Diœceſi Wormatienſi ſinceriſſime diligendo, cum ejus promotioni omnibus modis intenderet, illud non ſolum liberalitatis ſue impendiis amplificare: verum etiam ejusdem inquietudini in poſterum precavere curavit; unde, quoniam Advocatiam habuit ſuper bona eccleſiæ Lauriſſenſis in *Scharren* & ejus circumferentia, tam ipſe, quam D. *Sigehardus* Lauriſſenſis tunc Abbas, qui ſimili erga Schonaugienſes ducebatur pietatis affectu,

ctu, pari voto & consilio decreverunt, ut quecunque de bonis dictis in *Scharra* positis Schonaugienses haberent, ab omni advocatitio jure prorsus exempta & a gravamine cujuslib.:: exactionis libera perenniter eis forent. Postmodum vero, cum preclare memorie D. *Heinricus* Dux *Saxonie* socer noster *Palatiam* obtinuisset, ipse quoque Schonaugiensibus preconcesse libertatis titulum bonorum suorum in *Scharra* non modo recognovit plenarie, sed & recognitum liberaliter conservavit. Post cum filio suo *Heinrico* Palatino Comite id ipsum per omnia faciente. Denique cum ad karissimum Patrem nostrum *Ludewicum* Ducem *Bawarie* devenisset jam dicti Principatus dominium & ipse fratribus Schönaugiensibus libentissime recognoscens justitiam prehabite libertatis in *Scharra*, pro majori in posterum securitate decrevit, eosdem super hoc suo munire privilegio. Nunc autem, quia disponente Domino Principatum *Palatie* tenemus, claustrumque Schonaugiense non minori gratia & favore, quam nostri prædecessores manu tenere disponimus: sicut omnia sua jura usque ad nos habita eidem claustro pro viribus salvare volumus, ita & jus tam rationabiliter obtente hactenus libertatis possessionum suarum in *Scharra* illi perpetuum salvum fore decernimus & quietum. *De Guden: Sylloge p.* 161. *confer: nostrum Chronicon Schönaug: Diplomaticum p.* 63. *seq.*

Non obmittimus hic addere adhuc unum Ecclesiæ Laurishamensis *Advocatum* tempore

Richo-

Richowonis, qui Ecclesiæ Wormatiensi ab an. DCCCCXIV — DCCCCL. præfuit, inter hos annos in Codice Lauresham. Diplom. Tom. I. pag. 500. ubi refertur Donatio *Geroldi* in *Vitenheim* & circa medium hujus chartæ dicitur — *Post obitum vero Geroldi Grimoldus Advocatus Sancti Petri & Hugizo advocatus Sancti Nazarii contraxerunt suum testimonium in publico mallo apud Lobedenburg, in præsentia Conradi Comitis & Rihgowonis Episcopi Wormaciensis & Ebergisi Abbatis Laureshamensis.....*

§. 13.

Circa *Ecclesiam S. Emmerami Ratisbonensem* KAROLUS M. constituit libertatem & in potestate Imperatorum aut Regum ut permaneat. — " Igitur notum sit, " *declarat Rex Francorum*, omnibus Suc- " cessoribus nostris & fidelibus Sanctæ " Dei Ecclesiæ præsentibus & futuris, " qualiter Nos propter nomen Domini " & æternam remunerationem seu pro " opportunitate dilectissimi filii nostri " Hludouuici Regis absque omnium ho- " minum contradictione confirmamus *Ec-* " *clesiam* Dei liberam esse & in potesta- " te Imperatorum sive Regum usque in " ævum permanere, quæ est constructa " in honore Domini nostri Jesu Christi " & Matris ejus Mariae & Principis Aposto-

"postolorum Petri & S. Georii Marty-
"ris & pretiosi Dei Martyris Emmera-
"mi atque Pontificis Aquitaniae juxta
"muros Civitatis nostrae Reganispurhc,
"ubi venerabile corpus ejus miraculis
"declarantibus requiescere comproba-
"tur, & Rectorem ejusdem cœnobii
"ejusdem successores unoquoque anno
"VII. aureos persolvere Romam ad al-
"tare S. Petri. Proinde noverit om-
"nium Christi nostrique fidelium Uni-
"versitas, omnia, quæ à Patre meo
"Pippino Rege & ab Antecessoribus
"meis ubicunque locorum hactenus tra-
"dita sunt & collata, per hanc nostram
"auctoritatem perennibus temporibus,
"ea videlicet ratione confirmamus, ut
"neque Dux, neque Episcopus ejusdem
"loci aliquam potestatem habeant, præ-
"nominata bona præfatæ Ecclesiæ auf-
"ferre & abalienare. Sed Rector ejusdem
"loci, suique successores habeant pote-
"statem, quicquid eis placuerit, facien-
"di ad utilitatem tantummodo mona-
"chorum sub sancto Ordine consisten-
"tium....." videatur liber probatio-
num ad historiam Monasterii S. *Emme-
rami Ratisbonæ*. pag. 5. & notæ subse-
quentes.

§. 14.

§. 14.

Libertatem modò fatam ac immunitatem Monasterii S. *Emmerami Ludovicus Pius* Imp. confirmat. — „Idcirco „oportet nos ob amorem Domini nostri Jesu Christi & matris ejus Mariae „invidiam destruere malignorum spirituum & hominum, quam nolumus manere, quae est in Ratispona civitate „inter Ecclesiam S. Stephani Protomartyris, ubi modo Sedes Episcopalis est, „& inter ecclesiam S. Emmerami pretiosi Martyris juxta muros ejusdem civitatis, ubi cathèdra erat Pontificis, „usque dum Pater meus Karolus Magnus anno ab Incarnatione Domini „DCCXCVIII. cum auctoritate Leonis „Papae destruxit & cum consensu Adalwini Episcopi ejusdem civitatis in civitatem statuit & confirmavit ecclesiam „pretiosi Martyris Emmerami recta ratione ad potestatem Imperatorum sive „Regum pertinere & Rectorem ejusdem „cœnobii unoquoque anno Romam persolvere VII. aureos ad altare S. Petri. „Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum, praesentium scilicet, „futurorumque solertia, quod nos confir-

" firmamus eandem ecclesiam cum aucto-
" ritate Eugenii Papae, absque omnium
" hominum contradictione, omni tempo-
" re permanere in regimine Imperatorum
" sive Regum & eundem censum ad Ro-
" mam dare & ea videlicet ratione con-
" firmamus; ut neque Dux, neque Epi-
" scopus ullam potestatem habeant intus
" & foris, sed totum, quod ad eandem
" ecclesiam pertinet, in jus & dominatio-
" nem S. Emmerami Martyris, provi-
" sorumque ejus tradimus atque trans-
" fundimus & per hoc nostrae auctori-
" tatis praeceptum plenius in Dei nomi-
" ne confirmatum, nullo inquietante,
" sed Deo auxiliante ad servitium San-
" ctae Mariae & S. Petri, Sanctique Em-
" merami Martyris, monachorumque
" ejus, qui ibidem Domino famulantur,
" omni tempore absque ullius contradi-
" centis obstaculo tradita & firmata per-
" maneant...." *Codex pro at: supra cit. pag.* 16. *n. IV. cum notis, quæ ob interpolationes in hoc diplomate conspicuas adpositæ sunt.*

§. 15.

Anno DCCCCIII. *Hludouuicus* Rex confirmat privilegium libertatis hujus Mona-

Monasterii, in charta desuper *Otingæ* data legitur: — „Volumus insuper ut „homines apud Abbates, aut in prædiis Monasterii manentes, cujuscunque „nationis sint vel conditionis, Advocato, si quem habent, nihil persolvant, „præter censum capitalem. Præterea „ipsi Monasterio, Rectoribusque suis „dignitates & omnia jura, quæ Nobilissimæ & optimæ Abbatiæ Ordinis S. „Benedicti in Teutonia sitæ, habere „videntur, concedimus & perpetuo stabilimus, ita, ut nec Venerabilis Ratisponensis Episcopus, cui ipsum Monasterium commiseramus regendum, nec „aliquis successorum suorum in omnibus juribus suis sibi violentiam aliquam inferre audeat vel præsumat. „Quod si Monasterii sœpius dicti Advocatus aut Ecclesiastica sæcularisve persona quotidiana servitia vel violenta „obsequia à Rectoribus non timeat extorquere, aut aliqua damna contra justitiam inferre, aut in juribus concessis Monasterium gravari, iram & indignationem Regiæ Majestatis se noverit incurrisse & in suæ malitiæ pœnam centum libras auri purissimi componat & dimidiam partem Cameræ

„ noſtræ, reliquam verò prædictæ Ec-„ cleſiæ perſolvat, Abbatis denique re-„ ſtitutis....„ *vid. liber prob. p. 90. n. XXXIV.* Eadem roboravit privilegia *Otto* I. Imp. n. XLV. *Rudolfus* Imp. an. MCCLXXIIII. loc. cit. p. 206. n. CI. & plures alii, quibus & particularium prædiorum *Advocatiis* non immoramur.

§. 16.

Prumiense Monasterium à *Carolo M.* hoc obtinuit immunitatis privilegium: — „ Ut nullus Judex publicus „ absque juſſione noſtra vel heredum „ noſtrorum ad cauſas audiendas, aut „ freda undique exigendo, nec fidejuſ-„ ſores tollendo, nec ſcaras vel manſio-„ naticos ſeu conjectos tam de carrigio, „ quamque de parafredos, judiciaria „ poteſtas quoque tempore non præſu-„ mat ingredere; ſed hoc ad ipſum Mo-„ naſterium ejusque Rectoribus conceſſi-„ mus, ut ſub emunitatis nomine vel „ defenſione noſtra ſeu heredum noſtro-„ rum debeant quieti reſidere. Simili-„ ter conceſſimus ad eundem ſanctum „ locum, ut homines, qui ſuper terram „ ipſius Monaſterii tam Franci quam &

Eccle-

„ Ecclesiastici commanere videantur, ut
„ nullum heribannum vel bannum solve-
„ re non debeant, sed pro mercedis no-
„ stræ augmento ad ipsum sanctum lo-
„ cum sit concessum atque indultum.
„ Statuentes ergo jubemus, ut neque
„ vos, neque juniores, successoresque
„ vestri, neque ulla publica judicia aut
„ potestas ullo unquam tempore in vil-
„ lis ubicunque in regna nostra ipsius
„ Monasterii Prumiensis, aut regia, aut
„ privatorum largitate conlatas, aut
„ quæ in antea fuerunt, Christo propi-
„ tio, conlaturas, ad audiendas alterca-
„ tiones ingredere, aut freda de quasli-
„ bet causas exigere, nec mansiones aut
„ paratas vel fidejussores tollendo, nec
„ scaras vel conjectos tam de carrigio,
„ quamque qui sunt infra agros vel fi-
„ nes, seu super terram prædicti Mona-
„ sterii commanentes, fiscos aut freda
„ aut undecumque potuerat sperare ex
„ nostra indulgentia, pro futura salute
„ in luminaribus ipsius Monasterii per
„ manus agentium eorum proficiat in
„ perpetuum.....„ *Knauf defens. Pru-
miens.* p. 52. Confirmarunt hæc anno
DCCCXXVI. *Ludovicus* & *Lotharius*
Imperatores cum *Ludovico* Rege. Idem

 Caro-

Carolus M. An. DCCLXXIX. ſimili privilegio libertatis exornavit his verbis: „Noſtra præceptione conſtituimus atque „inconvulſe firmamus, ut nullus Regum „nobis ſuccedentium vel alia perſona „aliqua contra eundem locum vel Mo„nachos in tota Abbatia ullam poteſta„tem exercere præſumat, nec telonium „usquam a navibus eorum exigat, ſeu „placitum teneat ſine juſſione & peti„cione Abbatis, ſed ſecure & cum pa„ce maneat locus ille ſub noſtra & ſuc„ceſſorum noſtrorum mundiburdio....„ *Zylleſius deſenſ. S. Maximini part. III.* p. 12.

§. 17.

Ludovicus pius Imp. An. DCCCXV. privilegia per patrem ſuum *Carolum M.* BLANDINIENSI MONASTERIO propè *Gandavum* conceſſa ſic confirmat: — „Hoc noſtræ auctoritatis praeceptum „fieri juſſimus... Ut nullus fidelium no„ſtrorum vel quilibet ex judiciaria po„teſtate in eccleſias aut loca vel agros „ſeu reliquas poſſeſſiones memorati Mo„naſterii, quas moderno tempore infra „ditionem Imperii noſtri juſtè & ratio„nabiliter poſſidet vel ea, quae dein-

ceps

„ ceps à Catholicis viris eidem collata
„ fuerint Monaſterio, ad cauſſas audien-
„ das, vel freda aut tributa exigenda,
„ aut manſiones vel paradas faciendas
„ vel fidejuſſores tollendos, aut homines
„ ejusdem Monaſterii tam ingenuos,
„ quam ſervos ſuper terram ipſius com-
„ morantes, injuſtè diſtringendos, nec
„ ullas redibitiones aut illicitas occaſio-
„ nes requirendas, noſtris aut futuris
„ temporibus ingredi audeat, vel ea quæ
„ ſupra memorata ſunt, penitus exige-
„ re præſumat, ſed liceat memorato Ab-
„ bati ſuisque ſucceſſoribus res præfati
„ Monaſterii ſub immunitatis noſtræ de-
„ fenſione quieto ordine poſſidere. Et
„ quidquid fiſcus exinde ſperare pote-
„ rit, totum Nos pro æterna remunera-
„ tione præfato Monaſterio concedimus,
„ ut in alimonia pauperum & ſtipendio
„ ſervorum ibidem Deo famulantium
„ perenniter proficiat in augmentum:
„ quatenus ipſos ſervos Dei, qui ibidem
„ Deo famulantur, pro nobis & conju-
„ ge proleque noſtra atque ſtabilitate
„ totius Imperii noſtri, a Deo nobis con-
„ ceſſi atque conſervandi jugiter Domi-
„ num exorare delectet. „ *Miræi Di-
plomata Belgica pag.* 16. Eadem ab

eodem Imperatore repetuntur in immunitate Prumienſi Abbatiæ conceſſa. *Knauf Defenſ. Prum.* p. 53. & 55. *Martène Coll. Ampl. T. I.* p. 43. & p. 225. *ac* 238.

Anno DCCCXXI. *Ludovicus pius* Imperator Monaſterio *Altaich* inferiori in *Bavaria* ad *Danubium* ſito hoc privilegium conceſſit — Si talis cauſa perturbationis bonorum aut irruptionis in poſſeſſiones extiterint contra Abbatem aut contra homines ſuos, quæ absque gravi & iniquo diſpendio in patria illius definiri non poſſit, liceat illi & ſuis poteſtatem habere, ad nos veniendi, ut in noſtra præſentia, cauſa, quæ contra illum vel ſuos exorta fuerit, juſtum & legitimum terminum accipiat. *Hundii Metrop. Salisburg. T. II.* p. 10.

§. 18.

Anno DCCCL. *Lotharius* Imp. monaſterium, GRANDIS VALLIS, nuncupatum in Ducatu Heliſacenſi ſitum in ſuam protectionem recipit — quapropter inquit, præcipientes jubemus, ut nullus Rex aut aliqua perſona inde habeat poteſtatem aliquid faciendi, ſed liceat

ceat memorato *Lutfrido* (Comiti *Alſatiæ*, monaſterii Domino) ſuisque ſucceſſoribus res prædicti monaſterii ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine poſſidere & quidquid exinde fiſcus ſperare poterit, totum nos pro æterna remuneratione eidem monaſterio concedimus, ut in alimonia pauperum & ſtipendia Servitorum ibidem Deo famulantium perpetuo proficiat in augmentis, *Herrgott Codex probat: Geneal. Habsburgicæ Tomi II. part. I. pag.* 28.

§. 19.

An. DCCCLV. *Ludovicus Germanicus* confirmat privilegia à Regibus & Imperatoribus conceſſa Monaſterio S. STEPHANI infra muros ARGENTINÆ taliter enuntians — „Hanc noſtræ Ma„jeſtatis paginam erga ipſum locum „immunitatis & tuitionis cauſa pro Di„vini cultus amore & animæ noſtræ re„medio fieri decrevimus; per quod „præcipimus atque jubemus, ut ſalvo „per omnia honore ſuo ſacroſancti Præ„ſulis nullus Judex publicus vel quis„libet ex judiciaria poteſtate in perſo„nas vel eccleſias, vel oratoria vel lo-

„ ea aut agros vel quascunque reliquas
„ possessiones, quæ ab antiquo vel mo-
„ derno tempore in quibuslibet territo-
„ riis vel pagis vel civitatibus infra di-
„ tionem nostram, juste & legaliter me-
„ morata tenet vel possidet Abbatia, vel
„ ea, quæ postmodum in jure ipsius mo-
„ nasterii voluerit Divina pietas auge-
„ ri, ad causas audiendas, vel freda
„ vel tributa vel thelonia exigenda, aut
„ mansiones vel paratas faciendas, aut
„ fidejussores tollendos, aut homines
„ ipsius ecclesiæ tam ingenuos quam ser-
„ vos, super terram ipsius commoran-
„ tes injuste distringendos, nullas redi-
„ bitiones aut illicitas occasiones requi-
„ rendas nostris vel futuris temporibus,
„ ingredi audeat, nec ea, quæ supra
„ memorata sunt, penitus exigere non
„ præsumat; sed liceat memoratæ Ab-
„ batissæ suisque Successoribus authori-
„ tate Episcopali & dispensatione illius,
„ quæ de numero Fratrum ipsius loci
„ constituerit.... ipsam sedem cum om-
„ nibus sibi subjectis & rebus vel homi-
„ nibus ad se pertinentibus, sub tuitio-
„ nis & emunitionis nostræ defensione,
„ remota totius judiciariæ potestatis in-
„ quietudine, quieto ordine possidere,
&

„& pro nostro fideliter exorare impe-
„rio & incolumitate nostra & conjugis
„atque prolis. Nec liceat alicui sub
„prætextu Advocatoriæ occasionis sibi
„vel in hominibus vel quibuslibet re-
„bus vel possessionibus eorum aliquod
„jus vendicare, nisi quem pro aliqua,
„sicut aliquando fieri evenit, necessita-
„te ipsa Abbatissa cum congregationis
„voto, per consilium Antistitis apud
„pallatium expostulaverit, quin nec
„palemundum vel aliquas exactiones
„exercere præsumat....„ *Herrgott loc. cit. p. 34.*

§. 20.

Anno DCCCLXXXIX. *Arnulphus* Rex diploma concessit in gratiam monasterii FABARIENSIS in provincia *Rhetiæ*, quo omnia bona cum *Advocatis* ibi constitutis sub sua defensione & immunitatis tuitione suscepit, ita ut res ibi constitutæ per diuturna tempora securæ permanere debeant. Addens:
„Quare nullus Judex publicus, nec
„quisquam ex judiciaria potestate,
„in loco & Abbatia præfata, vel in
„cunctis rebus ad eam respicientibus,
„seu homines tam liberos, quam ser-

„vos, qui illic commanere jubentur, „diſtringere aut infeſtare, nec ullas re„dhibitiones vel freda aut bannos exi„gere aut denique aliquam injuriæ vim „ullo unquam tempore inferre præſu„mat.„ *Herrgott l. c.* p. 52.

Anno eodem idem Rex confirmat fundationem PARTHENONIS METHELEN in *Weſtphalia* cum decreto — „Ut nul„lus Judex publicus vel quilibet ex ju„diciaria poteſtate homines ipſius qui„buslibet publicis exactionibus diſtrin„gere præſumat, ſed liceat eis coram „Advocato ex noſtra juſſione conſtituto „juſtitiam facere....„ *Schatenii Annales Paderbornenſes T. I.* p. 217.

§. 21.

Otto Magnus Imperator in Diplomate III. nonas Juny An. DCCCCXL. *Moguntiæ* enarrat, quod Abbas cum fratribus *S. Maximini* — „noſtram „adierint clementiam, ſupplicantes qua„tenus juxta prædeceſſorum Regum „morem in prædicto cœnobio conſenti„remus illis quietem, ſecundum quod „illorum religio & vita prætendebat, „quæ diu ab anterioribus poſthabita, ſed

„ ſed auctore Deo tempore noſtri Geni-
„ toris, ſcilicet Heinrici Sereniſſimi Re-
„ gis relevata; ipſius amore & memoria
„ ſuccenſi, quo fine tenus ſervetur, jux-
„ ta deliberationis voluntatem, ſide-
„ liumque noſtrorum conſilium & peti-
„ tionem dedimus aſſenſum, hoc eſt, ut
„ ipſi fratres, prædicto degentes loco
„ tanta religione dedito, a nulla un-
„ quam vim dominationis patiantur per-
„ ſona, ſed neque ullius premantur or-
„ dinationis poteſtate, vel famulatus,
„ absque voluntate electi Abbatis, qui
„ à reliqua promoveatur ejusdem cœ-
„ nobii congregatione ſecundum Sancti
„ Benedicti regulam, quando Dominus,
„ ut voluerit, prædeceſſorum diſcreve-
„ rit tempora, utque in noſtro & ſucceſ-
„ ſorum noſtrorum Regum maneant
„ mundiburdio, quatenus illorum quie-
„ tudo, noſtro defendatur Imperiali ſcep-
„ tro. Res quoque prædiorum... ubi-
„ nam noſtro verſantur in regno, ſimili
„ potiantur libertatis poteſtate... &
„ ſucceſſores noſtros precando mone-
„ mus, ut quæ ſtatuimus ob honorem
„ Dei & beati Maximini, confirment. „
Zylleſius Defenſ. S. Maximini part. III. p. 15.

§. 22.

§. 22.

Idem Imperator an. DCCCCXLVIII. *Lambertum* Comitem Lovanienſem conſtituit *Advocatum Gemblacenſis* Abbatiæ in *Brabantia* ſub hiſce clauſulis — „ Vt locus ille in perpetuum cum „ omnibus, quæ ad ipſum pertinent, „ ab omni ſœcularium tam majorum, „ quam minorum dominio eſſet immu„ nis, ſub ſolo tantum regiæ defenſio„ nis munimine conſtitutus. Verùm „ quia fratribus ejusdem loci, ſi quan„ do incumberet aliqua neceſſitas, gra„ ve nimis eſſet, propter longinquita„ tem terrarum, præſentiam Regis ſem„ per adire, cum electione ipſius Domi„ ni Wiberti & Abbatis & fratrum de„ dimus Advocatiam ipſius Abbatiæ de „ Gemblours Lamberto Comiti Lova„ nienſi viro forti & bellicoſo, qui vice „ noſtra contra omnium inquietationem „ adjutor eorum ſit ac defenſor. Sic „ autem dedimus ei Advocatiam iſtam, „ ut nunquam ipſe Comes vel Succeſſo„ res ſui in Abbatia vel in villis ad eam „ pertinentibus aliquid accipere, aut „ per potentiam exigere debeant, præ„ ter jus & beneficium ſibi conſtitutum;

Ad-

„ Advocati enim debent esse non praedatores, sed defensores Ecclesiarum. „ Illud etiam statuimus, ut Comes Lovaniensis nunquam in Advocatiam „ Gemblacensem, praeter unum Subadvocatum habeat, id est, ut donum hujus Advocatiæ à REGE, QUI MAJOR „ ADVOCATUS EST, plusquam ad tertiam „ manum nunquam deveniat. Si autem, quod nolimus, nostram constitutionem contempserit & Advocato illi, qui sub se est, ex ipsa advocatia „ aliquid usurpare, vel militibus suis „ beneficiare consenserit, terram suam „ in camera Regis sibi abjudicatam sciat „ & quidquid beneficii pro ipsa Advocatia tenebat, de manu Regis se amissurum noverit. Porro Subadvocatus „ in villis ad Abbatiam pertinentibus „ nihil aliud juris habebit, nisi per singulos annos de unaquaque domo denarium, gallinam unam, avenæ sextarium unum. Qui etsi aliquando habuerit bellum contra aliquem de paribus suis, quod bellum non nisi ad „ ipsum pertineat, de suo procuret & „ provideat, quæ necessaria sunt usibus „ belli ad se pertinentis ; Neque enim „ propter hoc in Abbatia vel in villis

ad

„ad eam pertinentibus aut obſonia aut
„ſervitia aliqua exigere ei liceat. Si
„vero bellum aliud fuerit, quod idem
„Advocatus adminiſtret, quod ſcilicet
„bellum vel ad Regem vel ad Comi-
„tem Lovanienſem pertineat, tunc ſi-
„quidem licebit, ſed non ſine conſenſu
„Abbatis, ut à manſionariis, qui per
„villas Abbatiæ commorantur, aliquid
„ſubſidii accipiat, ſed tamen ita men-
„ſurate, ut nunquam inde querela ad
„Comitem vel a Comite ad Regias au-
„res perveniat. Hoc noſtrum Impe-
„riale conſtitutum de Advocatis Gem-
„blacenſis Eccleſiæ, quæ Regiæ defen-
„ſioni ſubjecta eſt, ut per ſuccedentia
„tempora fixum maneat & inconvul-
„ſum, Palatinorum principum & mul-
„torum nobilium judicio, in præſentia
„noſtra fecimus confirmari annuli no-
„ſtri impreſſione juſſimus conſigillari ac
„manu noſtra ſubterſignavimus.„ *Mi-
ræi codex donationum pag.* 131.

§. 23.

An. DCCCCLXV. *Otto* I. Imp. Monasterio Cellensi ſeu *Gisleniano* prædia à *Dagoberto Francorum* Rege &c. donata confirmat addens: — „Hæc om-

„ omnia eidem loco præſenti auctoritate „ per hanc noſtram Imperialem pagi„nam concedimus, confirmamus & „ confirmando ſigilli noſtri impreſſione „ corroboramus atque ipſum locum om„niaque ſibi pertinentia more anteceſ„ſorum noſtrorum in noſtram tuitionem „ accipimus & præcipiendo præcipi„mus, ut nullus Dux, Marchio, Co„mes ſive aliqua major minorve judi„ciaria perſona ipſum monaſterium in„quietare aut aliquid de rebus ſibi per„tinentibus auferre præſumat. „ *Miræi donationes Belgicæ pag.* 375. *)

*) Idem Imperator an. DCCCCLXV. juſſit: *ut nullus noſter Comes aut Judex & Vicarius aut publicus Fiſci elector vel Advocatus vel alius aliquis villas Monaſterii Blandinienſis ingredi audeat ad fredas exigendas vel hominibus inibi habitantibus diſtrictionem ingerendi vel aliud quid poteſtatis exercendi licentiam aut poteſtatem habeat, niſi Abbas & Advocatus, quem ſibi ipſe utilem & neceſſarium elegerit. Miræus* Diplomata Belgica p. 283.

Otto III. Rex anno DCCCCLXXXVI. *Paterniacenſe* monaſterium in ſuam recipit tuitionem — his verbis — „ inter„dicimus, ut nulla perſona cujuslibet „ dignitatis ſive excellentiæ Abbatem

&

„& Succeſſores in prælibato loco die „nocteque ſervientes aliquo modo in„quietare vel in aliquibus moleſtare „præſumat, ſed liceat eis ſub Imperiali „tuitione & noſtra regia defenſione no„ſtris & futuris temporibus ſecure & „pacifice vivere....„ *Herrgott loc. cit.* p. 89.

Otto III. *Rex* diſponit an. DCCCCXC. circa Scararios *S. Maximini* in hunc modum — „Decernentes ut dictum cœ„nobium, ſicut fuit ſub anteceſſorum „noſtrorum, ſic ſub noſtro quoque ſuc„ceſſorumque noſtrorum jure, mundi„burdio & defenſione conſiſtat, nec ali„cui ſedi aut eccleſiæ, excepto noſtræ „regalitati, ſucceſſorumque noſtrorum „famulum aut appendex vel benificia„rium ſubjaceat. Concedimus etiam „eisdem monachis liberum inter ſe eli„gendi Abbatem arbitrium, ut eo ſe„curius divinum ab illis impleatur offi„cium, ſummæque propenſius Majeſta„tis implorent auxilium. Inſuper e„tiam concedimus, ut idem Abbas ſi„bique commiſſa congregatio, eorum„que ſucceſſores poteſtatem habeant, „Advocatias Monaſterii ſui, cui velint, dan-

„ dandi, cuique velint, tollendi. Ad-
„ vocati quoque conſtituti in villis eo-
„ rum, nec cum hominibus illius loci,
„ qui vocantur Scararii, niſi in præſen-
„ tia Abbatis vel ejus propoſiti, placi-
„ tum habere præſumant, bannumque
„ in placito cum ſcarariis hominibus ha-
„ bito non advocatus ſed Abbas acci-
„ piat, aliaque familia Abbati ſubjecta
„ placitum nullius niſi Abbatis vel ab
„ eo conſtitutorum attendat. Bannum
„ & fredum nulli niſi Abbati perſolvat
„ & nulla cujuslibet judiciariæ dignitatis
„ perſona in curtibus eorum placitum
„ teneat . . . . „ *ab Hontheim H. T. D.*
T. I. p. 327.

§. 24.

Addimus ex Originali *Ottonis* III. *Regis præceptum ſuper libertate prædii Steinuuillare monaſterio Selz conceſſi.*

In Nomine Sancte & Individue Trinitatis. *Otto* divina favente clementia Rex. Quicquid ad exaltationem eccleſiarum Dei pro divino amore de noſtra regia munificentia boni facimus, hoc procul dubio ad eternam & preſentem

ſalutem nobis profuturum credimus. Quapropter omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet atque futurorum noverit induſtria, qualiter nos quoddam predium *Steinwilare* dictum in pago *Spirichgouue* vocato, ac comitatu *Wolframi* Comitis ſitum, ob interventum care avie noſtre *Addhelheidis* videlicet imperatricis auguſte, aliorumque fidelium noſtrorum conſultum *Vuilligiſi* videlicet Mogontine Sedis honorandi archipreſulis & venerabilium Epiſcoporum *Hildibaldi* Vuormacienſis cleri ac *Notkeri* Leodicenſis eccleſie, aliorumque complurium ad monaſterium *Salſi* nominatum, quod ipſa in honore apoſtolorum a novo conſtruxit cum omnibus appendiciis illuc rite pertinentibus hac noſtra preceptione donamus atque id ipſum predium cum omnibus rebus illuc rite aſpicientibus, in mancipiis utriusque ſexus, areis, edificiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, campis, paſcuis, vineis, ſilvis, venationibus, aquis aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis viis & inviis exitibus & redditibus queſitis & inquirendis cunctisque aliis appendiciis que adhuc dici poſſunt. A

no-

noſtro & omnium hominum jure in perpetuum jus, prefate Eccleſie, hujus noſtre auctoritatis regio precepto transfundimus interdicentes firmiter regali potentia ut deinceps nullus dux vel comes aut ulla judiciaria perſona ſeu alia quelibet magna vel parva aliquam poteſtatem in preſcripto predio *Steinvuilare* uocitato a nobis monaſterio jam dicto *Salſi* nomine tradito ſive in ſuis pertinentiis exercere vel aliquid de familia ejusdem predii habitatricem exigere aut eam inquietare preſumat, niſi predicti monaſterii abbas qui tunc temporis ibi fuerit vel *advocatus* quem ipſe ad hoc opus a regia poteſtate conſtituendum elegerit, Preterea interventu ejusdem jam dicte dilecte noſtre avie ad præſcriptum locum *Salſam* contradimus predium in vineis & agris in villa *Litensheim* in prefato pago Spiridcgouue ſita, ut exinde annuatim ſumatur vinum ad ſacrificium altaris conficiendum, & cedat in uſus fratrum inibi beato *Petro* famulantium noſtra omniumque hominum contradictione remota. Et ut hec noſtre donationis auctoritas dehinc inviolabilis inconvulſa permaneat hoc noſtre dominationis pre-

ceptum inde conſcriptum ſigilli noſtri impreſſione ſignare juſſimus manuque propria ut infra videtur corroboravimus. Data V. Jdus *Martii.* (11. Mart.) Anno Dominice Incarnationis DCCCCXCII. Indictione V. Anno autem tertii *Ottonis* regnantis nono. Actum *poparto* feliciter amen.

Signum domni *Ottonis* glorioſiſſimi Regis. (*Ottonis* monogramma) *Hildibaldus* epiſcopus & cancellarius vice *Willigiſi* archiepiſcopi recognovi.

§. 25.

Otto III. Rex liberum pronuntiat prædium in Utroque Oterſtat pro Monaſterio Salſenſi. ex orig. 992.

In Nomine Sancte & Individue Trinitatis. *Otto* divina favente clementia Rex. Quicquid ad exaltationem Eccleſiarum Dei pro divino amore de noſtra regia munificentia bonifacimus: hoc procul dubio ad eternam & preſentem ſalutem nobis profuturum credimus. Quapropter omnium fidelium noſtrorum preſentium videlicet & futurorum noverit induſtria: qualiter nos

que-

quedam predia *Oterbach* itemque *Oterbach Turcenbach* dicta in pago *Spirichowe* vocato: ac comitatu *Wolframmi* comitis ſita: ob interventum care avie noſtre *Adelheidis* ſcilicet Imperatricis auguſte aliorumque fidelium noſtrorum conſultum *Willigiſi* videlicet Mogontine ſedis honorandi archipreſulis & venerabilium Epiſcoporum *Hildibaldi* Wormatienſis cleri ac *Notkeri* Leodicenſis eccleſie aliorumque compluriam, ad monaſterium *Salſe* nominatum, quod ipſa in honore apoſtolorum de novo conſtruxit, cum omnibus appendiciis, illuc rite pertinentibus hac noſtra preceptione donamus atque hec ipſa predia cum omnibus rebus illuc rite aſpicientibus in mancipiis utriusque ſexus, areis edificiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, campis, paſcuis, vineis, ſilvis, venationibus, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis viis & inviis exitibus & redtitibus, queſitis & inquirendis cunctisque juris decimationibus atque omnibus aliis appendiciis que adhuc dici poſſunt, a noſtro & omnium hominum jure in perpetuum jus prefate Eccleſie, hujus noſtre auctoritatis regio precepto trans-

 fun-

fundimus interdicentes firmiter regali noſtra potentia ut deinceps nullus. Dux vel comes aut ulla judiciaria perſona ſeu alia quelibet magna vel parva aliquam poteſtatem in predictis prædiis a nobis jam dicto Salſenſi monaſterio contraditis, huic in ſuis pertinentiis aut decimationibus exercere vel aliquid de familia eorundem prediorum habitatricem exigere, aut eam inquietare preſumat, niſi predicti monaſterii abbas qui tunc temporis ibi fuerit vel *advocatus* que ipſe ad hoc opus a regia poteſtate conſtituendum elegerit. Et ut hec noſtre donationis auctoritas dehinc inviolabilis & inconvulſa permaneat hoc noſtre dominationis preceptum inde conſcriptum ſigilli noſtri impreſſione ut infra videtur ſignari juſſimus.

Data V. Jd. *Martii* (11. Mart.) Anno Dominice Incarnationis DCCCCXCII. Indictione V. anno autem tertii *Ottonis* regnantis. VIIII°. Actum *poparto* feliciter. Amen.

Signum Domni *Ottonis* glorioſiſſimi Regis. (*Ottonis* monogramma)

Hildibaldus Epiſcopus & cancellarius vice *Willigiſi* archiepiſcopi recognovi.

§. 26.

§. 26.

Ottonis III. Regis Confirmatio privilegiorum Monasterii Salsensis. 992. ex orig.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. *Otto* Dei gracia Rex. Noscat omnium Fidelium Sancti *) Dei Ecclesie nostrorum scilicet presencium ac futurorum industria, *Adelheidam* Imperatricem Augustam nostri Aviam nostram adiisse clemenciam petentem, quatenus monasterium in *Alsatia* in loco sue proprietatis, qui dicitur *Salsi* juxta flumen *Matram* in Comitatu *Eberhardi* Comitis situm ob redemptionem illustrium Imperatorum *Ottonum* videlicet sui Senioris nostri avii nostrique patris ejus clarissimi filii & suorum nichilo minus peccatorum nostrorum quoque fidelium omnium parentum indulgentiam ad eternam laudem Dei, in honore Apostolorum *Petri* & *Pauli* constructum cum omnibus rebus mobilibus & immobilibus ac familiis ibidem pertinentibus sub nostram reciperemus immunitatis defensionem atque remota

 omni

*) Sic in orig.

omni inquietudine ſemper ſecure & libere concederemus manere, ita ut noſtris & futuris temporibus Apoſtolice tantum libertati & noſtre ad defendendum ſubjectum ſit Majeſtati, nulla alterius poteſtate ibi unquam aſpiciente. Si liceret Abbatem ejusdem monaſterii ſecundum regulam Sancti *Benedicti* converſantem privata poteſtate ſue dominari (omiſſum: *Ecclesie*) ut patrem & Dominum nulli mortalium niſi Romano Pape & nobis tuitionis cauſa ſubjectum, liceret quoque ſemper ipſius Monaſterii Monachos juxta regulam Sancti *Benedicti* militantes, patre mortuo de ſuorum collegio talem paſtorem preficere ſibi, qualem ſua regula idem pater *Benedictus* deſcribit eligendum, cujus precibus libentiſſime ob ejus benigniſſime peticionis ac laudande voluntatis amorem ipſiusque propinquitatis tenorem, augmentum quoque ſanctimonie beate congregationis annuentes, predictum monaſterium cum omnibus ad ſe pertinentibus ſub noſtram ſuſcepimus defenſionem, Deo auctore juſtiſſimis avie noſtre ejusdem *Adelheidis* Imperatricis Auguſte deſideriis, omnia que expetiit ſuperius nominata, ut noſtrum

ſtrum eſt, conſentientes firmiſſime jubemus, ut nulla poteſtas, nulla perſona aliquas contrarietates vel violentias eidem monaſterio aut in rebus aut in quibuscunque poſſeſſionibus quas a Deo dilecta Imperatrice ſuſcepit aut adhuc ab ipſa vel aliquibus ſancte Dei eccleſie fidelibus ſuſceptura eſt, noſtris ac futuris temporibus inferre preſumat, ſed liceat illius monaſterii Abbatem ſuosque ſucceſſores ſuo monaſterio preeſſe omnibus rebus ibidem pertinentibus, ita ut nullus dux, vel comes aut regius exactor ſeu alia quelibet judiciaria perſona magna ſive parva dehinc in predictum monaſterium aut loca illuc aſpicientia intrare preſumat ad cauſas audiendas, aut paratas faciendas vel fidejuſſores tollendos vel ad exercendam aliquam poteſtatem, niſi is *Advocatus*, quem prefati loci Abbas ad opus elegerit, Privilegium quoque Romane Sedis, modis omnibus jubemus, jure inconcuſſo eternaliter perſiſtat, cujus judicio debet libertari & noſtra poteſtate defendi, Regia poteſtate nunc & futuris temporibus ſanctientes ut intemerate omnis mortalis ſive Epiſcopus, ſive ſacerdos, ſive etiam cujuscunque po-

teſtatis laicus ea que Apoſtolicus ibi ob divinum amorem aſcribi judicavit, conſervet & cuſtodiat, Ut autem hec noſtre largitatis conceſſio pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, hoc noſtre donacionis preceptum inde conſcriptum ſigilli noſtri impreſſione ſignare juſſimus, manuque propria, ut infra videtur corroboravimus.

Signum Domini *Ottonis* (*Monogramma*) glorioſiſſimi Regis.

Hildibaldus Epiſcopus & Cancellarius vice *Willigiſi* Archiepiſcopi recognovi.

Data VI°. nonas Julii *) (2. Julii.) Anno Dominice Incarnationis DCCCCXCII. Indictione V^a^. Anno autem tercii *Ottonis* regnantis nono. Actum *Polide* feliciter Amen.

*) Extat quoque aliud hujus Præcepti exemplar, datum *IIII. Kal. Januarii.* (29. Dec.) hinc prius quam noſtrum in extenſo deſcriptum.

§. 27.

Otto III. Rex Monaſterio Salſensi quasdam Curtes liberas declarat.
ex Origin. an. 995.

In Nomine ſanĉte & individue Trinitatis. *Otto* divina favente clementia Rex. Notum ſit omnibus Fidelibus noſtris preſentibus ſcilicet atque futuris qualiter nos ob petitionem dileĉte avie noſtre *Adalheide* videlicet Imperatricis auguſte ad monaſterium ſuum *Salſa* nominatum quod ipſa pro divino amore ad monachorum vitam & regulam Sanĉti *Benedicti* ibi perpetualiter obſervandam a fundamento conſtruxit, dedimus noſtre proprietatis curtes in *Kyrperc* in *argouue* ſitum, *Odendorf* & *Uirdimis* in *ufgouue* jacens cum omnibus pertinentiis eorum & cum omnibus utilitatibus ad ea rite pertinentibus in mancipiis utriusque ſexus, areis, edificiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, campis, paſcuis, vineis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, viis & inviis exitibus & reditibus queſitis & inquirendis cunĉtisque aliis appendiciis que dici aliquo modo aut nomi-

minari poſſunt a noſtro jure Monaſterii predicti jus proprium ultra ibi habenda transfundimus firmiſſime precipientes ut nulla poteſtas nulla perſona aliquas contrarietates vel violentias eidem Monaſterio aut in rebus aut in quibuscunque poſſeſſionibus quas a Deo dilecta Imperatrice ſuſcepit aut adhuc vel ab ipſa vel ab aliquibus fidelibus recipere debet, noſtris ac futuris temporibus inferre preſumat, vel aliquid de rebus predictis quaſi hereditario jure poſſidere attemptet. Quod quicumque temptare voluerit perverſe machinationis ſue non optineat effectum, ſed ad erarium regis centum libras auri coactus perſolvat. Et ut hec noſtri muneris regia dominatio (ſic in orig.) per futura temporum curricula inviolabilis ultra perſeveret hujus precepti compoſitione inde conſcriptam manu propria confirmantes ſigillare juſſimus.

Signum domni *Ottonis* glorioſiſſimi Regis. (monogramma)

Hildibaldus Epiſcopus & Cancellarius vice *Willigiſi* archiepiſcopi recognovi.

Data

Data VII. Kal. *Januarii* (26. Dec.) anno Dominice incarnationis. DCCCCXCV. Indictione VII. Anno autem tercii *Ottonis* regnantis XI. Actum *Erenstein* feliciter amen.

§. 28.

Heinricus II. Rex privilegia concedit monasterio Salsensi. 1002. ex orig.

C. In nomine Sancte & individue Trinitatis. *Heinricus* Dei gracia Rex. Noscat omnium Fidelium Sancte Dei Ecclesie nostrorum scilicet presencium ac futurorum industria, *Ezemannum* Abbatem nostram devote adiisse clementiam petentem, quatenus Monasterium à Domina *Adalheida* Imperatrice Augusta in *Alsatia* in loco sue proprietatis, qui dicitur *Sulsi* ad eternam laudem Dei in honorem Apostolorum *Petri* & *Pauli* constructum cum omnibus rebus mobilibus & immobilibus ad familiam ibidem pertinentibus sub nostram reciperemus immunitatis defensionem atque remota omni inquietudine semper secure & libere concederemus manere, ita ut nostris & futuris temporibus Apostolice tantum libertati & nostre

ſtre ad defendendum ſubjectum ſit Majeſtati; liceret quoque ſemper ipſius monaſterii monachos juxta regulam beati *Benedicti* militantes patre mortuo de ſuorum collegio talem paſtorem ſibi preficere, qualem in ſua regula idem pater *Benedictus* deſcribit eligendum. Cujus precibus libentiſſime ob divinum amorem annuentes, predictum monaſterium, Abbatem & monachos cum omnibus ad ſe pertinentibus ſub noſtram ſuſcepimus defenſionem firmiſſime jubentes, ut nulla poteſtas, nulla perſona aliquas contrarietates vel violentias eidem monaſterio aut in rebus aut in quibuscunque poſſeſſionibus, quas a Deo dilecta Imperatrice ſuſcepit vel ab aliquibus ſanctae Dei eccleſiae fidelibus ſuſceptura eſt: noſtris ac futuris temporibus inferre preſumat. Ut autem hec noſtre largitatis conceſſio pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, hoc noſtre donacionis preceptum inde conſcriptum ſigilli noſtri impreſſione ſignare juſſimus manuque propria, ut infra videtur, corroboravimus.

Signum Domni *Heinrici* (*Monogramma*) Regis invictiſſimi.

Egil-

Egilbertus Cancellarius vice *Willigisi* Archicapellani recognovi.

Data IIII. Kal. *Oct.* (28. Sept.) Anno Dominice Incarnationis MII. Indictione I. Anno vero Domni *Henrici* Regis I. Actum *Spire*.

§. 29.

Salsensis Monasterii privilegia confirmat Conradus Rom. Rex. 1139. ex orig.

C. In nomine Sancte & individue Trinitatis. *Cunradus* divina favente clementia Romanorum Rex Secundus. Si jura & libertates Ecclesiarum Dei retinemus, conservamus & confirmamus, Antecessorum nostrorum Regum sive Imperatorum exempla tenemus & id Nobis ad presentis vite prosperitatem & eterne vite beatitudinem profuturum non dubitamus. Notum igitur esse volumus omnibus sancte Dei Ecclesie fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter Nos pro remedio anime nostre nec non parentum nostrorum Monasterium in *Alsatia* in loco qui dicitur *Salzi* juxta fluvium *Matra* situm a beatissima *Adelheida* Romanorum Imperatrice

trice Augusta constructum, cum familia & omnibus appendiciis acquisitis & acquirendis, peticione *Ottonis* ecclesie ejusdem Abbatis, ejusdemque familie lacrimabilem oppressionem & miserabilem querimoniam audientes & calamitati eorum pie condescendentes sub nostre immunitatis tuicionem recepimus, quatinus omni violencia vel perturbacione remota semper secure & libere permaneat, ita videlicet, ut nostris aut futuris temporibus Apostolice tantum libertati & Regie ad defendendum subjectum sit Majestati, & Abbas ejusdem loci tam in spiritualibus, quam temporalibus secundum quod justicia dictaverit ordinandi & disponendi habeat potestatem, ita ut defuncto Abbate ejusdem Ecclesie de eorum collegio confratres libertatem habeant electionis. Ad hec firmissime precipimus, quod nulla potestas, nulla persona aliquas contrarietates vel violencias eidem monasterio in quibuscunque possessionibus, quas a predicta Imperatrice aut ab aliis suscepit aut adhuc ab aliquibus sancte Dei ecclesie fidelibus susceptura est, nostris aut futuris temporibus inferre presumat, sed liceat illius monasterii Abbatem suos-

osque Successores suo monasterio preesse omnibusque rebus ibidem pertinentibus, ita ut nullus Dux, vel Comes aut Regius exactor seu Advocatus vel Subadvocatus seu alia judiciaria persona magna seu parva inposterum in predictum monasterium aut loca illuc pertinentia intrare presumat, ad causas audiendas, aut paratas faciendas vel fidejussores tollendos vel ad exercendam aliquam potestatem nisi is *Advocatus*, quam prefati loci Abbas assentientibus fratribus sibi elegerit. Preterea ratum & inconvulsum esse volumus, ut omnes inhabitatores loci illius cujuscunque nationis vel condicionis nulla inquietati perturbacione *Advocato* suo, si quem habeant, nihil preter capitalem censum in eodem loco persolvant, sed in eo jure & libertate qua Spirenses supradicti loci habitatores semper permaneant, salvo banno, theloneo, moneta & omnimoda prefati Abbatis Successorumque suorum justicia. Verum si ipsius loci *Advocatus* vel quilibet exactor sive qui cottidiana servicia vel quelibet violenta obsequia, plus quam justitia exigit, extorqueat, Regie Majestatis censure subjaceat, ita videlicet, ut quadraginta libras

bras auri puriſſimi componat & dimidiam partem camere noſtre, reliquam vero predicte Eccleſie perſolvat. Ut autem hec noſtra renovacio & confirmacio rata & inconcuſſa omni evo permaneat, hoc noſtre donacionis preceptum inde conſcriptum ſigilli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, manuque propria, ut infra videtur corroboravimus. Teſtes quoque qui aderant preſentes, ſubternotari fecimus, quorum nomina hec ſunt. *Adelbero* Treverorum Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis legatus, *Embricho* Wircenburgenſis Epiſcopus, *Bucco* Wormacienſis Epiſcopus, *Albero* Leodienſis Epiſcopus, *Stephanus* Metenſis Epiſcopus, *Warnberus* Monaſterienſis Epiſcopus, *Ortliebus* Baſilienſis Epiſcopus, *Anshelmus* Havielbergenſis Epiſcopus, *Suicgerus* Brandenburgenſis Epiſcopus, *Wibaldus* Abbas Stabulenſis, *Fridelo* Augenſis Abbas, *Wicgrammus* Fabarienſis Abbas, *Fridericus* Dux *Suevie*, *Cunradus* Dux *Carintie*, *Maths* Dux, *Hermannus* Advocatus ejusdem loci. *Bertholfus* Comes. *Albertus* Comes. *Reinaldus* Comes & ceteri quam plures.

Sig-

Signum Domini *Cunradi* Romanorum Regis secundi.

Monogramma Conradi.

Ego *Arnoldus* Cancellarius vice *Adelberti* Moguntini Archi-Cancellarii recognovi. Anno Dominice Incarnacionis M°C°XXXVIIII°. Indictione secunda, Regnante Romanorum Rege secundo. Anno II° regni ejus II°. Data Argentine V°. Kal. *Juny* (28. Maji.) in Xpo feliciter amen.

§. 30.

Heinrici VI. Imperatoris diploma super Advocatia loci Selsensis.
1197.

Heinricus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Rex *Sicilie*. Omnibus ad quos presens pagina pervenerit tam posteris quam presentibus salutem & omne bonum. Frequens rerum permutacio hominumque facilis oblivio perswadet, ut ea, que geruntur in tempore, ne sequantur naturam temporis, vividum debeant scripture memoria sumere fermamentum.

Innotefcat igitur prefentibus & pofteris, quod fidelium noftrorum *Helnwici* Abbatis de *Salfa* & *Hermanni* Marchionis de *Baden* precibus inclinati, omnem inter eos factam compoficionem fuper *Advocacia* loci Salfenfis, qua idem a Nobis Marchio cognofcitur infeudatus, per affenfum noftre clementie confirmamus ac ne in pofterum ab ullo hominum infringatur, fub interminacione Majeftatis Imperatorie firmiter inhibemus, ftatuentes juxta partis utriusque condicionem, ut fupradictus Abbas ejusque fucceffores memoratam cum omni fuo jure advocatiam in fua tamdiu retineant poteftate, quo ad usque debitam fibi a prefato Marchione ducentarum pecuniam marcarum fine diminucione recipiant, medioque tempore neque Marchio nec fuorum aliquis heredum fepedictam *Advocatiam* pro majori pecunia quoquam prefumant alienare vel ullatenus obligare, fed fi de fua eam poteftate penitus voluerint exheredare & ad nullius nifi Abbatis aut Cœnobii Salfenfis dominium aliquo modo valeant obliquare. Ut autem hec noftra conceffio illorumque condicio rata in pofterum ac inconvulfa permaneat,

neat, noſtro ſigillo fecimus hanc paginam inſigniri ac preſentis ſcripti patrocinio communiri Datum apud *Linariam* Anno verbi Incarnati M°C°XC°VII°. II. Kal. *Auguſti* (31. Jul.) ex orig.

§. 31.

An. DCCCCXCIV. *Otto* III. Imp. monaſterii Waldkirch privilegia confirmat & inter alia enuntiat — "volu-
"mus & omnino perdonamus, ut nullus
"Dux, Comes, vice-Comes aut aliqua
"judiciaria perſona, poteſtatem habeat
"in præfato monaſterio vel in locis ad
"illud monaſterium pertinentibus per-
"noctandi vel placitum tenendi aut pa-
"ratam exigendi ſeu aliquod ſervile
"onus eis earumque familiis imponendi,
"niſi forte neceſſitatis cauſa... ab Ab-
"batiſſa vocati adveniant, ne importu-
"nitate ſui ſuorumve ſacro loco aliqua
"inferatur moleſtia, Advocatus enim
"nullus ibi conſtituatur, niſi quem ip-
"ſius monaſterii Abbatiſſa cum conſilio
"ipſius congregationis ſibi aptum & uti-
"lem elegerit. Et ſi inſcie & non ſatis
"cautè ſibi advocatum non bonum ac-
"quiſierint, re cognita, eo abjecto, po-
"teſtatem habeat in alterum illis uti-

 lio-

"liorem transire...." *Hergott loc. cit.* p. 91.

§. 32.

An. MIII. *Heinricus* II. Rex possessiones monasterii S. *Bavonis* Gandensis confirmat & statuit — "Hoc ergo Monasterium cum omni rerum ad se pertinentium summa integritate confirmamus perenniter usibus fratrum præfati cœnobii sub perpetua immunitatis defensione ac nostræ celsitudinis facto testamento, per quod jubemus atque præcipimus, ut nullus Comes aut Judex publicus, Vicarius, Advocatus seu quilibet ex judiciaria potestate in ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones præfati Monasterii, quas moderno tempore in quibuslibet pagis ac territoriis infra ditionem Imperii nostri justè ac legaliter possidet vel quæ deinceps in jure ipsius sancti loci voluerit divina pietas augeri, ad causas audiendas vel freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos aut homines illius loei tam ingenuos quam servos, super terram ipsius commanentes distringendos, nec ullas redhibitiones

aut

" aut illicitas occasiones requirendas, no-
" stris ac futuris temporibus ingredi au-
" deat vel ea, quæ supra memorata
" sunt, penitus exigere præsumat. Sed
" & memorato Monasterio spe beatitudi-
" nis æternæ, ut ad salutem animæ meæ
" in æterna quiete proveniat, cum con-
" cessis fredis, omnium teloniorum ex-
" actiones indultas esse volumus ac re-
" missas, sicut in præcepto antecessoris
" mei continetur, ita ut quoties pro uti-
" litate Monasterii ac Fratrum aliquos
" dirigi contigerit, per diversa loca Im-
" perii nostri euntibus & revertentibus
" absque ulla sollicitationis inquietudine
" negotium suum liceat exercere, qua-
" tenus ipsos servos Dei ibidem famu-
" lantes, pro me atque statu regni a Deo
" mihi concessi jugiter misericordiam
" Dei exorare delectet....." *Miræi donationes Belgicæ pag.* 35.

§. 33.

Conradus II. Imp. in Diplomate immunitatis Fabariensi Monasterio an. MXXXII. concesso declarat — "ipsos
" monachos & res ad præfatum Mona-
" sterium pertinentes per hoc Imperia-
" le præceptum in nostrum mundibur-

 dium

" dium & tuitionem fuſcepimus; eo quo-
" que tenore, ut nullus publicus Judex,
" Dux, Comes vel Epiſcopus vel quis-
" libet judiciaria poteſtate conſtitutus,
" aliquam ſuper eos in rebus vel in fa-
" miliis eorum exerceat poteſtatem, in-
" tus vel foris, ſed ejusdem Monaſterii
" prænominatus Abbas ſuique ſucceſſo-
" res ad Monachorum neceſſarios uſus
" poteſtative teneant atque poſſideant.
" Et ut nullus inde quippiam alicui in
" beneficium præſtare præſumat, ſed
" ſub noſtra defenſione illorum res per-
" petualiter permaneant, ad illorum,
" ut ſupra diximus, neceſſarios uſus.
" Conceſſimus namque eis electionem &
" poteſtatem firmiſſimam, quemcunque
" inter eos Abbatem voluerint, eligere,
" quatinus eos pro nobis libentius ex-
" orare delectet." *Herrgott l. c. p.* 110.

Eadem eidem monaſterio eſt impertitus *Henricus* III. Rex anno MXL. *Herrgott l. c. p.* 114.

§. 34.

An. MXLV. modò fatus Rex Monaſterium *Skennines* in ſuam tuitionem recipit atque declarat — "& cum omni-

"nibus utilitatibus vel utensilibus ad "idem Monasterium pertinentibus seu "quæcunque adhuc Divina pietas illuc "augeri voluerit, in nostrum mundi-"burdium, tuitionemque suscipimus, "nostræque authoritatis præcepto robo-"ravimus, eo quoque tenore, ut præ-"dictum Monasterium & sanctimoniales "eandem libertatem, quam cœteræ Re-"gales, habeant & perpetnaliter in ea-"dem consistant. Decrevimus autem "atque constituimus, ut eædem sancti-"moniales inter se liberam potestatem "habeant, eligendi Abbatissam, cui a "Regia potestate id ipsum committere-"tur Officium, & ut hæc nostra mundi-"burdis & tuitionis authoritas stabilis & "inconvulsa omni tempore perseveret, "hanc cartam inde conscriptam, sub-"tusque manu propria roboratam sigil-"lari jussimus . . ." *Herrgott l. c.* p. 117.

§. 35.

Henricus V. Imp. An. MCXXIII. cellæ S. *Blasii* confirmat liberam potestatem eligendi *Advocatum* sub hoc tenore — "Nullus Dux aut Comes vel "alia aliqua persona major vel minor

„ aliquid juris habeat, aliquam potesta-
„ tem exerceat, vel ullam inquietudi-
„ nem monachis in eadem cella manen-
„ tibus inferre præsumat, quod si præ-
„ sumpserit, reus Majestatis erit. Præ-
„ terea Regia auctoritate statuimus, ut
„ in electione Advocati Abbas liberam
„ habeat potestatem, cum consilio fra-
„ trum suorum talem eligere, quem ad
„ defendendam Monasterii libertatem &
„ justitiam, bonum & utilem atque ido-
„ neum cognoscat, qui non pro terreno
„ commodo sed pro remissione peccato-
„ rum suorum & pro æterna mercede
„ ipsam Advocatiam habere & bene
„ tractare velit. Si autem quod absit,
„ non ut advocatus, sed potius calum-
„ niator & pervasor monasterii fuerit &
„ admonitus semel, iterum ac tertio,
„ non emendaverit, omnino potestatem
„ habeat Abbas cum consilio fratrum &
„ nostro nostrorumque successorum pa-
„ trocinio, hunc reprobare & alium
„ sibi utiliorem undecunque eligere... „
Herrgott loc. c. p. 137. 139. 150.

Conradus III. Rex an. MCXXXIX. innovavit Einsidlensis Monasterii immunitatem & libertatem declarando —

ut

„ ut nullus Dux vel Marchio, Comes „ aut vice-Comes, Advocatus ſeu Sub- „ advocatus aut alia ſœcularis poteſtas „ aliquam in eadem Abbatia injuſtam „ vel violentam exerceat poteſtatem, „ ſed tota ejusdem eccleſiæ familia intus „ & exterius, ſpecialiter autem illi mi- „ niſteriales eccleſiæ, qui Abbati fratri- „ busque cottidiano ſervitio aſſiſtunt, „ quadam familiaritatis libertate de om- „ ni forisfacto Abbati tantum reſpon- „ deant... „ *Herrgott loc. cit. pag.* 163.

Idem Imperator An. MCXLI. terminavit litigium & diutinas diſſenſiones inter Eccleſiam Baſileenſem & Monaſterium S. *Blasii*, illa aſſerente, monaſterium ſubjectionem debere Eccleſiæ Baſileenſi hancque jus *Advocatiæ* ſuper illud habere. Cum conſenſu utriusque partis, omnis, quæ inter eos erat, controverſia dimiſſa eſt in conſilio diſcretionis *Conradi* Imp. qui habita deliberatione cum Regni principibus conſuluit, quod Baſileenſis Eccleſia quatuor curtibus ſcilicet *Sierenbo*, *Louſen*, *Ottingen*, *Filnacker* ab Eccleſia S. *Blasii* per legitimam traditionem acceptis, nunquam eandem Eccleſiam pro jure

ſub-

ſubjectionis vel *Advocatiæ* vexaret vel aliquo modo pulſaret. Placuit utrique parti hoc conſilium & omnis inter eos diſcordia ac controverſia de ſubjectione Monaſterii S. *Blasii* atque *Advocatiæ* diu protracta in æternum conſopita, penitusque extincta interimebatur ..... *Herrgott loc. cit. p.* 165.

§. 36.

An. MCLVI. *Fridericus* I. Imp. Monaſterium *Maulbrunn* Ord. Ciſt. in Imperii protectionem ſuſcepit „ſtatuit„que edicti Imperialis auctoritate, ne „Eccleſia prædicta per omnes poſſeſſio„nes ſuas præter Imperatoris perſonam „vel ſucceſſorum in regno aliquam Ad„vocatiam habeat. Sane laborum ve„ſtrorum (*ad Maulbrunnenſes loqui„tur Imperator*) quos propriis mani„bus aut ſumptibus colitis, ſive de nu„trimentis animalium veſtrorum ſicut „ſtatutum & conceſſum vobis à ſummis „Pontificibus beatæ memoriæ Innocen„tio & Eugenio nullus omnino aut Cle„ricus aut laicus decimas à vobis exi„gere præſumat. Si qua igitur in futu„rum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona „hanc noſtræ tuitionis paginam ſciens con-

„ contra eam temere venire temptave-
„ rit, secundo tertiove commonita, si
„ non satisfactione congrua emendave-
„ rit, potestatis honorisque sui dignita-
„ te careat, reamque se divino judicio
„ existere Imperatoriæ Regiæque Ma-
„ jestatis offensam graviter incurrisse
„ cognoscat. „ *Besoldi Documenta re-
diviva pag.* 794.

Idem Imperator an. MCLIX. libertatem & immunitatem Monasterii Fabariensis taliter concessit — „ quod nos
„ ipsos monachos & res ad præfatum
„ Monasterium pertinentes per hoc Im-
„ periale præceptum in nostram tutelam
„ suscepimus; eo quoque tenore, ut nul-
„ lus publicus Judex, Dux, Comes vel
„ vice-Comes, Advocatus aut Subad-
„ vocatus sive Episcopus aut quilibet
„ judiciaria potestate constitutus aliquam
„ super eos in rebus juste acquisitis vel
„ acquirendis vel in familiis eorum, ex-
„ erceat potestatem intus vel foris, sed
„ ejusdem Monasterii Abbas .. ejusque
„ successores ad monachorum usus ne-
„ cessarios potestative teneant atque pos-
„ sideant. Sit vero Abbatia illius Mo-
„ nasterii libera & ab omni extranea &
ini-

„ iniqua poteſtate ſecura, nec alicui ſuc„ ceſſorum noſtrorum Regum vel Impe„ ratorum liceat eam vel res ſuas alteri „ Monaſterio aut perſonæ inbeneficiare „ aut in proprietatem donare. „ *Herrgott l. c. p.* 181. Inſuper in alia charta triennio poſt *Erfordiæ* data ab eodem Imperatore ſic ſtatuitur — „ quod Mo„ naſterii Fabarienſis Advocatiam cum „ omni jure ſuo & attinentiis ad noſtram „ & Imperii poteſtatem atque tuitionem „ ſuſcepimus & virtute hujus inſtru„ menti ſuſcipimus; authoritate quoque „ Imperatoria, ut hæc Advocatia dein„ ceps perpetuis temporibus apud Im„ perium reſideat, nec à Nobis, neque „ à Succeſſoribus noſtris Roman. Impe„ ratoribus aut Regibus inbeneficietur, „ oppignoretur aut ullo modo tradatur, „ ſtatuimus & ordinamus. . . „ *Herrgott l. c. p.* 184.

§. 37.

Suprafatus Imperator *Fridericus* Anno MCLXXXI. de Monaſterio Lobenvelt inquit — „ Cum id Regali cle„ mentia hoc modo privilegiatum præ„ ter Regis defenſionem alium non ha„ beret Advocatum; Boppo ſenex Comes

„ mes de Loufun, quia ei vicinus erat, „ ſi quid quæſtionis natum fuerat, ſœ„ pius ad eum perlatum eſt & quia Re„ gi gratum eſſe noverat, injurias Ec„ cleſiæ illatas ſœpius vindicabat, poſt „ cujus obitum, quod ipſe affectu pie„ tatis ac benevolentiæ rogatus fecerat, „ filius ejus Boppo in contrarium uſur„ pare volens, Advocatum ſe eſſe cœ„ pit fateri & cum hac occaſione aliqnan„ to tempore clam turbaſſet, quæſtio „ inde coram Nobis agitata eſt, donec „ noviſſimè à Domino Cunrado ſecundo „ Wormatienſi Epiſcopo & Sifrido præ„ dicti cœnobii Præpoſito convictus in„ juriarum ceſſit & juri Advocatiæ, quod „ ibidem ſe habere fatebatur, omnimo„ dis renuntiavit.„ *Schannat Hiſt. Wormat. probat. num. XCII.*

An. MCCXIII. *Fridericus* Rom. Rex in Diplomate Monaſterio *Montis Angelorum* conceſſo enuntiat — „ Omnia „ quæ piæ recordationis Heinricus IV. „ Romanorum Rex privilegio ſuo ei„ dem Eccleſiæ conceſſiſſe dinoſcitur, „ Nos ea Imperiali auctoritate confir„ mantes conſtituimus, ut Pater Mona„ ſterii, cum conſilio fratrum ſuorum, eli-

„ eligat Advocatum, Deum timentem,
„ bene confideratum, undecunque ei
„ placuerit & ei commendet; non præ-
„ ftet ad remedium animæ fuæ, & ut
„ nunquam hæreditario jure in aliquem
„ proveniat, omnino interdicimus; qui
„ non pro terreno commodo vel lucro,
„ fed pro æterna mercede follicitus &
„ ftudiofus, conftitutam Monafterii li-
„ bertatem & juftitiam defendere volue-
„ rit: hic denique, Patre Monafterii
„ petente, bis vel ter in anno, fi necef-
„ fe fuerit, non in ipfo loco fancto, ubi
„ nunquam aliquam poteftatem vel ex-
„ actionem, feu aliquid regendi habeat,
„ nifi aliqua fæcularis perfona interim
„ rebellis fit, ut neceffario rogante Pa-
„ tre Monafterii ab eo comprimatur,
„ alibi ubicunque vel quandocunque
„ Patri Monafterii vifum fuerit, invita-
„ tus ab illo veniat, & quicquid ibi
„ proclamatum fuerit pro caufis & ne-
„ ceffitatibus Monafterii, rite peragat.
„ Nullum autem aliud fervitium, jus
„ aut beneficium fibi pro hoc concedi
„ recognofcat, nifi æternam Dei merce-
„ dem & tertium bannum in illis placi-
„ torum diebus & unum modium fpel-
„ tæ & unum frifcingum valentem fi-

clum

„ clum & unum ſiclum de vino & ni-
„ chil aliud ſperet, nec accipiat, nec
„ pro juſtitia nec pro caritate; & ſi non
„ venerit ad placitum, nichil ſperet ſe
„ accepturum. Præter ea conſtituentes
„ volumus, quod, niſi Patre cœnobii
„ volente & advocante, bona & loca
„ Monaſterii ſuis frequentiis temerarius
„ & ſine cauſa juſta adeat vel attingat,
„ nec pernoctandi ibi licentiam habeat,
„ nec unquam aliquem advocatum per
„ ſe liberum aut ſervum inibi conſtituat.
„ Quod ſi unquam præſumptuoſus ali-
„ ter temptaverit, quia noſtram Impe-
„ rialem conſtitutionem violat & infrin-
„ git, nec advocatus ſed potius calum-
„ niator & pervaſor fuerit, omnino po-
„ teſtatem habeat Abbas, cum conſilio
„ fratrum, hunc penitus reprobare &
„ alium Regia adjutus poteſtate, ſi ali-
„ ter fieri non poterit, ſibi utiliorem,
„ undecunque eligere. Quod ſi ille,
„ quod abſit, depravatus aliquando fue-
„ rit & commiſſionem ad utilitatem ec-
„ cleſiæ non cuſtodierit, liceat Abbati
„ ſemper inutilem removere & alium ſi-
„ bi utiliorem ſubſtituere. „ ***Herrgott***
l. c. p. 216.

§. 38.

Anno MCCXXIII. *Fridericus* II. Imp. ait in Diplomate Monaſterio Hirſaugienſi conceſſo — Decet Imperialis magnificentie majeſtatem omnes Chriſtifideles in Monaſteriis & locis Deo dicatis eidem Domino militantes ſub Majeſtatis ſuæ munimine ſpecialiter confovere... Hinc eſt... Statuimus inſuper & ſanctimus, quod poſtquam *Advocatia* ejusdem Monaſterii ad manus noſtras & *Henrici* illuſtris Romanorum Regis kariſſimi filii noſtri pervenerit, a manibus noſtris & hæredum noſtrorum alienari vel diſtrahi nunquam poſſit, nec liceat nobis aut hæredibus noſtris in ipſa *Advocatia Subadvocatum* conſtituere, niſi quem Abbas & Conventus ejusdem Monaſterii poſtulaverint ſibi dari.... *Beſoldi Documenta rediviva Wirtembergica* p. 555.

Ludovicus IV. Imp. jubet *Udalricum* Comitem Wirtembergicum anno MCCCXXXVIII. ut Monaſterium *Albam Dominorum* tueatur contra *Hermannum* Badenſem Marcgravium. *Beſold l. c.* p. 153. *ſqq. ubi plura. De mona-*

monasterio Altenburg, *ad an.* 1293. *vid.* de *Gud. T.* 2. p. 277. & p. 175.

§. 39.

Adolfus Romanorum Rex jubet, ut Advocati Provinciales per Alsatiam & Spiraugiam Abbatiam Schwartzach &c. 1297.

Adolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus universis Advocatis Provincialibus, cœterisque Advocatis, Scultetis & Officiatis Imperii per *Alsatiam* & *Spiraugiam* constitutis & aliis Imperii fidelibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint & specialiter *Advocato* in *Selze* & Sculteto in *Hagenau* gratiam suam & omne bonum. Cum nos armos sacre delibutionis Oleo habeamus perunctos, ut Ecclesiarum, earumque personarum & rerum debeamus existere strenui defensores, universis vobis & singulis damus Edicto Regio in mandatis, quatenus Religiosos viros Abbatem & Conventum Monasterii in *Schwartzach*, quos cum personis & rebus ipsorum in nostram & Imperii protectionem recepimus & præsentibus recipimus specialem, non permittatis

in perſonis, familia ſeu bonis aliis moleſtari indebite vel gravari a quacunque perſona cujuscunque conditionis exiſtat, ac jura & conſuetudines approbatas ipſius Monaſterii in tranquillitate & pace authoritate Regia conſervetis, nec vos ipſos extorſionibus indebitis vel alias illicite moleſtetis, prævenientes ipſos promotionibus, honoribus & defenſionibus opportunis. Datum apud *Gengenbach* Anno Domini M. CC. nonageſimo ſeptimo VIII. Jdus *Auguſti* (6. *Aug.*) Regni noſtri anno ſexto. *Cloſter Schwartzachiſche Deduction de* 1780. *beylagen. n.* 48.

§. 40.

Albertus Romanorum Rex Abbatiam Schwartzach committit Advocato Generali Alſatiæ tuendam. 1300.

Albertus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus Univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Affectantes honorabilium & religioſorum virorum Abbatis & Conventus Monaſterii in *Schwartzach* de-

vo-

votorum noſtrorum dilectorum, ut eo liberius & commodius divinis valeant vacare ſervitiis, injurioſis diſpendiis & diſpendioſis injuriis ob divinam reverentiam ſpecialius præcavere, ipſos, Monaſterium cum bonis ſuis omnibus & ſingulis ac hominibus eorundem, Advocato Generali *Alſatiæ* iſti, qui nunc eſt & qui pro tempore fuerit, quoad protectionem duximus committendos; dantes hoc edicto Regio, iſti Advocato & qui pro tempore fuerit, diſtrictius in præceptis, ut memoratos Abbatem, Monaſterium & Conventum cum bonis & hominibus ſuis manu teneat contra injuriatores & offenſores ſuos quoslibet fideliter & defendat, nec permittat ipſis a quoquam moleſtiam irrogari, præſentium teſtimonio literarum. Datum *Argentinæ* XVI. Kal. *Junii* (17. *Maji.*) Anno Domini MCCC. indictione XIII. Regni noſtri anno ſecundo. *Deduction des Cloſters Schwartzach de* 1780. *beylagen. n.* 49.

§. 41.

Wie Kayſer *Maximilian* Ertzhertzog zu Oſterreich &c. Pfaltzgrau *Ludwigen* churfürſten und hertzog *Fridrichen* beſtetigt und confirmirt das die Ept, Prelaten und ander, ſo in der *Pfaltz* obern und nidern landts und Fürſtenthumben Schirm bisher geweſen alſo hinfüro noch pleiben ſollen.

Wir *Maximilian* von Gottes gnaden erwelter romiſcher Kayſer, zu allen Zeiten merer des reichs, in *Germanien*, zu *Hungern*, *Dalmacien*, *Croacien* &c. Konig, Ertzhertzog zu *Oſterreich* Hertzog zu *Burgundi*, zu *Brabant* und Pfaltzgraue &c. bekennen offentlich mit dieſem brief und thun kunt aller meniglich das wir aus redlichen urſachen uns furbracht, und dazu bewegende den hochgebornen *Ludwigen* des heiligen Romiſchen reichs Ertzdruchſes und *Friderichen* Gebruder pfaltzgrauen by *Rein* und hertzogen in *Beyern*, unſern lieben oheim Swager, Churfurſten und Fürſten &c. dieſe gnad gethan und jnen zugeſagt bewilligt und verſprochen und thun das von Romiſcher

ſcher Kayſerlicher macht wiſentlich in crafft dis brifs, alſo das die Ept, prelaten, und ander ſo in der *Pfaltz* obern und undern Landts Schirm bisher geweſen, und noch ſein, in demſelben Schirm bleiben, und jren liebden alles das thun, desgleichen jre liebden und jr erben, ſie hierwiderumb wider jr alt herkomen und freiheiten nit beſweren laſen, ſondern ſie von baiden tailen ſolchs alles halten ſollen, wie von alter herkomen iſt, und wir unſer nachkomen am reich ſollen uns auch derſelben Ept, Prelaten und ander nit annemen noch ſolchs yemants andern zu thun geſtatten, oder jnen die entziehen laſen, ongeuerlich. Und gebieten darauf allen und yeden unſern und des reichs Churfurſten, Furſten, Prelaten, Grauen, Freyen, herrn, Rittern, knechten, hauptlewten, vitzthumben, vogten, pflegern, verweſern, amptlewten, Schulteiſſen, Burgernmaiſtern, richtern, reten, Burgern, Gemainden, und ſunſt allen andern unſern und des reichs unterthanen und getrewen, und ſonderlich den Epten zu *Waldſachſen*, *Michelfeld*, *Schönaw*, *Limpurg* und andern ſo bisher in gemeltem Schirm ge-

wesen und noch sein, ernstlich, und wollen, das sie den gemelten Pfaltzgraue *Ludwigen*, und Hertzog *Friederichen* und jr Erben an den berurten Castvogteyen schirm und diesen unsern Kayserlichen gnaden nit jrren, noch hindern, noch die gemelten Ept und Prelaten, und ander so in solichem schirm sein, sich des nit setzen noch widern, sondern Jr Liebden des getrewlich gebrauchen geniesen, und gentzlich dabey beleiben lassen, und hiewidder nit thun, als lieb einem yeden sey unser und des reichs swere ungnade und straff und darzu ein peen, nemlich funfzig marck Lottigs goldes zu uermeiden die yeder so offt er freuenlich hiewidder thete, uns halb in unser und des reichs camer, und den andern obgemelten Pfaltgraue *Ludwigen* und Hertzog *Friderichen* gebrudern, und jren Erben, unablesslich zu bezallen, verfallen sein soll. Mit urkunde dies briefs besiegelt mit unserm Kayserlichen anhangendem Insiegel. Geben in unser und des reichs statt *Auspurg* am dritten tag des monats *Septembris* nach Christi geburt funfzehenhundert, und im achtzehenden, unser

reich

reich des Romischen im drew und dreissigsten und des Hungerischen im neun und zwantzigsten jaren.

§. 42.

Wie Kayser Karll der Pfaltz den schirm der Ept und Prelaten confirmirt und bestet.

Wir *Karll* der Funft von Gotts gnaden erwelter romischer Kayser, zu allen zeiten merer des reichs &c. bekennen fur uns und unser nachkommen am Reich offentlich mit diesem brief, und thun kunt allermeniglich als weilandt der allerdurchleuchtigst Furst Kayser *Maximilian* unser lieber Her und Anher loblicher gedechtnus, den Hochgeborn *Ludwigen* des heiligen romischen reichs Ertzdruchses und *Friderichen* gebrudern Pfaltzgrauen by *Rhein* Hertzogen in *Beyern*, unsern lieben Oheimen Churfurst und Fursten ain gnade und verschribung berurend alle prelaten und ander so in der *Pfaltz* obern und undern Landts Schirm bisher gewesen, und noch sein gethan und gegeben hat von wort zu wort also Lautendt: *Wir Maximilian*, &c. (ut §. 41.)

Das wir demnach aus aigener bewegknus mit wolbedachtem muet zeitigem rat und rechter wiſſen ſolich vorbeſtimpt Kayſers *Maximilian* gegeben gnade und verſchreibung in allen jren artickeln und inhaltungen gnediglich confirmirt, beſtet und ernewert haben, confirmiren, beſtetten, und ernewern Jnen die auch von Kayſerlicher macht wiſſentlich in crafft dis Briefs, und mainen ſetzen und wollen das die gnanten Pfaltzgraue *Ludwig* und Hertzog *Friederich* jr erben und uachkomen, ſich der new hinfur ewiglígk getrewlich gebrauchen, genieſen und gentzlich daby beleiben ſollen und mogen, von meniglichen unuerhindert. Und gebieten darauf allen und yglichen Churfurſten, Furſteu, Geiſtlichen undt Weltlichen, Prelaten, Grauen, Freyen, Hern, Rittern, und Knechten, Hauptleuten, Landtvogten, Vitzthumben, Vogten, Pflegern, Verweſern, Schulteiſen, Burgermeiſtern, Richtern, Retten, Burgern und Gemainden und ſunſt allen andern unſern und des reichs unterthanen und getrewen in was wirden, ſtats oder weſens die ſein, und ſonderlich den Epten, zu *Waldſachſen*,

ſen, *) *Michelſeld*, *Schönaw*, *Limpurg*, und andern ſo bisher in dem gemelten ſchirm geweſen, und noch ſein ernſtlich, und wollen das ſie die gedachten Pfaltzgrauen *Ludwigen* und Hertzog *Friederichen* und jr Erben, an den beſtimbten caſtvogthien ſchirm, gnaden, und verſcribungen und diſer unſer Kayſerlichen confirmacion und vernewung nit irren noch hindern noch die gemelten Ept und Prelaten und ander, ſo in ſolchenn ſchirm ſein ſich des nit ſetzen, noch widern, ſonder Jr liebden des getrewlichen gebrauchen genieſen und gentzlich dabey beleiben laſſen, und hin widder nit thun als lieb einem yden ſy unſer und des reichs ſwere ungnade und ſtraff, auch die penen in Kayſer *Maximilians* brief begriffen, und darzu ein ſonder pene, nemblich viertzigk marck Lottigs goldes zu uermeiden, die ein yder ſo offt er freuenlich hinwider thet uns halb in unſer und des Reichs Camer, und den andern halben taill den vorgemelten Pfaltzgrauen *Ludwigen* und Hertzog *Friderichen* gebrudern und jren

*) Vid. paulò inferiùs ad §. 42. A — F.

jren erben, unableslich zu bezalen veruallen sein soll. Mit Urkhunde dis briefs besiegelt mit unserm Kayserlichen anhangenden Insiegel, Geben in unser und des heilligen reichs stat *Coln* am vierden tag des monats *Novembris* nach Christi Geburt tausent funfhundert und im zwantzigsten jare, unser Reich des Romischen im andern, und der andern aller im funfften jaren. *)

*) *Carolus* V. Imp. *Spirae* an. 1529. hoc titulo usus est:

Wir als Römischer Kayser, oberster Vogt und Beschirmer unseres heiligen Christlichen Glaubens.

Josephus II. Imp. Capitulationis Art. I. ait: Zum ersten, das wir in Zeit solcher unserer Königlichen Würden, Amt und Regierung die Christenheit und den Stuhl zu *Rom* auch Päbstliche Heiligkeit und Christliche Kirchen als derselben Advocat in guten treulichen Schutz und Schirm halten &c. Confer: *Martinus Magerus à Schönberg de Advocatia armata & ibidem Dissertatio Paullini de Advocatia monasteriorum. Besoldi monumenta rediviva. pag.* 79. *p.* 289. *Gallade Dissertatio de Advocatis Ecclesiasticis. Heidelbergae* 1768.

Exempla hoc capite relata sufficiant pro asserendo Imperatori aut Regi Romanorum jure *Advocatiarum* Monasteriorum supremo. Quod-

si

ſi etiam alius Princeps aut Comes &c. unius alteriusve prædii particularis *Advocatiam* obtinuerit, id ad univerſas monaſterii poſſeſſiones nullatenus extendendum, minimè autem ab hoc *Advocato* particulari in illius bona ubicunque ſita involandum eſt, intercedente præſertim alia Summi Pontificis & ſummi Imperantis Ordinatione. Confer: *Chronici Schönav. Dipl. pag.* 381. *ſeq.*

Ad §. 42. A.

Vertrag züſchen dem Abt von Waltſachſen und den von Durſſenrewtt.

Wir *Philips* &c. *) bekennen &c. als ſich zwiſchen dem wirdigen unſerm lieben andechtigen Herrn *Jorgen* Abbte zu *Waldtſachſen* von ſeins Stiffts wegen an einem und dem Rate und gemeiner Statt *Durſenrewt* anderſteyls, Jrrung und Zwitracht gehalten, haben wir die ytzgemelten beid parthien fur uns erfordert, und ſie Jrer gebrechen nach aller notturfft gehort, geeynt unnd vertrage, in maſen wie hernach uolgt, und zum erſten als die burger friheit haben, das jne der genant Abbt, oder ſein

*) Poſt mortem *Friderici Bellicoſi* Regimen Electoratus Palatini moderatus eſt ab an. MCCCCLXXVI — MDVIII.

sein Probst, oder ander die seinen, keinen burger zu *Dursenrewt* an seinem leib eren oder gut gewalt thun sollen, on recht, und dagegen der abt vermaint hatt das jme die genante von *Durssenrewt* seine wandel so die darumb ersucht werden, nit weisen als sie dan von seinen vorfordern ein ordnung empfangen haben, und in dem einander uber ruck tragen dardurch er verursachet werde in offenbaren henndeln on erkentnus des rechten zw handthabung seiner oberkeit die wenndel zu straffen, jn dem entscheiden wir das hinfur die von *Dursenrewt* uff begerung des abbts, seins probsts, oder eins andern von gedacht abbtswegen die wanndel furderlich und unuerzuck nach gegebener ordnung wisen und als sich geburt erkennen sollen, dagegen ein jeder abt desgleichen sein probst oder ander ampt-leut von seinen wegen hinfur keinen burger vorgeweltigen sunder gemelter masen by recht blyben lasen on geuerd, doch so ymandt mishandelt oder eynichen gewalt oder mutwillen beging, darus vnrat erwachsen, den oder dieselben sollen eins Abbts richter oder probst annemen, und so sie burgen se-

ſetzen, zurecht oder ſich mit bezelung des wanndels williglich zu uertragen underſteen ſo ſollen ſie der gefencknus und des Durns vertragen ſein, wo das nit iſt ſollen der oder dieſelben tetter in verwartter gefencknis gehalten werden, bis das ſie ſich mit der Herrſchafft durch recht oder gutlich vertragen. Zum andern nachdem die genannten von *Durſenrewt* auch friheit haben das ſie in eins Abbts holtzen ſich beholtzen mogen an durren ſtendigen undt liegendem holtz zu prennen und das zimmerholtz mitnemen ſollen, on des wort dem es beuohlen iſt, und die von *Durſenrewt* vermainen ſolich holtz vergebens zu haben, das dan der Abbte des prennholtz berurten maſen betreffend geſtannden aber des zimmerholtz halben vermaint hat, das ſoll jme und ſeinem Stifft zw iederzeit betzalt werden, daruff entſcheiden wir das die genanten von *Durſſenrewt* das prenholtz gemelter maſen vergebens und on alle beſwerungen, nutzen, nieſen, und gebruchen ſollen, und der Abt und ſein Convent nyemandt verpieten ſolich holtz zw marckt zu fuhren, und umb das zimmerholtz zimlich bezalung thun, nemb-

nemblich umb einen pawm das zimmerholtz ist ein pfenning und umb ein Legpawm vier pfenning, was sie aber von Latten, plancken und dergleichen zu notturfft bedurffen wurden, in dem soll sich ein Abbt als jr Herr gegen Jnen nit sperren, und jne das vergebens geben, und das geschir holtz soll nit hoher dan umb vier grosch von den burgern zw *Dursenrewt* bezalt werden, doch sollen die burger das alles thun mit wisen und anzaig der vorster, und sunst nit.

Zum Dritten als sie jrrung gehabt haben des schenncken und kratschen halben von *Lemburg* die jr pir zu *Dursenreut* allein nemen sollen, und das an andern ortten und sunderlich zw *Waldsachsen* genomen haben, wider der genanten von *Dursenrewt* fryheit &c. Entscheiden wir das sollichs nit mer gescheen, und hinfur das pir so zu *Lemberg* verschenncket wirt allein zu *Dursenrewt* genomen werden soll, laut jr fryheit on geuerde doch sollen die von *Dorssenrewt* zu yederzitt verfugen, das sie gut pir prewen, und umb ein rechten pfenning, und das man auch

zw

zw yeder zeit pir bekomen mag und daran nit mangel habe, wo das nit geschehe so soll der Abt macht haben darein zu sehen, und den von *Lemberg* zu erlauben an anndern orten pir zu kauffen.

Zum vierden, als jrrung gewest ist deshalb das Abbts Probsts ettlichen die wag uffgehaben, und anders das in kauffen und verkauffen unredlichs befunden gestrafft, das der Rate von *Dursenrewt* gemaint hat Jnen zu straffen geburn, in dem entscheiden wir, nachdem alle straffe geschehen von der oberkeit des stabs, den ein yeder Abt zu *Dursenrewt* fry hatt, so sollen alle wandel straff und pus, in oder auserhalb der statt in jren purckthumb aus der selben oberkeit genomen und durch einen von des abts wegen in besein der von rate oder eins oder me von jren wegen darzu verordent, in ein gemeine puchsen, zu der zwen Slusseln sein sollen, der ein des Abts geordenter den andern der rate haben soll trewlich gelegt und verwart werden, und dem Abbte der oberkeit nachzusteen, doch hat uns obgemelte Pfaltzgraue *Philippsen* der gnant Abte zusagat, fur sich und

und ſein nachhomen aus ſundern gnaden und umb gemeins nutz willen, den halben teil ſolicher obgemelter geſellen von den wanndeln, freueln, und puſſen in allweg die oberkeit jme und ſeinem ſtifft vorbehalten, alle jar jerlich an der ſtatt *Durſenrewt* pew zugeben, als er auch vor unns ſich und ſein nachkomen verpflicht und die verwaltung deſelben halben teyls dem Ratt von *Durſenrewt* der zw yeden zeitt ſein wirdet empfolen hatt, das zu verwalten Jme als dem herrn zu uerrechnen und an der ſtat, an ortten, da es am nottſten iſt, mit ſeinem wiſſen und Rate zu uerpawen, getrulich und ungeuerlich jn dem ſelben entſcheiden wir ferrer das die burger ſolichs von jrem herrn dem Abte zw danck annemen thun und handlen ſollen, wie hieuor gemelt wirdet dem Abt und ſeinem Stifft. An der oberkeit gentzlich unuergriffenn doch ſo iſt, in dem einen Abte auch vorbehalten, ob ymandt das leben verwurckt hett, und jme der Abte uff ein zeitlich ſtraffe gnad thete daſelb ſoll einem Abte und Stifft allen zuſteen on verhinderung der von *Durſenrewt*.

Zum

Zum funften so soll der new zoll so zu *Dursenrewt* ist, absein und solich holtz hinfur fry und on alle beswerung zu marck gelasen werden, unbenomen den waldzins an dem holtz das waldzins pflegt zu geben.

Zum sechsten sollen die burger zw yeder zeitt so man den kappes samen pflanntzt macht haben die fleck an der statt maur liegend, unter sich zuwilen und das selbig jare der so nit im not ist zugenisen on alle beswarung, und ein Abte da zw zeitten sein wirdet, soll dauon kein zins nehmen, doch also wan die zeitt das kappes sein entschafft hat, das die gemelte teylung abe, und die berurten fleck wider gemein sein, bis in nachkomenden jare sollich teylung und nyesung die zeitt wider erfordert, und also von einem jare zum andern gehalten werden, on alle geuerde.

Zum siebenden soll ein Abt macht haben alle wandel zimlich zu endern nach gelegenheit yder zit, doch das sollich anderung allein zu kunfftigen geschicht, und nit uff ergangen, getatten und wandel gezogen werde und so-

ſolich enderung geſchee nach pillichen zimlichen dingen, wie das dem gemeinen nutz zum beſten dienen mag.

Zum achten als jrrung geweſt iſt eins gerichts handels halben in dem *michel puduers* ſeligen hausfrawen umb drewhundert gulden, purgſchafft halben angezogen iſt ſollichs jrrung und der gantz handel ſol zu uns obgnanten Pfaltzgraue *Philipſen* geſtelt werden, was wir darus machen dabey ſollen es die beide teyl beleiben laſſen.

Zum neundten, als jrrung geweſt iſt umb das fiſchen in der *nutzbach* das der Abt als ein fryfiſchen eingezogen und gepannt hat entſcheiden wir das die genant bach der von *Durſenrewt* in freyen und gemainen prauch mit den fiſchen bleiben, und als ſich der abte beclagt hat, das jn ſtrich die karpffen aus einem weyer an derſelben pach gelegen, ſteigen, und von den von *Durſenrewt* gefangen werden &c. entſcheiden wir ferrer das ſollich ſteigen der karpffen mit einem hultzen pew am weyer in der pach furkomen, und der pach bey ſollichem pew durch die

Dur-

Durſenrewt uf zehen zimlich ſchritt oberhalb des pachs zw fiſchen gemiden werden, ſoll damit yder teil das ſein behalten, und nymants von dem andern beclagen mag, doch ob der bach auslauffen wurde, das die burger darinnen nit fiſchen bis der bach wider in ſein zimlichen ſtandt kompt, und ob dem abte entrynnen die er wider fahen mag, ſich der ſelbigen viſch bey Dipſtals wandel zu muſen.

Zum zehenden als irrung geweſt iſt der Kirchen rechnung halb haben wir entſcheiden, das ein Abt als der herre ſollich rechnung pillich höre, ſo dick in gut und not bedunckt, on hinderung oder eintrag der von *Durſenrewt*, doch ſo ſoll das auch geſcheen in beyſin des raths, dem Abt an ſeiner oberkeit unſchedlich.

Zum Eylfften, als jrrung geweſt iſt, den rate zu beſetzen, Entſcheiden wir das alle jar der rate aus gemeinen burgern zwolff der tuglichſten und die dem rat am nutzlichſten geſein mogen, uffzeichen und einem Abte als jrem Herrn in den zehen tagen in der vaſten ubergeben, der dan aus den ſelben und dem alten rate der auch zwolff ſein,

 den

den jnnern rath besetzen soll, alles on geuerde, und sollen hiemit beid teil aller obgeschribener geprechen gentzlich und gruntlich gericht, geslicht, vereint und vertragen, und aller unwille that, rede, und was sich darunter mit thun oder lasen verlauffen hat gar abe und vergessen, und der genant Abbt der von *Dursenrewt* als den seinen gnedigen Herrn, und aber und herwider umb dieselben von *Dursenrewt* sein und seins Gotshaws getrw, und gehorsam unterthan sin und blyben, und geyn teyl gen den andern, das so itz gemelt gericht und vertragen ist, abe und vergessen sein soll in ungut nymmermer weder an den noch eissern sunder sie sollen es by diser unser richtung und vertrag bleiben lassen, die oder den stet, vest und unuerprochenlich, wie sie uns von beiden teilen in rechten waren trewen und an aidtsstatt zugesagt und versprochen hann getrewlich zu halten. Des zu urkunt so haben wir diser vermog zwen glich lauttend anfachen und mit unserm Insigell versigeln und yeden teyl einen geben lassen, doch uns unsern erben und nachkomen unschedlich.

Ge-

Geben zu *Durſenrewt* am dinſtag Sant *Florianus* tag, das iſt der vierd tag des *prachmonats*, (4. *Jun.*) im jare als man zallt von Chriſti unſers lieben Herrn Geburde, Dauſend Vierhundert neuntzig und newn jare.

Ad §. 42. *B.*

Pfaltzgrauen Friedrichs revers von wegen ſein und ſeines bruders Ludwig Churfürſten gegen der obgemelten verſchreibung den Prior und Convent zu Waldſachſen gegeben.

Wir *Friderich* von Gotes gnaden pfaltzgraue bey *Rhein* und hertzog in *Bayern* &c. bekennen und thun kundt offenbare mit dieſem brieff fur uns und den hochgebornen furſten unſer freundlichen lieben bruder herrn *Ludwigen* pfaltzgrauen bey *Rhein*, hertzogen in *Bairn* des heiligen Romiſchen Reichs Ertzdruchſeſen und Churfurſten und alle unſer erben und nachkomen, nachdem weilend unſer vorfordern loblicher gedechtnus, und wir etlich langzeit here, des cloſters *Waldſachſen* deſelben Abbte conuent und aller jrer Leute, Slos, Stett, guter und zugeho-

rungen schirm und vogtherrn gewesen, als wir auch noch sindt &c. und yetzs nach absterben des negst regirenden Abbt *Endresen* seligen sich die Ersamen unser lieb andechtigen und getreuen prior und conuent zu *Waldsachsen* gegen uns obgenanten baiden gebrudern unsern erben und nachkomen von newem auch verschriben verpflicht veraint und verpunden haben inhalt derselben Jrer uns gegebner verschreibung also lauttende &c. Wir Bruder *Urban Geyer*, wie dan solch verschreibung hieuornen von wortt zu wortten beschriben stet. Darauff sollen und wollen wir baid obgnant Pfaltzgraue *Ludwig* Kurfurst und Hertzog *Fridrich* gebrudere unser erben und nachhomen als recht erbschutz- und vogtherrn die obgemelten prior und conuent, alle jr nachkomen prelaten und conuent zu *Waldsachsen* gemeinlich und alle jre Leut und guter, als ander unser Landt und Leut versprechen beschutzen beschirmen und wir, unser erben nachkomen und alle unser ambtleut den genannten Abbt und Conuent zu *Waldsachsen* und die iren uber und wider die obgeschriben Jr uns gegeben verschrei-

ſchreibung und anders dan von alter herkomen in keinerley weis, nit beſchwern, ſonder wir ſollen und wollen ſie auſer des wie obſtet bey allen jren rechten herligkaiten, freyhaiten und gerechtigkaiten als in der ſelben jr uns gegeben verſchreibung ſchliesſlich von wortten zu wortten vermeldet und angezaigt und in jr ordenlicher wale eins prelaten alwegen unuerhindert und unbetrubt bleiben laſſen, doch alſo das die genanten Abbt und Conuent und jr nachkomen des obgeſchriben Gotshaus mit jren leuten und gutern ewiglich bey uns, unſern Erben und nachkomen getreulich bleiben und verſtrecken nach ausweiſung unſer habenden brieff, und obberurter jrer uns gegebene verſchreibung. Wir ſollen und wollen auch ſie hier jnne gegen Romiſcher Kayſerlicher Maieſtat unſerm allergnedigſten Herrn, und dem heiligen reich der gemeinen Reichs hilff ausleg zu underhaltung regiments und Camergerichts, und ſonſt in des reichs notturfften oder vordrungen ſo ſie darumben angeſucht des Sie und Jr nachkomen uns und unſern erben ieder zeitt anzaigen, und ſich on unſer vorwiſen

und zu geben in einiche handlung bey Kayserlicher Majestät und dem Reich nit einlasen sollen, vertretten und verantwortten alles on geuerde. Und des zu urkunde geben wir Jnen diesen brieff mit unserm obgenanten herzogen *Friderichs* anhangenden Jnsigel besigelt und geschehen zu *Waldsachsen* uff Donerstag nach unser lieben Frauen himelfarth tag, (18. *Aug.*) und Christi unsers lieben Herrn Geburt funfzehenhundert und im vier und zweintzigsten jarn.

Ad §. 42. *C.*

Neue verschreibung und vertrag, wie sich Prior und Convent nach absterben Abt Endressen zu Waldsachsen mit den Pfaltzgrauen vereinigt haben.

Wir bruder *Urban Geyer* und der gantz Convent des closters zu *Waldsachsen* in gemeiu und sonderhait, bekennen fur uns, alle unser nachkomen und bemelt Gotshaus *Waldsachsen* offentlich mit diesem brieff, nachdem Weiland der Erwirdig in Gott Vatter herr *Endres* der nechst regierender

Abbt

Abbt zu *Waldtſachſen* unſer lieber herr ſeliger gedechtnus kurtzverſchiner tagen mit tode verſchiden und die durchleuchtigſten durchleuchtigen und hochgebornen Furſten und herrn herr *Ludwig* des heiligen Romiſchen Reichs Ertzdruchſes churfurſt, und herr *Friderich* bayd pfaltzgrauen bey *Rhein* und hertzogen in *Bayern* gebruders unſers gnedigſt und gnedig hern, als unſer und bemelts cloſters und der unſern Erbſchutz und Vogthern uns und des cloſters unterthanen vor ungebillichem gewalt des dan woll zu beſorgen geweſt zu ſchutzen und zu ſchirmen jrer furſtlichen genaden hoffmeiſter den Edeln und geſtrengen hern *Heinrich Notthafft uff Runting* Ritter &c. und andere wie alhero gein *Waldſachſen* verordent, und dabey uns jrer Chur- und furſtlichen genaden unuermayligt verſchreibungen jrer genaden vorfordern und Erben von weylend Abbte *Conraden*, Abt *Niclaſen* und Conuent zu *Waldtſachſen* fur ſich und Jr nachkomen gegeben antzaigen und ſehen laſen, von wort zu wort alſo Lauttend. Wir bruder *Cunrad* Abbt zu *Waldſachſen* und der Conuent gemeint

meint daſelbenſt, bekennen offentlichen mit dem offen brief und thun kundt allen den des zu ſehen, horen oder leſen das wir uns vereint und verbunden haben fur uns und fur unſer nachkomen mit dem hochgebornen Furſten und hern hern *Johanſen* pfaltzgrauen bey *Rhein* und hertzogen in *Beyern* unſerm lieben gnedigen Hern, und mit allen ſeinen erben und nachkomen das wir uns und unſer Gotshaus mit ſein gnaden geaynt haben von unſer groſer notturfft wegen, alſo das wir und unſer Gotshaus mit allen unſern Sloſen, und mit allen dem das darzu gehort, gentzlichen in unſers obgenanten genedigen herrn und ſiner Erben ſchutz und ſchirm gethan haben, alſo das alle unſer Slos ſeinen gnaden offen ſein ſollen, und im gewartten ſchullen zu ſeiner notturfft, als offt und dickh Er der bedarff uns und unſerm Gotteshaus on ſchaden, und dweil er der Slos bedarff und die jnnenhat, ſo ſoll er die bewaren mit coſt und mit andern ſachen auff ſein ſelbſt gut und habe. Wir bekennen auch das alle unſer amptleut auff allen unſern Sloſen unſern obgenanten gnedigen herrn geloben und ſchvve-

ſchweren ſollen gewartten zu ſein, die itzund ſein oder in kunfftigen zeitten werden, alles das zu halden, das oben an den brieff geſchrieben ſtet, und ob wir unſer ambtleute einen oder mer entſetzen wolten oder verkeren, der ſoll unſerm obgenanten gnedigen herrn und ſein erben beloben und ſchweren in aller der mas als oben an dem brieff geſchrieben ſtet, und ob das were, das wir gefangen oder genott wurden, oder von todtswegen abgingen, da Gott lang vor ſey, oder mit willen die abtey ufgeben ſo ſollen unſer ambtleut auff den Sloſen zu *Thurſſhenreut*, zu *Valkenbergk*, zum *Liebenſtain*, oder was wir Slos haben unſerm obgenanten gnedigen Herrn und ſein erben gewartten noch nyemand der Slos abtretten, noch keinen andern abbt Er hab ſich dan geeint und verſchriben mit unſerm obgenanten gnedigen Hern, und ſein Erben, als oben an dem brief geſchriben ſtett, und des zu urkundt und einer peſern ſicherhait, geben wir jn den offen brieff verſigelt mit unſerm des obgenanten Abbt *Cunradts* anhangenden Jnſigel, der geben iſt nach Chriſti Geburt vierzehundert und in dem

dem ayndlifften jare an dem nechsten Pfinstag nach sant *Jacobs* tag des heyligen zwolff boten. Wir *Niclaus* abbte und der gantz conuent gemein des stiffts *Waldsachsen* verjehen fur uns und all unser nachkomen an dem brieff allermeniglichen die jn sehen horen oder lesen nachdem der durchleuchtig hochgeborn Furst und herr herr *Johans* pfaltzgraue bey *Rhein* und Hertzog in *Beyern* seliger gedechtnus fur sich all sein Erben und nachkomen und unser vorfaren Abbt und conuent zu *Waldsachsen* auch fur sich uns und all jr und unser nachkomen vor lang vergangen jarn sich mit und gein einander gutlichen vertragen und verwilligt haben, wie sein genad, und all seiner genaden Erben und nachkomen, unser ghedig Herrn unser vorfaren unser stiffte Slosen, Leutt, gutter freyhait und gerechtigkait schutzen schirmen undt handthaben sollen und wollen, vor allermeniglichen, auch vviderumb, vvie sich unser vorfarn, vvir und unser nachkomen mit unserm stifft und Slos-lein entgegen gen jren gnaden auch halten sollen und vvollen, des dan darauff von bayden partheyen lauttere

ver-

verſchreibung begriffen verſigelt und gegen einander gegeben ſein. Alſo bekennen vvir gar vvoll bedechtlichen mit craftt des brieffs, das vvir und all unſer nachkomen nunhinfur ſolchen vertrag und vervvilligungk auch halden, dem nach komen und uns in allen dingen, und ſtugken gen unſers egnanten gnedigen Hern Hertzog *Johanſen* lobllicher gedechtnus erben und nachkomen halden ſollen und vvollen. In allermas und form, vvie dan die verſchreibung uber ſolchen vertrag und vervvilligung von vvort zu vvort in jr begreifft, inhelt und ausvveiſt getreulichen und on alles geuerde. Das zu urkhundt haben vvir Egemelt abbt und conuent unſer baider abts und conuents Inſigel unden an den brieff gehangen, und den gegeben dem durchleuchtigen hochgebornen Furſten und Herrn Herrn *Otten* Pfaltzgrauen bey *Rhein* und Hertzogen iu *Beyern* unſerm gnedigen Herrn, und des eegenannten Hertzog *Johannſen*, des ſele Gott der Allmechtig genedig ſey, naturlichem Erben inmaſen derſelbig unſer gnediger Herr Hertzog *Otte* uns dan auch fur ſich und all ſein erben

und

und nachkomen einen ſolchen gegenbrieff vviderumb und entgegen hat gegeben geſcheen nach Chriſti unſers lieben Hern Geburt Tauſend vierhundert und in dem ſechſend ſechtzigſten Jare den nechſten Erichtag nach allerheiligen tag. Und daneben iſt uns auch von Jnen furgebracht vveylend Keyſer *Maximilians* unſer allergnedigſten Hern Hochloblicher gedechtnus begnadung vvelchermaſen ſein Keyſerlich Majeſtat bemelt cloſter *Waldſachſen* mit ſchutz, ſchirm und Erbvogty benanten unſern gnedigſten und genedigen Hern bayden Pfaltzgrauen &c. gebrudern und jren erben evviglich und erblich zugeſtelt, und furter die ietzig Römiſch Kayſerlich Maieſtat Kayſer macht, confirmirt und beſtettigt hat inhalt derſelben confirmacion alſo lauttende. Wir *Karll der Funſt* von Gotts genaden Ervvelter Romiſcher Kayſer zu allen zeitten merer des Reichs &c. Konig *in Germanien*, *zu Caſtilien*, *zu Arragon*, *zu Leon*, *baider Sycilien*, *zu Jeruſalem*, *zu Hungaren*, *zu Dalmacien*, *zu Croacien*, *zu Navarra*, *zu Granaten*, *zu Toleten*, *zu Valenci*, *zu Galicien*, *Maiorica-*

ricarum, zu *Hyspalis Sardinien*, *Cordubie*, *Corsice*, *Mursie Giewis*, *Algaran*, *Algaricie*, zu *Gibraltaris* und der *Insulen Indicarum*, und *terræ firmæ*, des Meres Oceani, Ertzhertzogs zu *Osterreich*, Hertzog zu *Burgundi*, zu Lotterich, zu *Brabandt*, zu *Steyr*, *Kernthen*, *Crain*, *Limpurgk*, *Lutzenburgk*, *Geldern*, *Calabrien*, *Athenarum*, *Neopatria*, &c. Graue zu *Flandern* zu *Habsburgk*, zu *Tirole*, *Parfilani*, zu *Arthois*, und *Burgundi*, Pfaltzgraue zu *Henigaw*, zu *Holand*, zu *Seland*, zu *Pfierdt*, zu *Kyburg*, zu *Namur*, zu *Rosilion*, zu *Toritan* und zu *Zutpfen* &c. Landtgraue *im Elsas*, Marggraue zu *Burgaw*, zu *Oristam*, zu *Getziani*, und des heiligen Romischen Reichs Furst zu *Schwaben*, zu *Kathilonia*, *Casturia*, Herr *in Frieslandt* auf der *windischen Margkh*, zu *Portenaw*, zu *Biskaya*, zu *Menia*, zu *Salins*, zu *Trypoli* und zu *Mechell* &c. bekennen fur uns und unser nachkomen am reich offenlich mit diesem brieff, und thun kundth allermeniglich, als Weyland der allerdurchleuchtigst Furst Kayser *Maximilian* unser lieber Herr und Anherr loblicher gedechtnus

den hochgebornen *Ludwigen* des heiligen Romiſchen Reichs Ertzdruchſes, und *Friederichen* gebrudern Pfaltzgrauen bey *Rhein* und Hertzogen in *Bayern*, unſern lieben Oheimen Churfurſten und Furſten ein genade und verſchreibung berurend all Prelaten und ander ſo in der *Pfaltz* obern und undern Landtſchirm bisher geweſen, und noch ſein gethan und gegeben hat, von wort zu wort alſo lauttendt &c. Wir *Maximilian* von Gottes genaden erwelter Römiſcher Keyſer zu allen Zeitten Merer des Reichs, *in Germanien*, *zu Hungarn*, *Dalmacien*, *Croacien*, &c. König Ertzhertzog *in Oſterreich*, Hertzog *zu Burgundi*, *zu Brabant* und Pfaltzgrauen bekennen offentlich mit dieſem brieff, und thun kundt allermenigligkh, das wir aus redlichen urſachen uns furbracht und darzu bewegende, den hochgebornen *Ludwigen* des heiligen Römiſchen Reichs Ertzdruchſes und *Friderichen* gebrudern Pfaltzgrauen bey *Rhein* und Hertzogen in *Beyern* unſern lieben Oheim, Schwager Churfurſten und Furſten dieſe genad gethan, und Jnen zugeſagt, bewilligt und verſprochen und thun das von Ro-

Romiſcher Keyſerlicher macht wiſſentlich in crafft dis brieffs, das die Abbte Prelaten, und ander ſo in der *Pfaltz* obern und undern Landt ſchirm bishere geweſen und noch ſein in dem ſelben ſchirm beleyben und Jren liebden alles das thun dergleichen jre liebden und jr Erben ſie herwidderumb wider jr alt herkomen und freyhaiten nit beſchwerden laſen, ſonder ſy von beyden thaillen ſolchs alles halten ſollen, wie von alter herkomen iſt, und wir unſer nachkomen am reiche, ſollen uns auch derſelben Abbt, Prelaten und ander nit annemen, nochs ſolchs yemandts andern zu thun geſtatten oder jnen die entziehen laſſen, ungeuerlich. Und gebieten darauff allen und yeden unſern und des Reichs Churfurſten, Furſten, Prelaten, Grauen, Freyen, Hern, Ritter Knechten Handtleuten, Vitzthomen, Vogten Pflegern, Verweſern, Ambtleuten Schulteiſen, Burgermaiſtern, Richtern Reten Burgern und Gemeinden, und ſonſt allen andern unſern und des Reichs underthanen und getrewen und ſonderlich den Abbten zu *Waldſachſen Michelfeld*, *Schonaw Limpurg* und andern ſo bisher in ge-

meltem schirm gewesen und noch sein ernstlich und wollen das sy den gemelten Pfaltzgraue *Ludwigen* und Hertzog *Friederichen*, und jr Erben an den berurten Castvogteien schirm und diesen unsern Keyserlichen gnaden nit jrren noch hindern noch die gemelten Abt und Prelaten, und ander so in solchem schirm sein sich des nit setzen noch widern, sonder jr Liebden des geruelichen genyessen und gentzlich dabey beleyben, unp hiewider nit thun als lieb einem ieden sey unser und des Reichs schwere ungnad und straff und darzu ein pen nemblich funfzigk marck lottigs goldes zu uermeyden die ein ieder so offt er freuentlich hiewieder thette, uns halb in unser und des Reichs camer und den andern den obgemelten Pfaltzgrauen *Ludwigen* und Hertzog *Friederichen* gebrudern und jren Erben unableslich zu bezalen verfallen sein soll, mit urkundt dies briefs besigelt mit unserm Keyserlichen anhangendem Jnsigell, Geben in unser und des Reichs Statt *Augspurg* am dritten tag des monats *Septembris* nach Christi Geburt funfzehenhundert und im achtzehenden, unserer Reich des Romi-

mischen im Drew und dreisigsten und des Hungerischen im newn und zwaintzigsten jarn Das wir demnach us aygener bewegnus mit wollbedachtem muete, zeittigen rate, und rechter wissen solich vorbestimbt Keyser *Maximilian* gegeben genade und verschreibung in allen jren artigkeln und inhaltungen gnediglich confirmirt, bestet und erneuert haben, confirmiren bestetten und erneuen jnen die auch von Keyserlicher macht wisentlich in crafft dis briefs und maynen, setzen und wollen, das die genanten Pfaltzgrauen *Ludwig* und Hertzog *Friederich*, jr Erben und nachkomen, sich der nun hinfur ewiglich geruelich gebrauchen, genysen, und gentzlich dabey bleiben sollen, und mogen von menniglichen unuerhindert und gebieten darauff allen und yeglichen Churfursten, Fursten geistlichen und werntlichen Prelaten, Grauen, Freyenherrn, Rittern, und Knechten, Handtleuten, Landtvogten, Vitzdomen, Vogten, Pflegern, Verwesern, Schultheissen, Burgermeistern, Richtern, Rethen, Burgern und Gemeinden und sonst allen andern unsern und des Reichs unterthanen und getrewen in was wir-

den, ſtats oder weſens die ſein und ſon-
derlich den Abten zu *Waldtſachſen*,
Michelfelt, *Schonaw*, *Limpurg*, und
andern ſo bishero in dem gemelten
ſchirm geweſen, und noch ſein ernſt-
lich und wollen das ſie gedachten Pfaltz-
graue *Ludwig* und Hertzog *Friederich*
und jr Erben an den beſtymbten Caſt-
vogteyen ſchirm, genaden und ver-
ſchreibungen, und dieſer unſer Keyſer-
lichen confirmacion und verneuerung
nit jrren noch hyndern, noch die ge-
melten Abt und Prelaten und ander ſo
in ſolichen ſchirm ſein, ſich des nit ſet-
zen noch widern, ſonder jr liebden des
gerueliglichen gebrauchen, und genye-
ſen und gentzlich dabey beleiben laſen
und hinwider nit thun als lieb einem
jeden ſey unſer und des reichs ſchwere
ungnade und ſtraff, auch die penen in
Keyſer Maximilians brieff begriffen,
und darzu ein ſonder pene nemlich
viertigk marcgk lottigs goldes zu uer-
meiden die ein yeder ſo offt er freuen-
lich hiewider thette, uns halb in unſer
und des reichs Camer, und den andern
halben theill den vorgemelten Pfaltz-
grauen *Ludwigen* und Hertzog *Frie-
derichen* gebrudern und jren Erben
un-

unableslich zu betzahlen verfallen sein soll, mit urkunde dis brieffs mit unserm Keyserlichen anhangenden Insigeln geben in unser und des heiligen Reichs Statt *Colen* am vierdten tag des monats *Novembris* nach Christi Geburt tausent funfhundert und im zweintzigsten jare, unser reiche des Romischen im andern, und der andern aller im funfften jaren. Unnd darauff benannt unser gnedigst und gnedig Herrn die Pfaltzgrauen gebruder an uns gnediglich und gutlich begern und ersuchen lasen obgemelten unsern vorgeenden Prelaten und gedachten Kayserlichen verschreibungen begnadungen und darauff ervolgten confirmacien unterteniglich zu geleben, und nach zu komen, also in bedenckung ietzgedachter verschreibungen Kayserlicher begnadung und confirmacion, auch sunderlich in betrachtung das jr Chur- und Furstlich genad und dero vorfadern unser vorfadern des closters und unser unterthanen bisher lange zeit genedig Schutzherrn gewesen, genediglich geschutzt und furan noch woll thun mogen, und können so halten wir fur uns, unser Gotshaus und alle unser nachkomen Prelaten und

Conuent mit gutten zeittigen vorrathe wolbedechtlich capitulariter verſamelt freywillichlen und mit rechter wiſenheit in ſolich obgemelt unſer vorfordern Appten usgegangen verſchreibungen auch obgedacht Römiſcher Kayſerlicher Majeſtat unſer aller gnedigſter Herr Keyſerlich begnadungen und confirmacion auch bewilligt, dieſelbigen angenomen zu ewigen zeitten zu halten, und der alles inhalts getreulich nachzukomen verſprochen, zugeſagt, und uns gleicher maſen verſchriben und verbunden, und thun das hiemit in crafft dis brieffs, gereden und verſprechen demnach fur uns und unſer cloſter alle unſer nachkomen Prelaten und Conuent bey unſern rechten waren trewen Wirden und Eren, ſo in bemelten verſchreybungen und begnadungen und in dieſem brief von worten zu worten von uns begriffen und geſchriben, ſtet, veſt, untzubrochen zu halden und zu uolziehen dowider nit zu thun noch zu geſtatten in kein weiſe, darzu haben wir uns wolbedechtlich und freywilliglich mit obgenantem unſerm gnedigſten und gnedigen Herrn bayden Pfaltzgrauen &c. gebrudern vereinigt und vertragen

pas

das wir, unſer nachkomen auch obgemelt Cloſter deſelbigen Stett, Sloſer Landtſchafften Leute, Habe und gutter oder ander unſers cloſters zugehorigen, wie und welchermas das geheyſen werden oder geſchehen mocht, auſerhalb des ſchutz darin wir ietzo etlichermas mit der Cron *Behem* und *Brandenburg* ſteen, den jr Chur- und Furſtlich Genaden ſambt uns abzubringen vleis haben ſollen kemen andern Obern oder Schutzherrn on wiſſen, willen und erlaubnus obgemelter unſer genedigſten und genedigen Hern annemen noch gewynnen, Sonder gemelter mas furan ewiglich bey gemelten unſern genedigſten und gnedigen Herrn bayden Pfaltzgrauen gebrudern, jrer furſtlichen gnaden erben und nachkomen unwidderrufflich ſein und bleiben auch ſollen jr Chur- und Furſtlich genaden, und jr Erben unſer Abbt und Conuent zu *Waldtſachſen* und unſer nachkomen in weltlichen ſachen zu Eeren, gleich billigkeit und recht, vor jren Chur- und Furſtlichen genaden und derſelben Erben zuſteen und zu gewardten mechtig ſein uns auch dabey handthaben dagegen wir und unſer nachkomen uns

auch als fromb getreue underthan in weltlichen ſachen halten ſollen und wollen, doch uns unſern Prelaten und nachkomen die appellacion, wie ſich geburt, hierin vorbehalten. Wir ſollen und wollen auch ſo offt ein newer abt angeen oder erwelt wirdet denſelbigen darzu vermögen und halden das er ſich gegen obgemelten unſern gnedigſten und gnedigen Herrn und derſelben Erben, dieſer verſchreibung volg zu thun und zu geleben verſchreiben, dergleichen ſoll kein unſer und des Gotshaus neue und angeendt haubtman, pfleger, richter, oder ander ſolcher ambtverweſer zu ſolchen ambten angenomen noch zugeloſen werden, Er habe dan zuuor obuermelte unſern gnedigſten und gnedigen Herrn, jren Erben und nachkomen nachuolgenden ayde gelobt und geſchworen. Jch ſoll und will der durchleuchtigſten, durchleuchtigen und hochgebornen Furſten und Herrn Herrn *Ludwigen* des heiligen Römiſchen Reichs Ertzdruchſeſen und Churfurſten und Herrn *Friderichen* Gebrudern Pfaltzgrauen bey *Rein* und Hertzogen in *Beyern*, meinem gnedigſten und gnedigen Herrn, auch derſelben Erben

ge-

getreue und gewer ſein, jren ſchaden warnen, und fromen getreulich werben, auch jren Chur-und Furſtlichen genaden und der ſelben erben mit dem Slos, Statt, Margkt ambt oder gericht mir von dem Stifft *Waldtſachſen* beuohlen, die zeit meins inhabens gewertig ſein, das jren Chur-und Furſtlichen genaden, derſelben erben, hoffmeiſter rethen oder andern jren glaubwurdigen Beuelchhabern uff jr eruordern und zu jr Chur-uud Furſtlichen genaden notturfft bey tag und nacht offnen, ſie einlaſen und Jnen das doch uff jrer Chur-und Fürſtlichen genaden und der ſelben erben ſelbſt darlegung und coſtung, und on gemelts Stiffts *Waldtſachſen* an ein, und meiner Erben nachtheil und ſchaden eingeben auch ſo lanng Jr Chur-und Furſtlich Genaden, des alſo zugegen wehre und gegenhandlung wider derſelben widerwertigen bedorffen werden unuerhindert jnnen laſen Ich ſoll und will auch gemelten Jrer Chur-und Fürſtlichen Gnaden derſelben Erben, Pflegern oder Beuelchhabern mit des ſtiffts underthanen nur ambtshalben beuohlen mit volg und notturfftiger nachreiſe

ſe ſo offt das not geſchicht und jch von jhnen des ermant wirde wie ander der *Pfaltz* underthane gewertig gefalgig und gehorſam ſein und ſo offt ein neuer abbt erwelt, und derſelbig widerumb ſtirbt gefangen wurde oder die abtey ein andern ubergebe, was geſtalt das geſchehe ſoll und will ich alsdan dem oder keinem andern Abbt noch Conuent huldigung oder pflicht thun myr ſey dan durch den ſelben Prelaten von Jren Chur- und Furſtlichen Genaden oder jren erben jres willens ſchein und urkundt angezaigt darzu will ich genanten mein genedigſten und gnedigen Herrn Jrer Furſtlichen gnaden erben und nachkomen mit dem Slos, Statt, gutern und unterthanen mir ambtshalben beuohlen gewarten noch nymandts derſelben abtretten, noch keinen andern abbte Er hab ſich dan geaint und verſchriben mit obgenanten unſern gnedigſten und gnedigen Herrn und jren Erben als oben an dem brieff geſchrieben ſtet, doch dem Stifft *Waldſachſen* derſelben Prelaten, Conuent und nachkomen, ſonſten und auſer des ſo obgeſchrieben ſtet an jren zinſen, rentten, gulten, nutzungen, freyhaiten, ober-

kai-

kaiten,und herbrachten gerechtigkaiten on ſchaden, und ſo ich gemelts Stiffts ambtman nit mer ſein wurd, ſoll ich dieſer meiner gethanen pflicht ledig ſein alles getreulich und on geuerde, des helff mir Gott und die Heyligen. Wie dan ſoliche pflicht alsbalden alle und jede unſers Stiffts vorangenomenen Haubtleut, Pfleger und Richter an ſtatt unſer genedigſten und gnedigen Herrn der Pfaltzgrauen, jrer Chur-und Furſtlichen Genaden dazumal verordenten hoffmeiſter obgenanten Herrn *Heinrichen Nothafft uff Runting* ritter gethan, gelobt und geſchworn haben, wir unſer prelaten und nachkomen ſollen und wollen hinfur zu ewigen zeitten nichts das dieſer unſer gegeben verſchreibung zuwider oder derſelben abbruchlich ſein mogt usbringen oder ſo was us aygener bewegnus von der oberhand gegeben, oder aber konnfftiglich usgeen wurde nit gebrauchen, ſonder hiemit yedts alsdann und alsdan als yetzt tode und abe ſein dergleichen ſo ſoll auch der ſchutz und ſchirm darinn wir unſer Stifft und nachkomen etlichermaſen mit der cron *Bohem* und der marggraueſchafft *Brandenburg* ſteen,

steen, dieser bemelter unser verschreibung auch keinen abbruch bringen doch behalten wir uns fur uns unsere Prelaten und nachkomen hierinnen beuor mit unsers Stiffts haben, guttern und manschafften in kauffen und verkauffen, unser gelegenheit und notturfft noch in aller dermasen, wie wir des hieuor auch macht gehabt zu handeln und zu thun. Es soll auch diese unsere gegebene verschreibung uns unser Prelaten und nachkomen weitter und auser des, so die mitbringt in sich heldet und begreifft, sonsten an unser und unsers Stiffts Landtschafften, Leuten, guttern, Zinsen, gultten, steuren, hohen und niedern oberkaiten, rechten, herligkaiten herbrachten gerechtigkeiten gebreuchen, gewonhaiten, cleinen und grosen wildpenen auch in allen andern unsern und unsers Stiffts habenden Bäbstlicher, Keyserlichen, Koniglichen, Furstlichen und andern privilegien, freyheitten urkhunden und begnadungen so wir itzo haben oder kunfftiglich uberkomen wurden desgleichen auch den Schutz und Reuersbrieff, den uns gemelte unsere genedigst und gnedige Herren die Pfaltzgrauen do-

dogegen gegeben haben, unuergriffenlich unſchedlich, und on allen nachtheil ſein und beleiben, alles getreulich und on geuerde. Des zu urkhund haben wir fur uns, alle unſere Prelaten und nachkomen unſers gemeinen Conuents Jnſigel an dieſen brieff gehangen der geben iſt zu *Waldſachſen* uff donerſtag nach unſer lieben Frauen hymelfarth tag (18. *Aug.*) und Chriſti unſers lieben Herrn geburde funfzehen hundert und im vier- und zweintzigſten jarn.

Ad §. 42. D.

Pfaltzgrauen Fridrichs offen urkhundt an des cloſters Waldſachſen hauptleüten, pflegern und richtern das ſie dem new erwelten Abt Niclaſen pflicht und die unterthanen huldigung thon mögen.

Wir *Friderich* von Gottes gnaden Pfaltzgraue bey *Rhain* und Hertzog in *Baiern* von unſern und des hochgebornen Furſten unſers freundlichen lieben bruders Herrn *Ludwigen* Pfaltzgrauen bey *Rhein* Hertzogen in *Bairn*, des heiligen Romiſchen reichs Ertzdruchſeſen

ſeſen und Churfurſten &c. wegen Embieten allen und jeden des cloſters *Waldſachſen* Haubtleuten, Pflegern, Richtern, Ambtleuten, und derſelben ambtverweſern, unnſern grus und genad zuuor lieben getreuen. Nachdem in Laut und vermög des vertrags und verſchreibung zwiſchen unſer und den wirdigen in Got und Erſamen unſern lieben andechtigen und getrewen den Abt Prior und Conuent zu *Waldſachſen* auffgericht keiner jrer und des Gotshaus new und angeend haubtman, pfleger, richter, oder ander ſolcher ambtverweſer zu ſolchen ambten angenomen, noch zugelaſen werden ſoll, er hab dan uns obgenanten baiden gebrudern unſern erben, und nachkomen, und under andern gelobt und geſchworen, ſo offt ein new abt erwelt, und derſelbig widerumb ſtirbt gefangen werde, oder die abtey einem andern ubergebe, was geſtalt das geſchehe alsdan dem oder keinem andern abt noch conuent huldigung oder pflicht zu thun, Jme ſey dan durch denſelben Prelaten von uns oder unſern Erben, unſers willens ſchein und urkhundt angezaigt, dartzu uns, unſern erben und nach-

nachkomen mit den Sloſſen, Stat, gutern und unterthanen Jme ambts-halben beuohlen zugewarten noch nyemants derſelben abtreten noch keinem Abte, Er hab ſich dan geaint und verſchriben mit uns, wie das bemelter vertrag und verſchreibung verners ausweiſt. Und dweil aber der wirdig in Gott andechtig unſer lieber getrewer Herr *Niclaus* yetzt angeender erwelter Abt zu *Waldſachſen* ſich vermog gedachts vertrags der verſchreibung mit uns varainigt, ſo iſt unſer bevehle und bewilligen, das jr demſelbigen erwelten Abte als ſichs geburt von gedachts cloſters wegen uber eur inhabende ambt und dinſt gluben und ſchweren, wollend dergleichen jr des cloſters zugehorigen ſtat, flecken, manſchafften und unterthane jme als eurem angeenden regirenden Herrn und Prelaten gedachts cloſters, wie von alter herkomen huldigung und pflicht thut, des verſehens Er werd ſich der gebure nach, gegen euch auch erzaigen und halten doch uns an den pflichten damit Jr obgemelt des cloſters hauptleut. pfleger richter und ander ſolcher ambtverweſer uns verpflicht und ver-

wandt ſeint, dergleich an ander unſer gerechtigkaiten und verſchreibungen gantz unſchedlich und unuergriffen und das die Jhnen ſo uns vermog der verſchreibung bisher nit gelobt und geſchworn daſelbig noch thun ſollen, alles on geuerde. Urkhundt des briefs mit unſern uffgedruckten Secret beſigelt und geben zu *Amberg* uff freitag nach ſant *Bartholomes* des heiligen Apoſtels tag (26. *Aug.*) und Chriſti unſers lieben Herrn Geburt funfzehenhundert und im vier und zwaintzigiſten jarn.

Ad §. 42. *E.*

Wie Pfaltzgraue Fridrich dem newerwälten Abt Niclaſen gegen ſeiner verſchreibung auch einen revers geben hat.

Wir *Friderich* von Gots gnaden Pfaltzgraue bey *Rhein* und Hertzog in *Bairn* bekennen und thun kundt offenbar mit dieſem brieff fur uns und den hochgebornen Furſten unſern frundtlichen lieben bruder Herrn *Ludwigen* Pfaltzgrauen bey *Rhein* Hertzogen in *Bairn* des heiligen Romiſchen Reichs Ertz-

Ertzdruchſeſen und Churfurſten &c. alle unſer Erben und nachkomen, nachdem weilandt unſer vorfordern loblicher gedechtnus, und wir etlig lang zeitt here, des cloſters *Waldſachſen*, deſelben Abte, Conuent, und alle jrer leute, sloſer, ſtett, guter und zugehorungen erbſchutz, ſchirm und vogtherrn geweſen, als wir auch noch ſindt und ytſt nach abſterben des negſtregirenden Abt *Endreſen* ſeligen, ſich die Erſamen unſer lieb andechtigen und getreuen Prior und Conuent zu *Waldſachſen* gegen uns obgenanten baiden gebrudern und nacbfolgendt der wirdig in Gott andechtig unſer lieber getreuer Herr *Niclaus* als erwelter poſtulirter und angeender Prelat und Abt zu *Waldſachſen* denen wir auch aldo auff ſolich des Convents wale zu und fur unſern Prelaten gnediglich angenomen in obberurte Priors und Conuents uns gegeben verſchreibung auch mit gewilligt, dieſelbigen angenomen und ſich alles des ſo jme die ufflegt und berurt gegen uns verſchriben und verbunden inhalt derſelben baider uns gegebener verſchreibungen der data ſteen, nemblich Priors und Conuents uff Do-

 ner-

nerſtag nach unſer lieben Frawen himelfahrt und bemelts erwelten Abts brieff auff freitag nach ſant *Bartholmes* des heiligen Apoſtelstag, alles nach geſchribener jartzale &c. und dweil aber wir fur uns baid obgnant gebruder, unſer erben und nachkomen mergenanten Prior und Conuent gegen jrer verſchreibung einen Revers under unſerm anhangendem Jnſigel des datum weiſt uff obgeſchriben donerſtag nach unſer lieben Frawen himelfart und nachgemelter Jartzale des vier und zwaintzigiſten jar gegeben ſie alle jr nachkomen Prelaten und Conuent zu *Waldſachſen* gemeiniglich und alle jre Landt manſchafft, Leut, und guter als ander unſer Leut und guter zu uerſprechen, beſchutzen und zu beſchirmen, wie das und anders derſelbig unſer reuers brieff weiter begreifft alſo gereden und verſprechen wir auch hiemit in crafft dis brieffs fur uns, bemelten unſern lieben brudern alle unſer erben und nachkomen, alles das wir uns gegen obgemelten Prior Conuent, und jren nachkomen in obberurten unſern gegeben reuersbrieff verſchriben und derſelb von uns ausweiſt daſelbig dermaſen

gegen

gegen obgedachten erwelten Prelaten und allen ſeinen nachkomen zu *Waldſachſen* auch getreulich zu halten und volſtrecken doch uns unſern erben und nachkomen, an unſern habenden auch uns von Abten, Priorn, und Conventen zu *Waldſachſen* gegeben verſchreibungen, und allen anderen unſern prieff-lichen urkhunden, freihaiten, alten herkhomen und gerechtigkaiten unuergriffen und unentgelt, alles un geuerde. Urkundt des brieffs mit unſerm anhangenden Secret beſigelt, und geben zu *Amberg* auff Fritag nach ſant *Bartholomes* des heiligen Apoſtels tag, (26. *Aug.*) und Chriſti unſers lieben Herrn Geburt funfzehenhundert und im vier und zwaintzigiſten jarn.

Ad §. 42. *F.*

Wie der new erwelt Abt Niclaus obgemelts Prior und Convents zu Waldſachſen gegeben verſchreibung auch bewilligt und angenomen hat.

Wir *Niclaus* erwelter Abte des cloſters *Waldſachſen* &c. nachdem die wirdigen und geiſtlichen unſer lieb getrewen bruder Geyer Prior und das Con-

uent in gemain und ſonderheit gemelts cloſters nach vermoge und inhalt unſer vorfordern, nemlich Abt *Conradten*, und Abt *Nicloſen* mit ſambt derſelben dazumalen conuents uber ſich gegeben verſchreibungen, auch der Romiſchen Keyſerlichen begnadungen derſelben brieff und daruff erfolgten confirmacien, ſich gegen den durchluchtigiſten, durchleuchtigen und hochgebornen Furſten und Herrn Herrn *Ludwigen* des heiligen Romiſchen Reichs Ertzdruchſeſen Kurfurſten und Herrn *Friderichen* Gebrudern baiden Pfaltzgrauen by *Rhein* und Hertzogen in *Bairn* &c. unſern gnedigſten und gnedigen Herrn nach abſterben unſer negſten vorfordern und regirenden Abts *Endreſen* zu *Waldſachſen* ſeliger gedechtnus von newem auch verſchriben, verpflicht und verpunden haben &c. inhalt derſelben vorgemelts unſers Priors und Convents derhalben jrer chur- und furſtlichen gnaden gegeben verſchreibungen, der anfang Lauttet. Wir bruder *Urban Geyer* und der gantz Conuent des cloſters zu *Waldtſachſen* in gemain und ſonderhalt, bekennen fur uns alle unſer nachkomen und bemelt Gotshaus

offent-

offentlich mit diesem brieff &c. welches datum stet zu *Waldtsachsen* uf Donerstag nach unser lieben Frawen himelfahrt tag und Christi unsers lieben Herrn geburt funfzehenhundert und vier und zwaintzigisten jarn &c. Und aber in solicher gemelts unsers Priors und Conuents gegeben verschreibung ein artickel meldet, so offt ein newer Abtt angeen oder erwelt wirdet, das sie den selbigen dartzu vermogen, und halden sollen und wollen das er sich gegen obgemelten unsern gnedigisten und gnedigen Hern den Pfaltzgrauen und derselben erben dieser verschreibung volg zu thun und zu geleben verschreiben soll, des sie uns dan nach geschehener wale unser Prelatur und Abbtey mit vleis errinert und furgehalten haben, demnach und dweil obgedacht unser gnedigste und gnedige Herrn die Pfaltzgrauen &c. uns auff bemelts unsers Conuents beschehen wale und postulacion zu und fur Jrer Chur-und Furstlichen gnaden Prelaten und Abbt gnediglick angenomen so bekennen wir obgenanter erwelter Abbt *Niclaus* offentlich mit diesem brieff fur uns, bemelt unser closter *Waldsachsen* und alle un-

ſer nachkomen das wir alſo uff begern, und anſynnen gemelts unſers Priors und Conuents, auch durch uns ſelbs frey willicklich in obberurte jre obgenanten unſern gnedigſten und gnedigen Hern den Pfaltzgrauen jren Erben und nachkomen gegeben verſchreibung wiſentlich und wolbedechtlich mit gewilligt die auch der maſen angenomen und uns alles des ſo obgemelte usgegangen verſchreibung uns auflegt und berurt, hiemit auch verſchriben und verpunden haben wollen, und thun das hiemit in crafft dis brieffs in der allerbeſten mas, form und weis, ſo das gymer am beſtendigſten ſtat haben, geſchehen ſoll, kan und mag, gereden und verſprechen auch fur uns, bemelt cloſter *Waldſachſen* und alle unſer nachkomen bey unſern rechten waren trewen, alles ſo von uns in ſolcher genants unſers Priors und Conuents uber ſich gegeben verſchreibung verleibt und verſchriben iſt, ſo vil uns das berurt, ſtet, veſt unuerbrochlich und unwidderrufflich zu halten und zu volnziehen, darwider nit zu thun, zu handeln, noch yemandt andern zu thun zugeſtatten in kein weiſe, doch ſonſten und

und ufer des inhalts folcher obgemelterr verfchreibung uns, unferm clofter, conuent und nachkomen an unfern Leuten manfchafften, guttern, zinfen, renten gulten, nutzungen, freihaiten, oberkeiten, und herbrachten gerechtigkeiten on fchaden und alles on geuerde &c. Des zu urkhundt haben wir unfer abtey Infigel wifentlich an diefen brieff gehangen darzu mit unfer handt underfcriben und geben zu *Ambergh* auff Freitag nach Sant *Bartholomes* des heiligen Apoftels tag, (26. *Aug.*) nach Chrifti unfers lieben Herrn Geburt funfzehenhundert und im vier und zwaintzigiften jarn.

Nicolaus ytzo erwelter Apt
des Stiffts *Waldfachfen*.

CAPUT II.

JUS ADVOCATIÆ MONASTERIORUM CERTIS SOEPE FAMILIIS IN LIMINE FUNDATIONIS ANNEXUM.

§. 43.

Anno DCCCCLII. *Otto* Rex *Germaniæ* confirmat collegium Virginum in *Geſeck* Diœceſis pridem Paderbornenſis; in Diplomate deſuper conceſſo ait:— „Sancimus, monaſterium, quod jam in „noſtram ſuſcepimus tutelam, ut nul„lus Judex publicus, nec aliquis ex „judiciaria poteſtate illud ingredi, ali„quid judiciariæ poteſtatis exercendi „in villis aut aliquibus locis præfati „collatis Eccleſiæ habeat poteſtatem „vel in futuro conferendis, niſi ipſe „Hoholt comite (loci fundatore) quem „advocatum usque ad vitæ ejus receſ„ſum, & poſt illius obitum, ejus ſi ha„beat filium & ſic dum ſeculum fiat, „de illius Germine fore diſpoſuimus „Advocatum & nec illo nec aliquo ho„mini poteſtativa conſtructione acqui„ſitum, nullum inde conficiatur ſervitium

„ tium... „ *Schaten Annal. Paderborn. T. I.* p. 296.

Idem Rex eodem anno Monasterium S. *Ludgeri*, cui decimas finitimorum agrorum largiebatur, *Helmonstetum*, appellat. Sciendum autem, notat *Meibomius script. Rer. Germ. T. III.* p. 228. *seq.* S. *Ludgerum* Collegium monachorum, quod hic excitarat, subjecisse Abbatibus Monasterii Werthinensis (*Werden*) in *Westphalia* in Comitatu Marcano ad *Ruram* fluvium siti, atque ita Werthinensis Abbas utrique præerat Collegio; urbi etiam dominabatur, nisi quod *Advocatum* semper haberet ex illustri familia & nobilitate. Hæc dignitas, ut ex antiquissimis observatum litteris, ab initio fuit penes Duces *Saxoniæ* & primo quidem Dux *Lotharius*, qui postea imperavit & vicinum Regiæ *Lothariæ* cœnobium condidit ad an. MCXIX. à *Luiberto Isenburgio* & ad an. MCXXXIV. à *Beringoto Westerburgio* Abbatibus Werthinensibus *Advocatus Ludgerianus* nominatur. A Ducibus *Saxoniæ Advocatia* transiit ad Comites Palatinos Summerseburgicos; extant enim litteræ, in quibus *Fridericus*

cus II. Palatinus an. MCXLV. à *Lamberto* Abbate Werthinensi & an. MCXLIV. ab Abbate *Wolframo* Kirchbergio *Ecclesiæ Ludgerianæ Advocatus* compellatur. Hac familia extincta *Henricus Leo*, qui in litteris quibusdam Palatinos jam dictos vocat cognatos suos, tum arcem Summerseburgiam occupavit, tum dignitatem *Advocatiæ Ludgerianæ* sibi suisque vendicavit; nam ex litteris ejus an. MCLXXXII. datis diserte hoc & expresse liquet. Addit insuper *Meibomius* memoratus: Nobilium *Advocatorum* munus princeps erat, ut Ecclesias & monasteria & eorundem bona in *mundiburdium* sive tutelam, defensionemque & patrocinium reciperent; hanc enim vocis barbaræ interpretationem esse nunc constat; unde etiam *Advocati* ipsi aliquando *mundiburdi*, hoc est, defensores dicebantur. Alterum erat, ut oblationes & donaciones à piis hominibus factas in majorem fidem acceptarent, unde illa solemnis in litteris formula: *Hanc donationem sive traditionem Ecclesia aut præsul recepit de altari ecclesiæ per manum sui Advocati.* Tertium fuit, ut cognosceret *Advocatus* & jus diceret

ret in caufis criminalibus fuper furto, rapinis, ftupris, incendiis & id genus delictis, circa quæ occupari homines ecclefiafticos non decebat. In compenfationem verò harum moleftiarum *Advocati* certos reditus habebant de bonis ecclefiafticis, certa feuda, habebant fportulas, ut vocant de judicibus, pœnis, bonis damnatorum.

§. 44.

Fundatio monafterii Murenfis facta eft an. MXXVII. Fundator *Wernherus* Strasburgenfis Epifcopus & Caftri, quod dicitur *Habesbur*, circa illam taliter difpofuit — „Statuimus etiam, ut fra„tres inibi fub monachica vita fecun„dum regulam beati Benedicti degen„tes, Abbatem fibi libera electione, „five de fua, five de alia congregatio„ne, præftituant. Quodfi in eligendo, „quandoque, quod Deus abnuat, fra„tres difcordes fuerint, pars fanioris „confilii, quem elegerit, unanimiter om„nes obtineant; qui non fuperfluitate „vel morum improbitate, fed tyranni„ca dominatione diffipare, fed provida „ordinatione & induftri fagacitate res „monafterii, ut fidelis difpenfator ftudeat

„ deat disponere, nec cuiquam in bene-
„ ficium, sed pro legitimo reditu, præ-
„ stare præsumat. Ipse autem Abbas
„ communicato fratrum consilio, Advo-
„ catum de mea posteritate, quæ præfa-
„ to castro Habesburch dominetur, qui
„ major natu fuerit, tali conditione eli-
„ gat, ut si quas oppressiones intollera-
„ biles monasterio intulerit & inde se-
„ cundo & tertio commonitus, incorri-
„ gibilis extiterit, eo abjecto, alius de
„ eadem progenie, qui in eodem sit ca-
„ stro Habesburch sine contradictione
„ subrogetur; hoc adjecto, ut si mascu-
„ linus sexus in nostra generatione de-
„ fecerit, mulier ejusdem generis, quæ
„ eidem castro Habesburch hœreditario
„ jure præsideat, Advocatiam a manu
„ Abbatis suscipiat, quam Advocatiam
„ neque a Rege, neque ab alia persona,
„ nisi a solo Abbate, cuiquam suscipere
„ liceat; & si quis aliter ad eam accesse-
„ rit ipsa, quam illicite usurpaverat, om-
„ nimodis privetur. Porro nec ipse Ab-
„ bas eandem Advocatiam ut benefi-
„ cium, sed ut quandam commendatio-
„ nem & monasterii tuitionem cuiquam
„ committat. Sed nec ipse, qui præsti-
„ tutus fuerit, advocatus quicquam de
re-

„ rebus monaſterii, ſive in fundis ſive in „ mancipiis ſive de ipſa advocatia, cui- „ quam præſtare audeat. „ *Herrgott l. c. p.* 107.

§. 45.

Anno MXXXVI. *Ulricus Comes de Lenzburg* de *Beronis* monaſterio diſponit, qualiter poſt obitum eadem Canonica liberaliter Deo ſervire valeat. Ait enim — „ Regalem nolui facere, niſi „ coactus: quoniam ſœpè accidit, ſi par- „ va res in manus Majorum evenerit, „ ut vel omnino negligatur, aut parum „ defendatur. Rurſus nolui eandem „ Canonicam nepotibus meis in commu- „ ne dimittere, ne, quod ſoli Deo bene „ eſt coadunatum, prava voluntate ho- „ minum male divideretur. Tandem „ inveni Conſilium, ut eligerem unum „ de nepotibus meis, cui ſupradictum „ locum traderem ſub quadam condi- „ tione, quam in ſequentibus indicabo; „ tradidi enim ſupradictum locum id „ eſt *Beronis* monaſterium, cum omni- „ bus ad illud pertinentibus prædiis & „ mancipiis nepoti meo Arnolpho ea „ pactione, ut ego habeam eundem lo- „ cum in dies vitæ meæ & filius meus Hen-

„Henricus habeat præfatum locum, „quamdiu in hoc sœculo vivat & post „ejus decessum præfatus Arnolphus fir„miter teneat & secundum constitutio„nem nostram personaliter possideat & „post obitum illius unus de legitimis „hœredibus ejus, qui sit major ætate „sine conditione aliorum, cum hæc tra„ditio nulli facta sit illorum, nisi uni, „teneat atque possideat. Notate tam „præsentes, quam futuri, quod dico: „Unus, non omnes & unus semper hœ„redum prædicti Arnolphi, qui scilicet „de stirpe mea generetur, teneat atque „possideat, eo tenore, ut sit justus & „pius advocatus atque defensor ejus„dem ecclesiæ & canonicorum atque „familiæ & electionem à me datam, „canonicis nequaquam auferre præsu„mat; quemcunque velint inter se Præ„positum eligere consentiat & nullam „traditionem de prædiis vel mancipiis „hujus loci, sine utili & probabili con„cambio faciat & ipsum locum subli„mare & reparare conetur, si opus fue„rit, omnibus modis. In canonicis li„bris, muris & tectis, paraturis & clau„strum atque officinas omnes, indubi„tanter per se restauret & in festivita-

te

„ te ſancti Michaelis per triduum publi-
„ co convivio omnes in Chriſti nomine
„ advenientes pauperes & eccleſiaſticos
„ paſcat. Præter hæc in anniverſariis
„ quibusdam id eſt : in die obitus mei
„ & filii mei Conradi Epiſcopi & filii
„ mei Henrici pauperes & Canonicos
„ ejusdem loci charitative reficiat. Sed
„ ne aliqua occaſione, quaſi ad hæc per-
„ ficienda, de Canonicorum annona in-
„ juſte ſubtrahatur, placuit mihi ſecer-
„ nere, quid pertineat ad Dominum præ-
„ dictæ eccleſiæ, ad Dominum Advo-
„ catum & quid ad fratres Canonicos,
„ Domini Advocati ſunt hæ curtes, id
„ eſt: Rynach, Beynwyle (præter vi-
„ netum, illud ſerviat Secretario S. Mi-
„ chaelis) & Guntzwilare & in loco, qui
„ dicitur Arta, una curtis ad S. Geor-
„ gium cum eccleſia & quod viſus ſum
„ habere in Surſee id eſt eccleſiam ſu-
„ periorem cum curte ac dimidium ec-
„ cleſiæ Ougheim cum vineto; de his
„ advocatus vivat & ſupradictam conſti-
„ tutionem totam compleat... Si autem
„ ipſe Arnolphus vel aliquis hœredum
„ ejus, quod abſit, locum prædictum,
„ in quantum valuerit, non bene defen-
„ dat, vel de annona Canonicorum ali-
 quid

„ quid, ſuadente diabolo, injuſtè ſubtra-
„ xerit & ſibi uſurpatus fuerit & inde
„ ſemel aut bis appellatus a Canonicis
„ non emendaverit, ad confirmandum
„ pactum meum de ſemper viventis Im-
„ perio Dei ejusdem loci Canonicis præ-
„ cipio, conſtituo & libertatem atque
„ licentiam do, ut ſe reclament ad Epi-
„ ſcopum Conſtantienſem, quicunque
„ tunc temporis erit, ut quoniam ſuum
„ eſt totius provinciæ eccleſias guber-
„ nare & ſupradictæ eccleſiæ Advoca-
„ tum conſtringat & iniquitatem, quam
„ fecit, emendare præcipiat. Quod ſi
„ illum corrigere non potuerit, tunc
„ idem Epiſcopus per pactionem meam,
„ Dei voluntate atque Imperatoria pote-
„ ſtate prævaricantem advocatum abji-
„ ciat et ipſe locum ejus ſubeat & ſupra-
„ dictam Canonicam teneat atque conſti-
„ tutionem totam adimpleat tam ipſe,
„ quam omnes ſucceſſores ejus. Quodſi
„ idem Epiſcopus vel alius advocatus,
„ quem ille vice ſua poſuerit, ſuadente
„ humana malitia præfatam Canonicam
„ neglexerit & Canonicos injuſte diſtur-
„ baverit & præſcriptam conſtitutionem
„ irritam fecerit, tunc ipſe & eccleſia ſua
„ prænominatum locum & omnia, quæ
illius

„ illius ſunt, penitus amittat & Impera-
„ tor quicunque tunc temporis erit, ſuc-
„ cedat & teneat & perpetuæ libertatis
„ privilegio eundem locum amplificet.
„ Ipſi Imperatori non pono auctorem
„ judicem niſi Deum, Regem Regum, à
„ quo cogatur in die judicii reddere ra-
„ tionem, quam bene & caute prædictam
„ Canonicam ſtudeat tueri & quomodo
„ petitionem meam atque conſtitutio-
„ nem faciat obſervari.... „ *Herrgott loc. cit.* p. 112.

§. 46.

Henricus IV. Rom. Rex An. MLXXV. confirmavit reſtaurationem monaſterii Hirſaugienſis ab *Adelberto* Comite de Caſtello *Chalavia* (*Calw*) factam. In ea diſpoſitum legitur, quod Comes modo dictus conceſſerit præfatæ cellæ *Advocatum* aliqnem de poſteris ſuis fieri, ſi tamen loci ipſius Abbas cum conſilio fratrum talem inter eos invenerit, qui ſicut ipſe comes nunc non pro terreno commodo, ſed pro æterna mercede ſolicitus & ſtudioſus bona & conſtitutam monaſterii libertatem & juſtitiam defendere voluerit. Sin autem, aptum & utilem *Advocatum*, undecun-

que ſibi placuerit, eligat. Hic denique, Abbate petente à Rege accipiat bannum legitimum & ter in anno, ſi neceſſe fuerit, aut in ipſam cellam aut ubicunque vel quando Abbati placuerit invitatus ab illo veniat & ibi placitum juſtum pro cauſis & neceſſitatibus monaſterii ritè peragat. Nullum autem aliud ſervitium jus aut beneficium ſibi pro hoc concedi recognoſcat, niſi tertium bannum & conſuetudinariam juſtitiam & legem, quam cœteri *Advocati* in aliis liberis monaſteriis habent ſuper fures, proterviam & cenſuales & cetera talia & in iis trium placitorum diebus, in unoquoque unum maldrum de frumento & unum friskingum & unum ſiclum de vino & cœtera ad hæc pertinentia. Præterea idem conſtituit, quod niſi Abbate volente & advocante bona & loca monaſterii ſuis frequentiis temerarius & ſine cauſa minimè adeat vel attingat, nec præſumptuoſus in eis placitum quodlibet pernoctandi licentiam habeat nec ſubadvocatum pro ſe faciat, nec omnino aliquam abſque ratione calumniam, perſuaſionem aut injuriam monaſterio, Abbati vel familiæ faciat; ſi autem non ut Advocatus ſed potius ut calumniator & per-

pervaſor monaſterii fuerit, omnino poteſtatem habeat Abbas, cum conſilio fratrum hunc reprobare & alium ſibi meliorem undecunque eligere. *Pergit Rex* — Comes præfatus conſtituit, quod ipſius petitione firmiter ſtatuimus, quod ſi quispiam poſterorum ſuorum vel quarumcunque homo perſonarum unam vineam, unum manſum, unum molendinum vel ſaltem unum mancipium, ſive tale aliquid a ſupradicta cella temerarius injuſte abſtulerit, ut noſtri noſtrorumque ſucceſſorum regia poteſtate coactus III. auri talenta ad ærarium Regis perſolvat, ſi vero quislibet eorum, quod abſit, curtim vel aliquam villam inde violenter abalienaverit, ſive manifeſtus invaſor bonorum ipſius cellæ extiterit, vel ſi hoc teſtamentum traditionis & libertatis quocunque ingenio ſeu argumento legum ſecularium pervertere vel infringere attemptaverit C. auri libras ad Regiam idem perſolvat cameram & reddat primitus eccleſiæ & ſecundum leges item componat, quod ablatum fuerat & ſic intentio illius omnino irrita fiat. *Beſold l. c. p. 515. ſeq.*

 §. 47.

§. 47.

An. MLXXX. *Robertus Frisius Flandriæ* Comes monasterii Messinensis ab *Adela* matre sua conditi possessiones confirmans statuit, ut quisque hœredum suorum *sit ejusdem ecclesiæ Advocatus, eam impugnare volentes, expugnans. Miræi codex donationum* pag. 194.

An. MXCIII. *Ruthardus* Archiep. Mog. confirmavit fundationem cœnobii Bursfeldensis à Comite *Henrico* filio *Ottonis* Ducis & *Gerdrade* filia *Ekkeberti* Marchionis factam. Tunc — „nobilis „vir Heinricus fundator hujus cœno„bii, quæcunque pia & justa sunt & lo„co utilia assensu & consilio nostro (*Ru„thardi*) statuit & statutum ab ipso Im„peratore Heinrico confirmari obtinuit, „scilicet, ut nemo hœredum suorum „aliquid in Abbatia sibi usurpet, præ„ter advocatiam; nulli advocatia in be„neficium præstetur, sed ad nutum Ab„batis in absolutionem peccatorum com„mendetur. Advocatus in Abbatia „absque permissu vel rogatu Abbatis „nullam potestatem exerceat in ali„quo.... „ *Schaten loc. cit.* p. 636.

In

In Confirmatione libertatis Monasterii Murensis ab *Henrico* V. Imp. anno MCXIV. facta constitutum est, „ut „Wernharii Comitis de Habspurg major natu filiorum suorum, commendante sibi Abbate advocatiam habeat „non in beneficium & jus proprium sed „ad securioris & gratæ defensionis suffragium, qui non pro terreno commodo, sed pro æterna mercede sollicitus „& studiosus bona & constitutam libertatem Monasterii & justitiam defendere voluerit. Hic denique Abbate petente a Rege accipiat bannum legitimum, ac ter in anno, si necesse fuerit, „aut in ipso loco, aut ubicunque, vel „quandocunque Abbati visum fuerit, „invitatus ab illo veniat & ibi placitum „justum pro causis & necessitatibus Monasterii rite peragat. Nullum autem „aliud servitium, jus aut beneficium, „sibi pro hoc concedi recognoscat, nisi „æternam Dei mercedem & tertium „bannum & consuetudinariam justitiam, „& in illis trium placitorum diebus in „unoquoque unum maltrum de frumento, et unum fruischingum & unum „siclum de vino & cœtera ad hoc pertinentia. Præterea constituit, quod

 nisi

„nisi Abbate volente & advocante bona & loca Monasterii sui frequentiis „temerarius & sine causa minime adeat „vel attingat, nec præsumptuosus in „eis placitum quodlibet vel pernoctandi licentiam habeat, nec omnino aliquem Advocatum pro se faciat, nec „aliquam absque ratione calumpniam, „pervasionem & injuriam Monasterio, „Abbati vel familiæ faciat. Si autem „non ut advocatus, sed potius calumpniator & pervasor Monasterii fuerit, „omnino potestatem habeat Abbas cum „consilio fratrum hunc penitus reprobare & alterum Regia potestate, si aliter fieri non potest, sibi utiliorem undecunque eligere..„ *Herrgott l. c.* p. 132. *seq.*

§. 48.

An. MCXXIV. *Adelbertus* Archiep. Mog. in diplomate fundationis Gerodensis Cœnobii enarrat: — *Quemadmodum Domina Riggardis post obitum felicis memoriæ Rudolfi marchionis* (e domo Stadensi) *mariti sui & filii ejus Udo, nec non frater ejus Rudolfus* cum reliquis liberis ejus & cohœredibus .. pro se suorumque salute Monaste-

ſterium in *Gerodia* ſitum cum tota villa & foro populari inibi conſtituto cum univerſis appendiciis ejus longe & prope poſitis, cum omni proprietate & juſtitia, qua illud hœreditario jure felicis memoriæ *Widelo* Comes & filius ejus *Rudigerus* primitivi illius Ecclefie fundatores omnisque progenies usque in illum diem poſſederant libera voluntate Eccleſiæ Moguntinæ in perpetuam proprietatem tradiderunt, illa tamen condicione appoſita, ut monachi ſecundum regulam Sancti *Benedicti* inibi conſtituerentur, per quos indeſinenter Xpi laudes & pro animabus ſuis totiusque parentele interceſſiones offerentur... addit: — *& ut ſenior ejusdem progeniei Advocatus ejusdem Ecclesiæ habeatur, cui tantum dimidium talentum perſolvatur, qui nullo modo placita certis temporibus cum populo huic Monaſterio ſubdito poſſideat, niſi forte vocatus ab Abbate, rebelionem populi, quod abſit, coerceat. Quodſi prædictus Advocatus eccleſiam diſſipaverit, & admonitus non emendaverit, liceat eis alium in loco ejus ſubrogare*... de *Guden*. Tom. I. p. 61.

§. 49.

An. MCXXX. *Adelbertus* Archiepiscopus Mog. in litteris fundationis Monasterii *Schwabenheim* recitat, qualiter Comes *Meginhardus* de *Spanheim* pro remedio animæ suæ & uxoris suæ *Methildis* Monasterium, quod Comes *Eberhardus* cum Domina *Hedewiga* matre sua primitus fundaverant, quodque jure hœreditatis eidem *Methildæ* uxori suæ ab antecessoribus provenerat, cum Ecclesia in villa, quæ vocatur *Suabeheim* cum universis decimationibus... beato *Martino* contradidit... hac conditione, ut ibidem de omnibus supradictis bonis Fratres secundum regulam beati *Augustini* degentes ordinarentur & ne decalescentes rigore, regulam & institutionem unquam prævaricarentur. De *Advocato* statuit: — *Ut quamdiu idem Comes Meginhardus vivat, ipse Advocacie jus super eos obtineat; quo defuncto, si hæreditas ejus forte duabus hæredum distributa fuerit, is, qui prædia illa pertinentia ad castrum, videlicet ville, non usurpative, sed hæreditario jure possederit, à Nobis* (*Adelberto* A. M.) *sive ab aliquo successo-*

rum

rum nostrorum investitus, *absque ulla contradictione Advocatus eorum existat. de Guden.* T. I. p. 89. seq.

Biennio post idem Archiepiscopus in litteris neo-fundati Monasterii *Schonau* Ord. S. *Benedicti* nos docet, quod de manu sua *Robertus de Lurenburg advocatiam* susceperit hoc pacto, ut quicunque successorum ejus prædium de *Milene* cum ejus Ministerialibus & familia tenuerit et Dominus in castro *Lurenburg* hœreditarius et legitimus *Advocatus* sit ejusdem Monasterii, ita tamen, ut ipse sit et non habeat facultatem, secundi vel tertii Advocati post se ordinandi.... *de Guden. Tom. I.* p. 104.

§. 50.

Lotharius III. Rom. Imp. in Diplomate Parthenonis *Vahre* uno milliari *Tiguro* distantis an. MCXXXV. enarrat, quod *Lutoldus de Regensberg* et ipsius Conjux *Judetha* cum filio suo *Lutoldo* pro remedio animarum suarum et parentum suorum suæ proprietatis prædium, quod dicitur *Vahre* cum capella ibi fundata et cum omnibus ejusdem

dem loci pertinenciis... Deo et ejus matri *Mariæ* et Sancto *Mauritio* et S. *Meginrado* devote et legitime dederunt Cellæ *Einsidelen* nuncupatæ, ut cella ibidem construeretur et regulare claustrum pro religiosis fœminis monasticæ professionis in modum sanctimonialium Murensium vel Peraugiensium.... *Petierunt etiam*, pergit Imperator, *ut ipse Lutoldus & post eum filius ejus super eundem locum & super omnia ejusdem loci data vel danda, ejus possessioni apta Advocatiam, Abbate (Einsidelensi) concedente habeat & post eos ejusdem Generis major natu, possessor tamen Castelli Regensberg, ea tamen conditione, ut pro labore defensionis non temporale commodum, sed æternum præmium & remissionem speret peccatorum.* Nec in rebus vel familia ecclesiæ injustam exerceat potestatem, sed omnia ad utilitatem fratrum et ecclesiæ devotè disponat. Quod si hæc infregerit, semel, bis et ter commonitus, si post inducias sex hebdomadarum non emendaverit, prædicto honore et *Advocatia* privetur, aliusque ejusdem Generis major natu huic substituatur, simili conventione; si autem aliqua ipsius de-

defensione minus apta fuerint, in Abbatis arbitrio sit, cui ea commendentur. *Hartmanni Annal. Heremi* p. 191.

An. MCXXXIX. *Conradus* Rex confirmans fundationem Monasterii Lorchensis ait: „Postulabant itaque, ut secundum tenorem sui privilegii, quod „præcipit, ut nullus alius, nisi qui ab „Abbate cum fratribus electus fuerit, „advocatus adsciscatur, Fridericum Du„cem cognatum nostrum, utpote virum „potentem et illuc valde benevolum „advocatum eis statueremus, qui posset „et vellet ab injusta aliorum potestate, „qua eo tempore plurimum laboraba„tur, servos Dei eripere potenter. Nos „igitur, qui signi illius testimonium et „veritatem et ejusdem cœnobii religio„uem cognovimus, tam juste tam ne„cessarie petitioni deesse nequivimus et „cognatum nostrum Ducem Frideri„cum, quem vota fratrum elegerunt, „eidem cœnobio advocatum præfeci„mus, ut eam advocatiam nulli peni„tus persone secundarie ipse nec ali„quis successorum suorum regendam vel „tuendam concedat vel commendet, sed „manu propria teneat, et eo defuncto,

qui

„qui major natu ex eadem parentela „Abbatis fratrumque electione advocatiam obtineat; si vero non patronus „sed predo extiterit, in arbitrio Abbatis et libertate fratrum sit, quicunque „sibi idoneus magis et utilis visus fuerit, ab eis liberaliter eligatur...„ *Besold l. c. p.* 718.

§. 51.

Heinricus Archiep. Mog. An. MCLI. in fundatione Cœnobii *Aldenburg*, dein mutato loco ac nomine immo et ordine *Arnsburg* ait: „quod Conradus de Hagen et de Arnesburg dictum locum „servitio Dei mancipaverit et per se „et filios suos monasterium cum adpertinentiis jure advocatie regi ac custodiri dispofuerit; post mortem vero „suam et filiorum suorum in arbitrio „esset Abbatis et fratrum suorum, quem „eligeret Advocatum, unum scilicet, „qui de semine eorundem Cunradi et „Luitgardis conjugis descenderit. Et „hic tantum semel in anno videlicet in „proximo die post exaltacionem sancte „Crucis locum illum pro facienda justitia intraret, cui eodem die idem Abbas servicium, quod tribus unciis compa-

„ parari poſſet, provideret, aut tres un-
„ cias pro miniſterio illi daret, et nihil
„ amplius juris per totum annum à loco
„ illo exquireret; nec ſuper bona loci
„ illius, niſi forte pro aliqua facienda
„ juſticia ab Abbate evocatus, cum duo-
„ bus tantum militibus veniret et ab eo
„ neceſſaria illa die perciperet; et ſi hoc
„ ſtatutum excederet Abbas et fratres
„ ejus querimoniam mihi (Archiepiſco-
„ po) et ſucceſſoribus meis de eo face-
„ rent, et ſi ammonitus non emendaret,
„ removeretur et alius, quem Abbas eli-
„ geret, de eorundem ſemine, ſubſti-
„ tuetur.... „ *de Guden. T. I.* p. 201.

An. MCLII. *Fridericus* I. Rex beati *Vincentii* Monaſterio bona jam oblata confirmat et circa ſucceſſionem *Advocatorum* ejusdem ſic diſponit — „ Decer-
„ nimus ergo, ut nulli omnino hominum
„ liceat præfatam eccleſiam temere per-
„ turbare, aut ejus poſſeſſiones aufferre
„ vel ablatas retinere, minuere aut ali-
„ quibus vexationibus fatigare, ſed om-
„ nia integra conſerventur, eorum, pro
„ quorum gubernatione et ſuſtentatione
„ conceſſa ſunt, uſibus omnibus profu-
„ tura. Si qua igitur eccleſiaſtica, ſœ-

cula-

„ cularisve persona, hanc nostræ consti-
„ stitutionis paginam sciens contra eam
„ temere venire temptaverit, secundo
„ tertiove commonita, si non satisfactio-
„ ne congrua emendaverit, mille libras
„ auri ad Cameram Regalem persolvat.
„ Decernimus insuper, ut memorata ec-
„ clesia uno sit semper Advocato con-
„ tenta, sub cujus protectione omnia,
„ quæ ad ipsam ecclesiam spectare nos-
„ cuntur, in perpetuum defendantur et
„ custodiantur. Cum autem prænomi-
„ natus Oudelardus in præsentiarum ip-
„ sius Advocatus existat, ab hac vita de-
„ cesserit, proximus ipsius hœres in ad-
„ vocatiæ officium succedat et ita sem-
„ per advocato defuncto alius prædicto
„ modo succedat; semel vero in anno
„ familia Ecclesiæ ex consensu Abbatis
„ in conspectu advocati evocata consi-
„ stat, quatenus de singulis excessibus
„ secundum ecclesiæ ipsius consuetudi-
„ nem rationabiliter satisfaciant. „ *Herr-
gott l. c. p.* 175.

Idem *Fridericus* an. MCLXXXI. confirmans fundationem Monasterii *Adelberg* Ordinis Præmonstratensis ita statuit: *Volumus etiam, ut nullum habeant*

beant Advocatum, *præter illum*, *qui est vel erit Dominus de Stowfen. Nullum habeant ſubadvocatum*, *niſi quem Præpoſitus & Conventus de Adelberg elegerint. Beſold* l. c. p. 3.

§. 52.

Anno MCLXXXVI. *Albertus Comes de Habesburg Landgravius Alſatiæ* privilegium à *Luitfrido* quondam Comite ejusque filiis Monaſterio S. *Trudperti* datum confirmans voluit — „Ipſi „quoque filii mei Advocati ſint rectiſſi„mi ipſius loci atque tutores et defenſo„res, et hœredes ipſorum, et ſub eo„rum tutela ipſum Monaſterium, cum „omnibus ad id pertinentibus tam cau„tè quam juſtè defendatur, quatinus ſint „reddituri inde Deo rationem. Sed „et Abbas, quem fratres conſtituerint, „poteſtatem habeat ad procurandum „ipſarum rerum et fratrum et nihil in„de ſervicii aut cenſus exigatur à filiis „meis vel ſucceſſoribus eorum....„ *Herrgott l. c. p.* 197.

An. MCXCI. *Conradus* Archiep. Mog. in litteris quaſi fundationis Monaſterii *Conradsdorff* Ord. Præmonſtr. om-

nem posteritatem nosse voluit, „quod „Hartmannus de Budingen, quamdiu „vixerit, ejusdem cœnobii Advocatiam „habebit, post obitum vero suum, qui„cunque in genere suo proximus hœ„res ejus fuerit, advocatus erit, sine „feodo tamen advocatiæ & sine omni „utilitate, tantum ad defensionem loci „ejusdem & protectionem destinandus. „Et si forte advocatus ad Dominum „transeat Archiepiscopum, qui tunc „Moguntinæ præsidebit ecclesiæ, nec „licebit Domino Archiepiscopo eam „alicui infeodari vel Præposituram ab „Ecclesia Moguntina aliquo modo alie„nare.„ *de Guden. T. I. p.* 304.

An. MCCLXXV. *Rudolphus* Rom. Rex attestatur, quod sibi conquesti fuerint Abbas, Prior & Cellerarius Monasterii de *Alba*, Ord. Cisterc. *) „quod „cum ipsi diversis Dominis, quorum „quilibet asserebat, se ejusdem Mona„sterii & bonorum esse specialiter Ad„vocatum, compulsiva & tam gravia „servitia exhibendo ad statum misera„bilem in temporalibus devenerint & „collapsum, quod quasi vix possint ad„jicere, ut resurgant; Nos ipsorum gra-

va-

„vaminibus & presſuris condeſcenden-
„tes Regia pietate Simonem Comitem
„Gemini pontis & Ottonem de Eber-
„ſtein juniorem Viros nobiles & dilec-
„tos fideles noſtros, qui præſentes erant
„& ſibi prædictum jus advocatiæ in-
„ſtantius & validius præ cœteris hacte-
„nus uſurpabant, ad hoc induximus
„mediante conſilio Burggravii de Nurn-
„berg ac aliorum nobilium & pruden-
„tum virorum, quod recognoverunt
„ac publice ſunt confeſſi, ſe nullum jus
„advocatiæ habere in dicto Monaſterio
„de Alba, ſed quaſi fundatores eidem
„monaſterio præfuiſſe & bonis ad ip-
„ſum pertinentibus non advocatorum
„nomine ſeu tutorum. Volentes igitur
„idem Monaſterium pacis deinceps
„tranquillitate gaudere, prædictorum
„Abbatis & Conventus precibus humi-
„libus inclinati, antedictum eorum
„Monaſterium una cum omnibus homi-
„nibus, perſonis, poſſeſſionibus nec
„non rebus pertinentibus ad idem Mo-
„naſterium, ſub noſtra & Imperii pro-
„tectione recepimus & recipimus ſpe-
„ciali, mandantes regia auctoritate præ-
„cipientes, ne quis dictum Monaſte-
„rium in perſonis, poſſeſſionibus nec

m 2 non

„ non rebus ſuis audeat moleſtare, quod „ qui facere præſumpſerit, gravem no„ ſtræ Majeſtatis offenſam ſe noverit in„ curſurum. Verum quia prædicti fra„ tres pro offenſis ſingulis & injuriis in„ ferendis ubilibet vel illatis eisdem, „ noſtram non poſſunt commode adire „ præſentiam, ad inſtantiam eorundem „ concedimus & permittimus, quod „ unum de generatione nobilium viro„ rum de Eberſtein dilectorum fidelium „ noſtrorum, eo quia ſunt ejusdem Mo„ naſterii fundatores, poſſint eligere & „ habere noſtro nomine & Imperii pro „ tutore, quamdiu eis benefecerit & ex„ pediens fuerit, qui noſtra fretus au„ ctoritate & Imperii eis præſit & proſit, „ ac eorum poſſeſſionibus ubique loco„ rum ſitis, conſilio & tuitionis præſi„ dio oportuno, ita tamen, quod ex eo „ jus Advocatiæ dicti Monaſterii & bo„ norum non vendicet ſibi per conſe„ quens ullo modo.„ *Beſold loc. cit. pag.* 138.

*) Obſervavimus monaſteria Ord. Ciſterc. vix non omnia eſſe ſub immediata Cæſaris & Imperii tutela & protectione. Sic *Conradus* III. Rex an. 1142. fundationem Salemitanam confirmans ait: *Fratres alium advoca-*

vocatum post Deum, præter nos non habent. Herrgott l. c. p. 168. *Carolus* IV. Imp. de Monasterio *Königsbrunn* agens enuntiat: Wann niemand Grawes Ordens Vogt sein soll, dann wir und das Reich alleine, so &c. vid. *Besold l. c. pag.* 647. *&c.*

CAPUT III.

MONASTERIS PERMITTITUR LIBERA ADVOCATORUM ELECTIO. &c.

§. 53.

Anno DCCCCXLI. *Otto* I. Rex *Germaniæ* approbat Herisiensis sanctimonialium Monasterii Dioec. Paderbornensis privilegia declarans — "Hominibus quoque ejusdem Monasterii mundeburdum & tuitionem nostram constituimus, ut etiam eorum nulla judiciaria potestate examinentur, nisi coram advocato, quem ejusdem loci elegerint sanctimoniales." *Schatenius loc. cit.* p. 285.

Idem *Otto* Imp. an. DCCCCLXVI. Monasterio *S. Petri in monte Blandinio* prope *Gandavum* dat immunitatis privilegium dicens in eo: — "Res vel possessiones præfati Monasterii sub per-

" petua immunitatis noſtræ tuitione eſſe " volumus, ita ut nullus noſter Comes " aut Judex aut vicarius aut publicus " fiſci exactor vel advocatus vel alius " quis prænominatas villas ingredi au- " deat ad fredas exigendas vel paratas " faciendas vel hominibus præſcripti " Cœnobii inibi habitantibus diſtrictio- " nem ingerendi vel aliud quid poteſta- " tis exercendi licentiam aut poteſtatem " habeat, niſi Abbas & Advocatus, " quem ſibi ipſi utilem & neceſſarium " elegerit." *Miræi Diplomata Belgica pag.* 42.

Anno DCCCCLXX. *Thietfridus* Abbas de S. *Maximini* cœnobio, quod eſt in ſuburbio Trevericæ Civitatis conſtructum in honorem S. *Joannis Evangeliſtæ Ottonis* I. Imperialem *Ravennæ* adiit excellentiam conquerens, ob *Advocatorum* incuriam, ſe ſuamque familiam permulta pati incommoda. " Igi- " tur jubet Imperator, quoniam idem " locus ſub mundiburdio & Advocatia " anteceſſorum Imperatorum videlicet " ſive Regum ſemper conſtitutus erat, " per interventum dilectæ conjugis no- " ſtræ Imperatricis Adelhaidis, filii no-

ſtri

" ſtri ſereniſſimi auguſti æquivoci Otto-
" nis, nec non Annonis Wormacienſis
" Epiſcopi & Pertolfi Comitis decrevi-
" mus noſtræ authoritatis præcepto, ut
" idem Abbas ejusque ſucceſſores Advo-
" carios habeant, quibus velint, dandi,
" quibusque velint, tollendi poteſtatem."
Zylleſius l. c. part. III. p. 24.

§. 54.

An. MXXIV. *Henricus* II. Imp. privilegia & bona Monaſterii *Abdinckhoſen* Ord. S. *Benedicti* confirmat, ubi inter alia — "Firmum & ſtabile per-
" petuo jure ſancimus, ut nullus Dux
" aut Comes aut aliqua perſona parva
" vel magna quomodolibet Abbatem ip-
" ſius Monaſterii cum ſuis fratribus ſu-
" per eisdem bonis inquietare, moleſta-
" re aut diveſtire aut aliqua judiciaria
" poteſtate ſe intromittere præſumat,
" niſi Advocatus eccleſiæ ab Abbate &
" fratribus in defenſorem electus & ab
" Epiſcopo conſtitutus, eo uidelicet te-
" nore & jure contentus Eccleſiæ cum
" præcepto & conſilio Abbatis omnia
" faciat atque diſponat." *Schatenius l. c. p. 455.*

Biennio poſt *Conradus* II. Imp. bona libertates &c. S. *Maximini* firmat declarans — "Statuimus etiam & cor-"roborare decrevimus, ut Abbas ſuique "ſucceſſores poteſtatem habeant Advo-"catias ſuas per omnem Abbatiam, cui "velint, dandi, cui velint, juſto judicio "tollendi, & ut advocati nullum poſt "ſe ponere præſumant, qui vocetur poſt-"advocatus; nec quisquam illorum po-"teſtatem habeat, aliqua violentia ſive "petitione homines gravare aut placi-"tum præter illa tria jure debita tene-"re vel quidquam ſuper officiales aut "manſionarios aut miniſtros ſeu omnia "jura abbatis conſtituere..." *Zylleſius* *l. c. p.* 32.

Anno ſequente idem Imperator Cœnobio Paterniacenſi impertitur facultatem eligendi *advocatum* hoc tenore — *Licet etiam Abbati Oddoni ſuisque ſucceſſoribus in locis monaſterii advocatum quemlibet ordinare, ita ut nullum ibidem habeat pro ſe poteſtatem, præter quam ipſe ſuique ſucceſſores cum conſenſu fratrum, ſibi annuerint....* *Herrgott* l. c. p. 109.

An.

An. MXXXIX. *Henricus* III. Rex parthenonis Kemnatensis fundationem stabilit — "Insuper, inquit, concedi-"mus eidem Abbatiæ, ut nullus Mar-"chio, nullus Comes, nullaque nostri "regni magna vel parva persona in ea "placitum facere vel publicam functio-"nem exigere præsumat, nisi Advoca-"tus, quem Abbatissa, quæ tunc tem-"poris, cum sanctimonialium consensu "eligere voluerit." *Schatenius l. c.* p. 519.

§. 55.

Henricus IV. an. MLXV. in corroboratione jurium & libertatum Monasterii ad S. *Maximinum* idem repetit — "Insuper etiam concedimus ut Abbas "sibique commissa congregatio eorum-"que successores potestatem habeant, "advocatias Monasterii sui, cui velint, "dandi, cuique velint, tollendi & ut "nulla cujuslibet judiciariæ dignitatis "persona in curtibus eorum placitum "habere præsumat..." *Zyllesius l. c. part. III.* p. 42.

An. MLXXIV. *Sigefridus* Archiep. Mog. in litteris neo-fundati Monasterii *Ravengirsburg* ordinavit — "Dehinc

" collectis in eodem loco Canonicis ar-
" bitrium tale per scripta nostra conces-
" simus, ut liceret eis suæ conversatio-
" nis virum, quem vellent Præpositum
" & bonis suis Advocatum, quem mal-
" lent, eligere, quibus nos curam regi-
" minis committeremus; & cum illi mo-
" rerentur vel culpis exigentibus abice-
" rentur, nulli successorum nostrorum
" alios illis dare liceret, nisi quos iterum
" electione fratrum substituerent...."
de Guden. Tom. I. p. 379.

In fundatione Monasterii Cambergensis Dioec. Wirceburg. à *Ruthardo* Archi-Episcopo Mog. an. MXC. facta circa *Advocatum* hæc disponuntur: — " De Advocati quoque electione hoc statutum esse notandum est, ut quemcunque Abbas loci illius cum consilio fratrum suorum ad defendendum Monasterii libertatem & justitiam utilem invenire possit, qui non pro terreno commodo sed pro æterna mercedc hoc patrocinium suscipere velit, hunc absque alicujus contradictione eligat & bannum legitimum non jure hœreditario eum à Rege suscipere efficiat; cujus advocati libero concessum est arbitrio, ut,

" ut, si velit, semper post sanctam ebdo-
" madam Pentecostes secunda feria pla-
" citum habeat in villa, quæ dicitur
" Dungenthal & non in anno sœpius,
" nisi ab Abbate invitatus. In prædicto
" autem placito ad servitium ejus debet
" abbas maldrum frumenti pro facien-
" do panem & frisingum unum porci-
" num & duos ovinos & vinum cœtera-
" que ad hæc sufficientia. Si autem hic
" advocatus temerario jure contra sta-
" tuta aliquem faciat subadvocatum,
" aliasque calumpnias vel injurias Mo-
" nasterio, Abbati vel familiæ faciat,
" omnino potestatem habeat Abbas cum
" adjutorio Episcopi & consilio fratrum
" hunc reprobare & alium sibi utiliorem
" undecunque eligere." *de Guden. T. I.* p. 28.

An. MXCV. in fundatione Monasterii *Alpirsbach* Ord. S. *Benedicti* provisum est, *quod monachi ibidem haberent liberam potestatem sibi Advocatum eligendi & constituendi, quemcunque vellent, & eundem mutandi, si eis ita placuisset... Besold* l. c. p. 236.

In charta fundationis Monasterii in *Ochsenhusen* an. MC. cautum est, ut nullus

lus ibi *advocatus* ſit, niſi quem Abbas conſtituerit; ille autem *advocatus* tamdiu in illa advocatione ſit, quamdiu Abbas eum utilem judicaverit: alius autem minor, qui vulgo ſubadvocatus dicitur, nullus ibi habeatur. *Gerberti ſylva nigra Tom. III.* pag. 39.

§. 56.

Anno MCIV. *Ruthardus* Archipræſul Mogunt. dedicavit cellam *Falckenau* & *voluit eam nullum omnino advocatum habere, niſi illum, quem Abbas & fratres ejus Erphesfordenſis Cœnobii in monte poſiti, ad quod illa cum omnibus appendiciis ſuis pertinet, ſibi elegerint. de Guden.* T. I. p. 35.

In privilegio ab *Henrico* V. Rom. Rege an. MCVIII. Monaſterio S. *Georgii* conceſſo legitur — „Ut nulli ſacer„dotum Regum, Ducum aut Comitum „vel quarumlibet perſonarum liceat in „eo loco aliquas ſibi proprietatis con„ditiones, non hœreditarii juris, non „advocatiæ, non cujuslibet poteſtatis „uſurpatione, quæ libertati Monaſterii „noceant, vendicare. Advocatum etiam „ſibi conſtituendi, ut Abbas cum ſuis fra-

„fratribus liberam habeat poteſtatem, „& ſi is poſtmodum Monaſterio inutilis „fuerit, remoto eo, alium conſtituant.... „ *Gerbertus l. c. p.* 42.

Idem *Henricus* Rex Anno MCX. confirmans fundationem Monaſterii Gottesaugienſis adjecit — „Concedit etiam „Comes Berchtoldus præfatæ cellæ ad- „vocatum aliquem de poſteris ſuis fie- „ri, ſi tamen loci ipſius Abbas cum con- „ſilio fratrum talem inter eos invenerit, „qui ſicut ipſe comes nunc, non pro „terreno commodo, ſed pro æterna „mercede ſollicitus & ſtudioſus bona „& conſtitutam Monaſterii libertatem „& juſtitiam defendere voluerit; ſin au- „tem, aptum & utilem, undecunque ſi- „bi placuerit, advocatum eligat: hic „denique abbate petente a Rege acci- „piat bannum legitimum & ter in an- „no, ſi neceſſe fuerit, aut in ipſam cel- „lam aut ubicunque vel quando abbati „placuerit, invitatus ab illo veniat & „ibi placitum juſtum pro cauſis & ne- „ceſſitatibus Monaſterii rite peragat. „Nullum autem aliud ſervitium, jus & „beneficium ſibi per hoc concedi recog- „noſcat, niſi tertium bannum & conſue-

tu-

„tudinariam justitiam & legem quam „coeteri advocati in aliis liberis Mona-„steriis habent super fures, proterviam, „censuales & coetera talia & in illis „trium placitorum diebus in unoquo-„que unum maltrum de frumento & „unum friskingum & unum scilum de „vino & coetera ad hæc pertinentia. „Præterea item constituit, quod nisi ab-„bate volente & advocante, bona & lo-„ca Monasterii suis frequentiis temera-„rius & sine causa minime adeat vel at-„tingat, nec præsumptuosus in eis pla-„citum quodlibet vel pernoctandi licen-„tiam habeat, nec subadvocatum per „se faciat, nec omnino aliquam absque „ratione calumniam, pervasionem aut „injuriam Monasterio aut Abbati vel „familiæ faciat. Si autem non ut ad-„vocatus sed potius calumniator & per-„vasor Monasterii fuerit, omnino ha-„beat potestatem Abbas cum consilio „fratrum hunc reprobare & alium sibi „meliorem undecunque eligere.„ *Gerbertus l. c. p.* 45.

An. MCXXIII. *Adelbertus* Archiep. Mog. in litteris neo-fundati Jlbenstadiensis Monasterii in *Wetteravia* Ordinis

nis Præmonstratensis statuit — *ut quem voluerint fratres, commodum & mansuetum sibi eligant Advocatum, liberam habentes facultatem, ipsum deponendi & alium assumendi, si onerosus & importabilis eis fuerit, quod totum oportebit fieri consilio & auxilio Archiepiscopi. de Gud.* T. I. p. 54.

Eodem anno sub eodem Archiepiscopo litteræ fundationis Monasterii *Breitenau* similia continent — *Præterea adjecimus, ait, ut eligendi Advocati habeant potestatem & eundem deponendi & alterum eligendi, si eum senserint justo graviorem; & hoc fiat consilio & auxilio Archiepiscopi. de Guden.* T. I. p. 57.

§. 57.

Honorius II. Papa an. MCXXIV. in confirmacione fundationis Monasterii *Denckendorff* fratrum S. *Sepulchri* disposuit — „Porro in Advocati electione „Præpositus liberam habeat potestatem „cum fratrum suorum consilio, talem „eligere, quem ad defensionem libertatis Monasterii bonum & utilem esse „cognoverit, qui non pro terreno commo-

„ modo, ſed pro Dei amore, ac peccato„rum venia nec non æternæ beatitudinis „mercede advocatiam ipſam bene ha„bere cupiat & tractare.„ *Beſold loc. cit. pag.* 448.

An. MCXXX. Idem *Adelbertus* paulò ſupra nominatus confirmavit cœnobium *Mariæ-Münſter* in *Weſtphalia*, ubi inquit — *Item liberam habeat electionem in eligendo ſpirituali patre, in eligendo Advocato, qui eis ſit neceſſarius & non gravis... Schaten. l. c. p.* 725.

De Eccleſia in *Alderspach* Ord. Ciſterc. *Otto* Epiſcopus Babenbergenſis anno MCXXXIX. ita conſtituit —„ Fra„tribus autem eisdem liberam faculta„tem concedimus, ut Præpoſito vel Ad„vocato ſuo decedente, alium quemcun„que, voluerint Præpoſitum vel Advo„catum idoneum & competentem ſibi „eligant, quatenus ſalva proprietate & „jure noſtræ Eccleſiæ Bambergenſis nec „non etiam debita ſubjectione Pata„vienſis Eccleſiæ nulli licentia pateat, „exactionibus vel quibuslibet moleſtiis „eos prægravandi, ſed quiete debita „perfruentes ita temporaliter militare

va-

„ valeant, ut & à Domino laboris ſui „ mercedem accipiant & nos cum defe- „ cerimus in æterna tabernacula ab ip- „ ſis recipi mereamur, omnibus benefa- „ cientibus & hæc jura dicto loco ſer- „ vantibus à Domino pax multiplicetur: „ contemptoribus autem & transgreſſo- „ ribus hujus noſtræ inſtitutionis, niſi „ ſecundo tertiove commoniti reſipue- „ rint & exceſſus correxerint, in diem „ juſti judicii Dei debita vindicta reſer- „ vetur...„ *Hundii Metrop. Salisburg. T. II.* p. 58.

An. MCXLVI. *Conradus* II. Rex Rom. confirmat fundationem Monaſterii *Arnſtein* Ord. Præmonſtr. & ait in litteris: *Conventus fratrum, quemcunque velit, Advocatum ſibi præſtituat.* de *Gud.* T. 2. p. 10.

An. MCCIX. *Otto* IV. Rom. Rex in diplomate Monaſterio *Aldersbach* conceſſo enarrat, *quod Abbas hujus loci coram Friderico Imp. monaſterii ſui advocatiam omnimodo & legitimis probationibus evicit à quodam Abramo de Chambe, qui eam ſibi illicite & nullo fretus jure uſurpaverat. Sancivit Imperator & à poſteris ſuis ſtatuit* ob-

ſervandum, *Abramum de Chambe & omnes hæredes ſuos ab eadem advocatia removendum eſſe. Pergitur ibidem: Cum enim juris ſit eorundem fratrum in bonis ſuis aſſumere ſibi quem voluerint advocatum & defenſorem & ipſi ad hoc Excellentiam noſtram idoneam elegerint, perpetuo defenſionis vinculo eam nobis advocatiam annectimus, a noſtra & Imperii poteſtate nunquam alienandam... Hund.* l. c. p. 65.

Anno MCCLXXXII. *Conradus miles de Nunekke* à Monaſterio in *Richenbach* in *Rothe* conſtituitur *advocatus & Henricus frater ſuus in eo jure ei ſuccedat ſolus. Poſt mortem vero utriusque proles virilis ſexus legitime deſcendens, qui tunc ſenior erit, ſemper in præfato jure feodi ſolus ſuccedat, qui & feodum ipſum à Priore & Conventu petet & recipiet, nec hoc ipſum ei negabitur.... Jus advocatiæ tale eſt: in feſto S. Martini VII. ſolidi & de qualibet domo pullus unus. Item in feſto S. Walpurgis totidem ſolidi.. & de qualibet domo duo caſei, quorum uterque unum hallenſem valeat. Gerbertus* l. c. p. 199.

Anno

Anno MCCLXXXIX. *Hermannus* Marchio Badensis & Dominus in *Eberstein* ab Abbate & Conventu Monasterii in *Alba* Cisterc. Ord. eligitur defensor, qui eis vice & nomine Imperii præsit, ut prosit.... *Gerbertus loc. cit.* p. 220.

CAPUT IV.

PONTIFEX, ARCHI- ET EPISCOPI MONASTERIA SUB SUO HABENT MUNDIBURDIO ET DISPOSITIONE.

§. 58.

Anno DCCCCLXII. *Bertha* Regina fundat Monasterium Paterniacense in inferiori *Burgundia* vulgo *Peterlingen.* „Monachi potestatem & licentiam habeant, quemcunque sui Ordinis secundum placitum Dei atque secundum regulam S. Benedicti promulgatam, eligere maluerint Abbatem atque Rectorem, ita ut nec alicujus potestatis contradictione contrarientur vel impediantur. Per quinquennium autem „Romæ decem solidos ad limina Apostolorum ad continuanda luminaria

„ præfati monachi perſolvant, habeant-
„ que tuitionem ipſorum Apoſtolorum
„ atque Romani Pontificis defenſionem.
„ Placuit etiam huic teſtamento inſeri,
„ ut ab hac die nec noſtro nec paren-
„ tum noſtrorum nec faſcibus Regiæ mag-
„ nitudinis, nec cujuslibet terrenæ po-
„ teſtatis jugo ſubjiciantur monachi ibi-
„ dem congregati. Neque aliquis Prin-
„ cipum ſecularium, nec Comes quis-
„ quis, nec Epiſcopus quilibet, nec Pon-
„ tifex dictæ ſedis Romæ (per Deum &
„ in Deum omnesque Sanctos ejusque
„ tremendi judicii diem conteſtor, de-
„ precor) invadat res ipſorum Dei ſer-
„ vorum, non diſtrahat, non minuat, non
„ percambiat, non inbeneficiet alicui,
„ non aliquem prælatum vel advocatum
„ ſuper eos contra eorum voluntatem
„ conſtituat.. „ *Herrgott loc. cit. p.* 80.

§. 59

Gebhardus Conſtantienſis Epiſcopus an. DCCCCLXXXIII. decrevit, ut Petrishuſenſe Monaſterium in honorem Sancti *Gregorii* Papæ à ſe conſtructum & dedicatum ſub tuitione & defenſione Romanorum Pontificum in perpetuum inviolatum conſiſtat. Inſuper, pergit in

in instrumento — „Propono & decer-
„no, ut advocati ejusdem Monasterii
„electione Abbatis & fratrum ibidem
„Deo militantium non invastatores &
„direptores, sed manu successoris mei
„Constantiensis Episcopi, una cum ma-
„nu Abbatis in defensores commenda-
„tione præficiantur & nullo modo il-
„lam prius obtineant potestatem, nisi
„fideliter sacramentis constrinxerint se
„possessiones cum familiis Monasterii
„pro posse suo viriliter defendere, nul-
„lamque in eis questus gratia injustam
„per vim exercere potestatem. Si ve-
„ro hujus sacramenti, quod absit, trans-
„gressores extiterint, tertiaque admoni-
„tione tam Episcopi, quam Abbatis non
„emendaverint, absque ulla contradic-
„tione removendi illos habeant facul-
„tatem; & ut diligentius ipsorum jura
„consideremus, nulli suorum facultatem
„concedant causa rapacitatis Monaste-
„rium devastare, quia tales, qui in vi-
„cem dominorum in advocatiis præfi-
„ciuntur, familias penitus distrahunt
„potius quam defendant, atque posses-
„siones omnino inutiles reddunt. Nul-
„los ergo suorum beneficii loco in vi-
„cem advocatiæ præficiant, nisi quos

n 3 Ab-

„ Abbas cum consilio fratrum suorum
„ pro utilitate Monasterii præferri petie-
„ rit, qui simili modo Sacramentis con-
„ stringant se, ipsas Monasterii possessio-
„ nes pro viribus suis defendere, nullam-
„ que per exactionem direptionem ex-
„ ercere; & si ista, quod absit, infrege-
„ rint, tertiaque admonitione non cor-
„ rexerint, ut Sacramentis rei procul
„ dubio sciant se removeri. Quando
„ placitum habere voluerint cum fami-
„ liis, non plus, quam duodecim cabal-
„ lis illuc venire sciant & quidquid ibi
„ acquisierint, in tres partes dividantur,
„ quarum unam sibi retineant, duas ab-
„ bati restituant. Nullam in familiis
„ exerceant rapacitatem, ita tamen, ut
„ famuli, qui beneficiis non sunt obliga-
„ ti, vel aliqua servitute Monasterii de-
„ tenti, nullis placitis aut ullo indicto
„ censu graventur, excepto, si rebelles
„ vel fugitivi aut in aliquo contrarii Mo-
„ nasterio exstiterint. Mulieres marita-
„ tæ seu ancillæ defensionem obtineant
„ & nullo indicto censu ob hoc exone-
„ rentur. In potestate & arbitrio Ab-
„ batis fratrumque ejus consistat, res
„ Monasterii prudenter & absolute abs-
„ que omni obstaculo alicujus advocati
dispo-

„disponere, ecclesias Clericis, curtes „villicis, mansus & beneficia famulis „commendare, undique, prout viderint „congruere, familias in possessionibus „mutare, exuvias mortuorum sumere „& nullo modo advocatus, nisi invita„tione fratrum se intromittere. Istæ le„ges in illis possessionibus, quas ipse per „manum advocati mei Oudalrici mona„sterio tradidi & acquisivi, inconvulsæ „perseverent. Illa vero quæ per curri„cula temporum Deo sanctoque Grego„rio ad subsidia fratrum à fidelibus of„feruntur, per manum tantum Abbatis „cum consilio Deum timentium advo„catia supra scripto modo committa„tur.„ *Gerbertus loc. cit. pag.* 12.

§. 60.

Anno MLXV. *Adelbero* Episcopus Metensis quid juris Abbati S. *Trudonis*, quid *Advocato* competat inquirit & explicat. Episcopus inquit, „se ad villam „S. Trudonis, quæ Sarcinium dicitur, „venisse & ob contentionem inter Ger„manum suum Ducem Lotharingiæ seu „Mosellanorum Fridericum & Abbatem „Sancti Trudonis nuper exortam in „advocatione ejusdem loci (quam ei-

 dem

„ dem fratri meo dederam in beneficio) „ consilio fidelium nostrorum usus, quid „ nostri & Advocati juris esset in ipsa „ villa vel in reliqua Abbatia ad nos „ attinente in præsentia ejusdem advo- „ cati majores natu consuluisse, ut supra „ hoc negotio quidquid a majoribus suis „ didicerunt vel ipsi usque ad illud tem- „ pus tenuerunt, fideliter proferrent & „ nec timoris nec amoris gratia in quam- „ libet partem plus minusve dicendo „ declararent. Qui sacramento adstricti „ nominatim protulerunt, quasdam cur- „ tes esse in ipsa abbatia, id est, Bruloi, „ Lare, Mere, Wilre, Kircheim, Sta- „ den, Halmale, in quibus nunquam „ aliquid... juris à meis concessum est „ advocato, quia eædem stipendiis ad- „ scriptæ fratrum nulli alteri obaudire „ debent, quam Præposito & ejusdem „ Monasterii Cellerario. Ex villa autem „ S. Trudonis vel in reliquis Abbatiæ „ villis, professi sunt ipsi Duci (quia ut „ dictum est Advocatiam in beneficio „ tenebat) sive advocato ab eo constitu- „ to & tribus generalibus placitis & „ magno banno, si quis forte infra vil- „ lam occisus vel vulneratus fuerit, ter- „ tium denarium debere assignari, reli-

quos

„quos autem duos vel mihi vel abbati.
„Cœterum testati sunt Abbatis vel vil-
„lici mei esse arbitrii, ut legitime &
„libere, quidquid libuerit, sine advo-
„cato possunt placitare, scilicet de ter-
„ris, de domibus, de alienis uxoribus
„ducendis, de familiis, nisi grandi for-
„te exigente negotio ab Abbate vel
„ministro meo ad rem discutiendam in-
„vitatus fuerit. His ergo ita in præ-
„dicta villa inquisitis & absque alicujus
„contradictione collaudatis, aliquanto
„tempore transacto post decessum feli-
„cis memoriæ jam dicti fratris mei ite-
„rum iidem, qui prius in præsentiam
„nostram in Castello nostro Salemburga
„venire jussi, præsente Domino Udone
„fratris mei successore eamdem Advo-
„tiam in beneficio a nobis habente &
„Othone subadvocato, eodem modo,
„quo prius, admoniti, quæ antea po-
„tuerunt, tunc utique sunt professi.„
Miræi Codex Donationum p. 176.

§. 61.

An. MCXXX. *Adelbertus* Archiep. Mog. in litteris fundationis Monasterii montis S. *Johannis* (*Bischoffsberg*) in *Rhingavia* ait — *Insuper etiam a præ-*

n 5 *dicto*

dicto loco omnes advocatos exclusimus, soliusque Archiepiscopi patrocinio eum tutandum ac defensandum reliquimus. de *Guden.* Tom. I. pag. 86.

An. MCXLIII. *Heinricus* Archiep. Mogunt. in fundatione Monasterii *Georgenthal* Ord. Cisterc. disposuit: — *Ut prædictum Cœnobium cum pertinentiis suis & aliis omnibus modo traditis & adhuc tradendis sub beati Martini mundiburdio & Moguntini Pontificis tutela securum semper stabiliatur & defendatur...* de *Guden.* T. I. p. 141.

An. MCLII. *Fridericus* Rex Rom. statuit ut Babenbergensis Episcopus *Eberhardus* vel quicunque eidem canonice successerit Abbatem Monasterii *Altaha* (*altaich*) investiat; *Advocatiam quoque ministerialibus & omnibus utriusque sexus mancipiis aliisque rebus quibuslibet ad prædictam abbatiam pertinentibus in jus et proprietatem dictæ Babenbergensis Ecclesiæ transfundimus... Hund.* l. c. part. secunda p. 28.

An. MCLVI. *Hillinus* Archiep. Trevir. possessiones Ecclesiæ in *Arnstein* confirmat & addit: *Confirmamus, ut nullus*

lus aliquo tempore ſupra prædicta bona conſtituatur advocatus, ſed ſolummodo ſub noſtræ protectionis munimine ſive ſucceſſorum noſtrorum tuta conſiſtant. de Gud. T. 2 p. 14.

An. MCLVIII. *Arnoldus* Archiep. Mog. circa parthenonem S. *Ruperti* prope *Pinguiam* inter alia diſpoſuit — *Ipſum locum ſub patrocinium S. Martini ac ſub tutelam noſtram ſucceſſorumque noſtrorum cum omnibus attinenciis ſuis ſuſcepimus atque omnes juſticias, quas alia monasteria, quæ ſub regimine nostro ſunt, in univerſis ſpiritualibus cauſis habent, et huic concedimus, nec ei ullum advocatum præter nos et eos, qui Nobis in officio nostro ſuccedunt, à ſucceſſoribus nostris præponi concedimus.* de Gud. T. I. p. 230.

An. MCCLVI. *Rudolfus* Comes de *Habisburc* Lantgravius *Alſatiæ* & patrueles ſui *Gotfridus* & *Ebirhardus* Comites de *Habisburc advocatiam* Eccleſiæ de *Tellewile* à *Berchtoldo* nobili de *Snabelburc* jure feodi poſſeſſam nunc reſignatam illis conferunt Abbati & Conventui de *Wettingen* Ciſterc. Ordinis jure proprietatis perpetuo poſſidendam. *Herrgott l. c.* p. 327.

CAPUT

CAPUT V.

OFFICIUM ADVOCATI EJUSDEMQUE JURA DETERMINANTUR.

§. 62.

Conventio Abbatis S. *Galli* cum *Notigero* ejusdem Monasterii *advocato* anno DCCCCXLII. sic inita fuit: — „Ex „traditione Otharii quondam tribuni, „ejusque neptis Kerchildæ quoddam „prædium, quod Johannis villa dicitur, in vestitura Monasterii erat, quod „præfatus Notgerus omni genere studii quasi hœres Otharii repetere, publicaque mallacione Monasterio abstrahere conabatur. Adversus quem cum „diu multumque ex parte cœnobii fuisset decertatum, nec certum contentio „finem invenisset; convenientibus crebro pro hac re utriusque partis plurimis, novissimè consilium incidit; ut „quia idem Notgerus vassus noster et „advocatus Monasterii erat, III. hobas „in Uzzinswilare et Alpen pascuam, „quam ab Uodalrico Chadalo bi filio „acquisierat, ad Monasterium contradere-ret

„ ret et quod repetebat prædium, a no-
„ bis ad tempus vitæ ſuæ reciperet,
„ quod et factum eſt. Reſtituimus enim
„ ei ſub eadem conditione locum, quem
„ diu flagitaverat, ut deleta altercatio-
„ nis diſcordia fideliorem eum deinceps
„ ac devotiorem habere poſſemus. Quam
„ ille proprietatem cum poteſtative poſ-
„ ſediſſet, ad Monaſterium, multis teſti-
„ bus adhibitis, reddidit atque reveſti-
„ vit. Inſuper prænotatas hobas in Uz-
„ zinwilare cum Alpe jam dicta Sancto
„ Gallo nobisque tradidit, ea duntaxat
„ ratione, ut ipſe hæc omnia ad tempus
„ vitæ ſuæ poſſideat, redemptione om-
„ nino denegata, poſt mortem vero ejus
„ ipſa loca cum XV. mancipiis et om-
„ nibus mobilibus et immobilibus, quæ
„ illo tempore ibi fuerint inventa, ad
„ Monaſterium ex integro revertantur;
„ excepta uxoris pecunia et domeſtico-
„ rum illius ſervitorum ſuppellectilibus;
„ et ut eædem poſſeſſiones nulli ulterius
„ ſœcularium in beneficium dentur, ſed
„ ad uſus fratrum in Monaſterio Deo
„ famulantium annuatim proficiant.... „
Hergott loc. cit. p. 73.

§. 63.

§. 63.

Judicium *Ottonis* II. Regis inter Monachos S. *Maximini* et eorum *Advocatum* ſuper juribus in vico *Swegerbac* an. DCCCCLXIII. latum tale eſt — „Ut advocatus, quem ipſi petierint, duo „placita in anno teneat et quicquid ibi „palam vel ſecreto acquiſierit, duæ „partes ad altare S. Maximini, tertia „advocato cedat, ad unum vero placitum villicus advocato pro ſervitio dabit triginta denarios, aut ſervitium „quod valeat XXX denarios: ad ſecundum quoque placitum tantum ſervitii dabit illi, quantum ad primum „et non plus. Inſuper toto anno quicquid advocatus in familia vel petendo vel in hoc, quod extraneas uxores „duxerit, aut in alia qualibet cauſa „placitando acquiſierit, duæ partes altaris, tertia advocati erit. Familia „autem per annum advocato dabit „unusquisque eorum unum manipulum „et unum denarium. Si in placito advocati culpabilis inventus fuerit aliquis de ipſa familia, non plus, quam „quinque ſolidos ſolvet; qui vero omninò pauper eſt, unum tantum ſolidum

„ dum et non plus dabit. Ipſos vero „ homines de Swegerbach et omnes qui „ ad altare S. Maximini cenſum debent „ ſolvere, nullus unquam abbas audebit vel poterit ulla ratione cuiquam „ in beneficium præſtare... „ *ab Hontheim H. T. D. T. I. p.* 300.

An. DCCCCXC. *Otto* III. Imp. jubet, ut Colonis S. *Maximini*, Scarariis dictis non *Advocatus*, ſed Abbas jus dicat. — „ Idem Cœnobium ſub noſtro „ ſucceſſorumque noſtrorum jure, mundiburdio et defenſione conſiſtat, nec „ alicui ſedi aut eccleſiæ, excepto noſtræ regalitati, ſucceſſorumque noſtrorum famulum aut appendex vel beneficiarium ſubjaceat.... Inſuper etiam „ concedimus, ut idem Abbas ſibique „ commiſſa congregatio eorumque ſucceſſores poteſtatem habeant advocatias Monaſterii ſui, cui velint, dandi, „ cuique velint, tollendi. Advocati „ quoque conſtituti in villis eorum, nec „ cum hominibus illius loci, qui vocantur ſcararii, niſi in præſentia abbatis „ vel ejus propoſiti placidum habere „ præſumant, bannumque in placido „ cum ſcarariis hominibus habito non ad-

„advocatus ſed abbas accipiat, aliaque „familia abbati ſubjecta placidum nul„lius, niſi abbatis vel ab eo conſtituto„rum attendat. Bannum et fredum „nulli, niſi abbati, perſolvat, et nulla „cujuslibet judiciariæ dignitatis perſo„na in curtibus eorum placidum te„neat.... „ *ab Hontheim loc. cit. p.* 327.

§. 64.

Anno MLXV. *Henricus* IV. Imp. Advocatorum S. *Maximini* officium et poteſtatem novis legibus conſtringit, ordinavit autem — „Conſtituimus atque jubemus, ut Advocati in abbatia illa non niſi ter in anno tantum placitare debeant et illi qui hunnones in quibusdam locis dicuntur, tertio tantum anno, niſi recens furtum fuerit, aut ex parte abbatis vocati fuerint, placitum habeant. In illis ergo placitis advocatorum vel hunnorum quicquid clam aut aperte, retro vel ante, in via illuc vel inde eundo vel redeundo quisque reus vadiaverit, ſecundum arbitrium abbatis ac præpoſitorum aut villicorum ſuorum et meliorum, qui in curtibus ſunt, juxta modum culpæ et facultatis uniuscujusque hominis, diſpona-

ponatur & inde duæ partes Abbati, tertia Advocatis tribuatur. Si propter censſus ſui negligentiam vel ob quamlibet etiam culpam manſus aut poſſeſſio alicujus hominis in placito Abbatis publicatum ſive dominicatum fuerit, totum Abbatis erit, niſi, quod abſit, bonis eisdem, poſtquam villicis in cuſtodiam commendantur, ſe quilibet temere intromiſerit. Bonorum vero quæ in placitis advocatorum publicata fuerint, duæ partes abbatis, tertia advocati erit. Et tertia pars frugum in eodem tantum anno, amplius vero ad eos non pertinebit, quid abbas per villicos ſuos inde diſponere velit. Servitia, quæ in quibusdam curtibus advocatis tribuuntur, cum villicis & ſcavionibus accipere & non emittere debent vel vendere, quia ad hoc eis donantur, ut quicquid Abbati vel familiæ adverſitatis contigerit, quantocyus ſtudeant corrigere, quod ſi non fecerint & bis vel ter aliquid á familia, unde damnum habet Abbas, eis denuntiatum vel accuſatum fuerit & nón correxerint, tamdiu ab Abbate ſervitio ſuo conſtringantur, donec ea quæ in binis aut tribus placitis ſuis accuſata ſunt, ad correctionem perducantur.

 Quis-

Quisquis propter furtum vel latrocinium dampnatus fuerit, omnis ſubſtantia ſive poſſeſſio illius Abbatis erit. Advocatis vero de homine, quod ſibi & comprovincialibus ſuis melius viſum fuerit, agere licebit. Si quis ex familia interfectus fuerit, precium illius, id eſt, were gelt, totum Abbatis erit. Si autem per Advocatum quæſierit, tertiam partem ſibi dabit. Servientes verò, qui ſcaremanni dicuntur, nulli advocato pro quibuscunque culpis & rebus reſpondeant; nulli eorum ſerviant, niſi beneficia ab eis habeant, aut Abbas pro neceſſitate & utilitate Monaſterii cum illis eos alicubi ire jubeat. Præbendarii autem, qui fratribus infra clauſtrum ſerviant, ſive in ipſo loco, aut in cellula illuc pertinentibus Apula vel Tavena, vel qui foris ad curtes dagescalci vel piſcatores aut piſtores dicuntur, nulli Advocato, vel hunnoni ſubjaceant, ſed tantum Abbati, ſicut cenſuales vel cereales, pro quibuscunque rebus reſpondeant. Si villani debitum cenſum Abbati volunt denegare, primum per alios judices ac miniſtros, qui ſcaremanni dicuntur, ad viam reducantur, ſi poſſunt; ſin autem, per cartam & advo-

ca-

catum. Ad ultimum vero, per manifestum judicium, in quo si convicti fuerint, omnibus bonis suis carebunt & jus quod Abbas eis postea concesserit, habebunt. Si quis ex mansionariis, qui circa urbem vel in aliis longe vel prope positis curtibus commanent, censum debitum, qui ad usum fratrum cotidianum pertinet, statuto die vel tempore non dederit, statim sequenti die vadimonium de domo ipsius, sine Advocato villicus Abbatis tale accipiat, cum quo illud, quod ipse ad servitium fratrum daturus erat, persolvat. Cœterum vero servitium ejus in curte, qua habitat, prout justum est, ab eo exigendo requirat. Nusquam, nisi inter se, villani aut mansionarii nubant, aut uxorem ex familia Sancti Petri (*Ecclesiæ Metrop. Trevirensis*) nostro consensu accipiant, ita tamen, ut alteri ecclesiæ altera damnum non inferat, sed per successiones filiorum aut filiarum utrique Ecclesiæ, quod suum est, ad ultimum redeat, nec emaneat. Si homo in hominem verbis aut factis deliquerit, Advocatus in rationem id ponere non debet, quia utrumque & judex & rector esse non poterit, nisi præsens sit aliquis, qui alium accu-

 sa-

ſaverit, vel res talis ſit, de qua inter ſe inimici clam & aperte pacificati fuerint, ibi culpa utrorumque patebit. Advocatus vero Chuonradus ſive ſucceſſor ipſius, qui banum a Regia manu habuerit, proxima die poſt feſtum S. Maximini ſuper prædia & mancipia eorum, qui miniſtri vel ſcaremanni dicuntur, a prima usque ad nonam placitabit, ita tamen, ſi celebre feſtum vel jejunium ea die non fuerit, & quicquid ibi placitando acquiſierit, duas inde partes Abbas, tertiam ipſe habebit. Ad ſervitium vero ſuum ſi placitaverit & quæ corrigenda ſunt, ſcavionum (ſcabinorum) judicio correxerit, duos modios panis, quatuor oves & amam vini Abbas dabit; ſi amplius neceſſe habet, de placito habebit. Sicut omnes eccleſias & ſalicas decimationes ad ſuſceptionem hoſpitum & peregrinorum Abbatem habere decrevimus, ita ſine dubio de omnibus ſylvis ſive nemoribus in Sancti Maximini fundo jacentibus decimam partem in arboribus, quam de precio pecorum, ſive utilitate apium, eum habere per omnia volumus & firmamus, tam Kiliwalde, quam in ſylva juxta curtem Steinſeila, vel circa caſtrum Liuze-

Linzelenburc adjacente, nec non in silvula quæ Hart vel Waber juxta Talevanc dicitur consistere. In suis autem sylvis, quas adhuc in manibus habet, potestatem ei damus, quicquid sibi placuerit, exceptis feris bannitis, liberè disponere. Potestative vero per Abbatiam placita, exceptis tribus debitis, habere, vel de curte in curtem, de domo in domum ire, aut hospitia vel servitia a rusticis sive villicis Abbatis & fratrum violenter exigere, aut inscisionibus vel petitionibus eos gravare & pecora eorum, aut parafredos tollere & reditus ab ipsis extorquere, tam comitibus quam advocatis, hac nostra regali authoritate omnimodis interdicimus; quia sicut in privilegiis Henrici piæ memoriæ Augusti, cœterorumque progenitorum nostrorum Henrici atque Chuonradi piissimorum Imperatorum inspeximus, sex millia septingenti quinquaginta & amplius mansi, unde Abbas in militiam ire, vel prædecessoribus nostris vel nostræ regalitati in secundo semper anno servire debuit & ad hoc beneficiati sunt, diversis fidelibus nostris, Ducibus scilicet atque Comitibus, ut cœtera, quæ ad præbendam fratrum reman-

 serant,

ſerant, absque omnium advocatorum inquietudine, exceptis tribus placitis, libere & quiete poſſideant.„ *Honthemii Hiſt. Trevir. Dipl. T. I.* p. 408.

§. 65.

Anno MXCV. *Henricus* Comes hanc Ordinationem de juribus *Advocatorum* Abbatiæ Epternacenſis publicavit: — „Notum ſit, *ait*, tam præſentibus quam futuris omnibus, quod Henricus Comes Conradi piæ memoriæ Comitis filius, Bertranni defenſoris noſtræ Eccleſiæ circumventus & deceptus conſiliis, muneribus & fraudibus jus advocati in aratura & meſſione innumeris a divæ memoriæ Abbate Reginberto, *) ſervitiorum & donorum impendiis redemptum & regali conceſſione traditum nobis abſtulit & omni honore & jure, quo uſi ſumus ſub omnibus ejus & noſtris anteceſſoribus, nos privavit & exuit; ſed propitio & miſerante Deo poſtea in ſe rediit & optimatum ſuorum conſilio ablata reddidit & præſidente Domino Heinrico Palatino Comite, cui a Domino noſtro glorioſiſſimo Imperatore Auguſto Henrico in Jtalia exercitu ductante Imperii commiſſæ ſunt habe-

næ

næ in integrum hoc ordine reſtituit. Jurare fecit honeſtiores ſervitores noſtros & ſcabinos, ut neque pro amore neque timore ullius dimitterent, quin ſecundùm nudam & puram veritatem, quid advocatus, quid juris fiſcus noſter ex antiquitate juſtè retinuiſſet, liquido edicerent et ſecernerent. Igitur jure jurando obſtricti affirmaverunt, quod non liceret advocato conſtituere ullum Subadvocatum, niſi ex familia eccleſiæ et per electionem et conſenſum ejusdem familiæ et quod quotidiani ſervitores, qui ad coquinam, qui ad piſtrinum, qui ad molendinum, qui ad lavatorium, qui ad cuſtodiam Monaſterii, qui ad quodque quotidianum fratrum ſervitium pertinent, nihil illi jure debeant perſolvere. Et decreverunt, quod nullum legitimum placitum ulli advocato debeant, niſi qui bannum ab Imperatore habeat et ſi die conſtituta ille non adfuerit et pridie legatum non miſerit, qui eum vel in utilitate regni vel loci noſtri occupatum eſſe certiſſima fide et veritate confirmet, placitum et ſervitium non reſtituant, neque ſi die Dominica vel celebri feſto dies placiti eveniant. Confirmaverunt itidem quod in XXIV do-

minicatis casis, quæ ad hortum et cellarium attinent et in his villulis, Erinza scilicet et Luterbrunna, quarum altera ad lavatorium, altera ad coquinam fratrum servit et in Bullendorff et Sterincheim et Erle, nullus advocatus debeat habere placitum et servitium, nisi pro monomachia et sanguinea percussura et scabineis constituendis, nisi fuerit invitatus ab Abbate vel Præposito vel ab aliquo, qui justitiam obtinere non potuerit à præposito vel villico et a quo invitatur, ab eo servitium accipiat. Item per fidem juramenti asseruerunt, quod Advocatus nulli debeat equum suum per vim et potentiam tollere et si in furti crimine aliquis ex familia ecclesiæ deprehensus fuerit et convictus, quidquid possederit, fiscus obtineat; fur secundum judicum decreta legibus subjaceat, et quod advocatus nullum debeat percutere et malè tractare absque judicio. Decreverunt item, ut quidquid in placitis deponitur, secundum posse ejus, qui deponit, misericorditer ab exactore vel villico, assidente advocato vel ejus ministro, cum scabinorum consilio disponatur et duæ partes fisco, tertia advocato solvatur. Item approba-

baverunt, ut si quis de familia ecclesiæ occisus fuerit, si pretium ejus, quod Wergeldum vulgari locutione vocant, Abbas acquirere per se potuerit, totum habeat; si per auxilium advocati, ille sui juris tertiam partem obtineat. Si quis infregerit banum, quod teutonica lingua burgban dicitur, pro quo sexaginta solidi solvuntur, duas partes fiscus, tertiam accipit advocatus; in placitis verò de privato peculio & usufructu ecclesiæ neque intersit, neque inde quidquam accipiat. Affirmaverunt item nobiliores & majores natu Ecclesiæ, nihil amplius erga advocatum sui esse juris, nisi pro utilitate & defensione nostræ Ecclesiæ, per duorum dierum spatium cum suis dispendiis ire; & si comes aliquam in vicino urbem, quæ contra regnum & locum nostrum sentiat, obsederit, pro ejus amore & honore per duas dies militare.... „

*) Occurrit *Regimbertus* Abbas Epternacensis an. 1056. quo *Henricus* III. Imp. prædictæ Abbatiæ immunitatem confirmavit. *ab Hontheim l. c. p.* 398. *Item an.* 1067. *l. c. p.* 414. Ejusdem planè tenoris cum præcedente charta sequens est. Sed in serie Abbatum nullus extat Laurishamensis Abbas *Regimbertus*; ex quo chartæ falsitas apertè commonstratur.

Explicatio jurium advocati Abbatiæ Laurishamensis. *)

Notum ſit omnibus, quod *Henricus* Comes *Conradi* piæ memoriæ Comitis filius *Bertranni* defenſoris noſtræ Ecclesiæ deceptus conſiliis jus advocati in aratura & meſſione innumeris a bonæ memoriæ Abbate *Regimberto* ſervitiorum & donorum impendiis redemptum & regali conceſſione traditum nobis abſtulit & omni honore & jure, quo uſi ſumus ſub omnibus ejus & noſtris anteceſſoribus nos privavit & exuit, ſed miſerante Deo poſtea in ſe rediit & ablata reddidit & præſidente Domino *Henrico* Palatino Comite, cui ab Imperatore *Henrico* in *Jtalia* exercitum ductante Imperii commiſſæ ſunt habenæ in integrum hoc ordine reſtituit. Jurare fecit honeſtiores noſtros & ſuos ſcabinos, ut neque pro amore neque timore illius dimitterent, quin ſecundum veritatem quid *advocatus*, quid juris Fiſcus noſter ex antiquitate juſtè retinuiſſet, liquido edicerent. Igitur jure juran-

*) *Miræi oper. Dipl. T. I. p.* 668. *Tolner hiſt. Palat. addit. p.* 88.

rando obſtricti affirmaverunt, quod non liceret *advocato* conſtituere ullum *ſub-advocatum* niſi ex familia Eccleſiæ & quod quotidiani ſervitores, qui ad coquinam, qui ad piſtrinam, qui ad molendinum, qui ad lavatorium, qui ad cuſtodiam Monaſterii, qui ad quotidianum Fratrum ſervitium pertinent, nihil illi debeant perſolvere. Hæc acta ſunt anno Milleſimo nonageſimo quinto, Indictione III. anno Imperatoris *Henrici* XL. Imperii XII. annitente Domini Abbatis *Regemberti* ſucceſſore *Thifrido*.

Teſtes autem hujus conceſſionis & confirmationis nobiliſſimi ſunt iſti:

Henricus Palatinus *Hermanni* Comitis filius & frater ejus *Theodericus*.

Bezelinus de Arlon.

Adelbertus & *Bezelinus de Engelinga*.

Anſelmus de Edinga. *Rupertus* filius ejus.

Joannes Bulza.

Thibolt & filius ejus *Giſelbertus*.

Hugo. *Heſſo*.

§. 66.

§. 66.

Notabile judicium Henrici IV. Imp. adverſus Prumienſis Monaſterii Advocatum, in quo omnia ejus jura & privilegia deſignantur.

An. 1102. *Henricus* III. Imperator enuntiat, quod *Wolffframus* Abbas Prumienſis & Congregatio *S. Salvatoris*, dolens Abbatiam injuſta *Advocatorum* & *Subadvocatorum* maxime autem *Bertoldi de Ham* & filiorum ejus inſolentia vexati ſœpe clementiam noſtram & principum noſtrorum idipſum lacrymabiliter proclamans adiit, donec timore & amore Dei & ipſa juſtitia compulſi, filium noſtrum *Henricum* Regem & Epiſcopum Trejectenſem *Conradum* & *Henricum* Comitem Palatinum, aliosque quam plurimos principes noſtros convenire ad novum Monaſterium ipſius Abbatis, præcipimus pro juſtitia inter eos examinanda & injuſtitia prohibenda. Ventum eſt ad diem, Abbas iterum & fratres ſui eandem proclamationem faciunt, quam huic cartæ juſſimus annotari; quatenus ex injuſtitiæ conſideratione, clarius eluceat decretum injuſti-

justitiæ. Deo & vobis, Domni & Principes proclamamus, quod *Advocatorum* & *Subadvocatorum*, maxime verò *Bertoldi de Ham* & filiorum ejus tanta super familiam & res ecclesiæ *S. Salvatoris* excrevit insolentia, ut ipse *Bertoldus* publicè exactores suos super loca & villas nostras ponat & servitium suum per totum annum, ubi neque censum, neque ullam omnino, excepta *Advocatia*, proprietatem habet vel habuit, prout sibi videtur, constituat & quasi debitum exigat. Unde coacti exactores sui loca nostra prædonum vice circum euntes placitis justis & injustis, petitionibus, minis, postremo invasionibus, ad ultimam homines nostros pauperiem redigerunt & exire de patria et hœreditate sua mendicandi coëgerunt causa. Super hæc vero omnia ipse hospitia in curtibus nostris et in domibus familiarum singulis, quotiens vult, accipit. Post filii ejus, servi, deinde subadvocati et venatores, de rebus nostris et familiæ, quantum sibi et suis libet, singula accipientes, ex toto Abbatiam devastantes. Proclamatione facta, filio nostro et regni principibus causæ Abbatis compatientibus et indignatione et cla-

clamore *Bertoldi* et filiorum ejus crudelissimam injustitiam quasi uno ore increpantibus, lectis etiam et expositis in audientia cunctorum omnibus testamentis, signatis a *Pippini* Regis tempore ipsius Ecclesiæ conditoris, quæ prædictæ ecclesiæ et *Advocatorum* officium et jura continebant. Ipse adhuc in pertinacia obfirmatus et irridens testamenta, dicens, quod penna cujuslibet quælibet notare posset, non ideo suum jus amittere deberet. Tandem ad suæ defensensionis arma confugiens, jus voluntarium solus hoc modo sibi constituit, ut servientes sœpefatæ ecclesiæ, quos ipse eligeret et nominaret, jus illud, quod ipsi dicerent et sacramento firmarent, illud ipse probaret, sequeretur. Huic conditioni Abbas primum fortiter repugnavit; videbatur enim esse periculosum, ut relictis sacramentis sequeretur sacramentorum eorum, qui datis manibus illi, vel ab eo suscepto beneficio propter timorem sui vel rerum suarum illi adhœrebant. Victus tamen ejus importunitate et amicorum vix suscepto consilio, hac conditione concessit, ut eorum, qui juraturi erant, dimidiam partem ipse Abbas, dimidiam partem *Ber-*

Bertoldus nominaret. Qui rursum, nisi solus ipse cunctos nominaret, propositum reprobavit. Abbate denique satisfaciente importunitati ejus consensu suo quos *Bertoldus* nominavit, processerunt et sicut unquam rectius a majoribus suis acceperant vel ad memoriam verius revocare poterant, advocatorum jura per singulas villas diligenter prædixerunt et prædicta reverenter sacramento sanxerunt. Hæc sunt quæ prædixerunt et juraverunt.

I. Nullus *Subadvocatus* *) sive alia persona super res et familiam Sancti *Salvatoris* audeat placita, petitiones facere, hospitia quærere.

II. Ipse *Advocatus*, qui bannum ab Imperatore sive a Rege accipit, tria solum placita in anno statutis in locis habeat, ubi quidquid vadimoniorum constituitur, dispositis ad arbitrium Abbatis sive procuratoris ipsius vadimoniis, duæ partes Abbati, tertia *Advocato* persolvatur.

III. Su-

*) Inter maximos abusus numerantur *Subadvocati*, *Proadvocati* &c. vid. *Acta Acad. Theodoro-Palat. T. III. p.* 143. *ab Hontheim. T. I. p.* 160. 162. &c. &c. *Hund Metrop. Salisb. T. II. p.* 534. 540. &c.

III. Super Officiales miniſtros et beneficia ſervientium et omnia jura et curtilia Abbatis nullam prorſus conſtituendi deſtituendive poteſtatem habeat, niſi aliqua rebellio ibi fiat. Et de occiſo intus vel foris Sancti *Salvatoris* homine, ſi per ſe Abbas Weregeldum acquirit, nil advocatus acquirat inde. Si vero *advocatus* acquiſierit, duas partes Abbas, tertiam *Advocatus* accipiat.

IV. Nullum verberare vel tondere ſine Abbatis vel fidelium ſuorum præſentia et ſociorum ſuorum judicio præſumat et ſi ſe culpabilis redimit, pretium dividant.

V. Si Abbas in dominicatu ſuo ſilvam, ubi *Advocatus* bannum ſuper beſtias non habet, ad novalia dederit, nihil *Advocatus* inde habebit.

VI. Nullus ſervientium Abbatis, pro culpa aliqua in domum advocati vel usquam pro gratia ſua acquirenda ſive ratione reddenda veniat, ſive rationem reddat, niſi in præſentia Abbatis in placito publico; ſed neque manſionarius aliquis, niſi in curte ad quam pertinet, nulli hominum eccleſiæ parefredum ſive bovem aut vaccam, vel porcum

cum ovem ſive veſtimentum vel aliquid in domo ſua aut in agro ſeu in prato vel vinea poteſtative auferat. Quisquis hujusmodi juris eſt, ut ad bubulcum jure poſſit conſtringi et qui cenſum de capite ſuo perſolvit, hic, ſi extra poteſtatem fugerit, vel tali loco, ubi Magiſter ejus juſtitiam ab eo habere non poteſt, conſtiterit, *advocatus* aut miſſus ejus cum legato Abbatis illuc eat et fugitivum atque rebellem ad curtim propriam conſtringat.

VII. Ubicunque res eccleſiæ agri videlicet ac vineæ ſive decimationes, terra culta et inculta infra *advocatiam* ſuam invaſæ fuerint aut juri eccleſiæ retineat aut de ſuo reſtituat.

VIII. Ad tria placita, quæ prædiximus, unum ſervitium, quæ poſt Paſcha debetur, ab Abbate accipiat. Duo, quae familia ſibi debet, taliter exhibeat.

IX. Unusquisque de familia obulum unum in Epiphania Domini, alium in feſto S. *Joannis Baptiſtæ* ad ſervitium *Advocati* perſolvat. Curtes etiam determinatae, quae *advocato* integrum ſervitium debent, ſcripto mandatae et ſacra-

ſacramento firmatae, hae ſunt: videlicet: *Mettendorff*, *Rumaresheim*, *Prumia inferior*, *Cuninbretch*, *Birgesbura*, *Walmeresheim*, *Sephirno*, *Merniche*, *Sueche*. Iſtae autem dimidium perſolvunt ſervitium: ſcilicet, *Ulmizo*, *Suevirdisheim*, *Buodenisheim*, *Morlebach*, *Deinisburo*, *Herisbesbancſeth*, *Luch*, *Merſche*, *Hutlingon*, *Nanzeinheim*, *Badenheim*, *Edelendorf*. Integrum quoque ſervitium erit modius unus tritici, ſitulae vini duae, porcus unus, XII. denarii, porcellus unus, gallinae duae, modii avenae tres. Dimidium vero ſervitium erit modius dimidius tritici, ſitula vini una, porcus unus, ſex denarii, gallina una, avenae modius et dimidius.

X. Super bannum et licentiam de vineis colligendis et ſuper piſcationes fratrum nullam poteſtatem *advocatus* habebit.

XI. Placitum cum ſervientibus id eſt: ſcarariis S. *Salvatoris* ſemper poſt natalem S. *Remigii* octavo die in *Merniche* placitabit. Eadem die ex parte Abbatis jam dictum ſervitium integrum, ſi venerit, accipiat; ſi autem non vene-

venerit, ſervientes de placito abſoluti erunt & villicus de ſervitio per totum illum annum. In quocunque autem loco jure placitum habere debet, eadem die villicus Abbatis ſervitium *advocato* tribuat & nusquam alibi, quia communiter debent frui, ibique conſtituta antiquitus die familia, ſi ei ante tres vel duos dies renuntiatum non fuerit, in curte exſpectet placitum. Quodſi ab *advocato* neglectum fuerit, villicus de ſervitio & familia abſoluta erit de placito.

XII. Unusquisque de familia diem unum in anno operetur *Advocato* ad *Prumiam* ſive ad *Ham* & nusquam alibi. Hæc ſunt *Advocatorum* jura & officia & hæc conditio inter prædictum Abbatem *Wolframum Prumiæ* & ipſius loci *advocatum Bertoldum de Ham* & filios ejus & omnes poſt eos *advocatos*, a filio quidem noſtro & Principibus noſtris conſtituta & laudata; a ſervientibus autem eccleſiæ jurata. Quæ omnia ab ipſo filiisque ſuis bene ſunt laudata, ſed in multis poſtea malè ſervata. Poſt mortem enim patris junior filius in hoc officio ejus ſucceſſit, qui rurſum projec-

to jure per vias patris paſſim inceſſit, quod iterum Abbas ſœpiùs proclamans & quaſi inconſolabiliter dolens, cum aliud non poterat, donum beneficii fratri ejus *B.* videlicet usque ad audientiam noſtram noſtrorumque principum protraxit, ubi pertinacia tanti mali patris & fratris ab omnibus, qui aderant, intellecta, cum jure legali negare ei poſſet, conſilio tamen noſtro rogatuque non modico, ibi in præſentia noſtra recepit; ſed tali conditione ipſo laudante & vix impetrante, ut ſi quidquam de his, quæ laudata à patre & à ſervientibus eccleſiæ fuerant jurata, ipſe vel quisquam poſt eum infringeret, non aliud judicium, quam proſcriptionem totius beneficii, quod ab eccleſia teneret, expectaret. *ab Hontheim l. c. p.* 479.

§. 67.

An. MCXXXVI. *Lotharius* III. Imp. *Advocatis* Monaſterii *Heremi* (*Einſidel*) quibus tenerentur, leges prœſcribit. — " Statuimus & jubemus, ut ejusdem loci *advocatus* ſuper Officialem & familiam, quæ infra immunitatem cottidie ſervire debet ad uſus fratrum, nullam habeat poteſtatem, niſi prout Abbas volue-

luerit & petierit; Exterius vero ab omni exactione non minùs coërcemus eum, præcipientes, ut cum Clero nihil, cum ministerialibus vero & familia ejusdem, quæ foris est, non nisi ex judicio agat & quod judicio acquisierit, Abbati, quod suum est, indè tribuat. Cum censualibus eciam tam liberis, quam Capitalibus idem observet, ut nihil cum ipsis contra justitiam agat, & in his omnibus Abbati, suum debitum recognoscat. Secundarios etiam *advocatos*, immo exactores omnino interdicimus...." *Hartmanni Annales Heremi* p. 192.&c. subjungit: *Advocati* id antiquitus præcipue muneris sumebant, ut non modo ab omni injuria defenderent Monasteria, sed eorum etiam ab hominibus, possessionibus, privilegiis, jureque & jurisdictione vim prohiberent, familiam ecclesiæ (ita vocabant Monasteriis annexos & subditos) regerent, jus dicerent, de controversis cognoscerent, alia politica exercerent, ne, qui rerum cœlestium desiderio & vitæ solitariæ cupidine terrena & secularia reliquerant, rursum per eorum tractationem abstraherent animos & veluti contagio contaminarent. Sed haut pauci sœpius hoc de-

defenſionis munus in tyrannidem vertebant, quosque tueri debebant, per ſummum facinus opprimebant, lacerabantque. Adverſùs eos æquiſſimi & fortiſſimi Imperatoris edictum.

CAPUT VI.

ADVOCATORUM EXCESSUS.

§. 68.

An. MLIV. *Henricus* III. Imp. *Advocatorum S. Maximini* inſolentiis poſuit repagula, confirmans eorum ſacramento, quia advocatus familiæ illius, niſi ter in anno, in abbatia placitare non debeat: quicquid autem illis placitis reus vadicaverit, *) arbitri Abbatis & ſuorum præpoſitorum & villicorum ſecundùm culpam & poſſe uniuscujusque hominis cedat & duæ partes Abbati, tertia *Advocato* cedat, & ſi aliquis forte culpam furti vel ſeditionis inciderit & abbas ob rebellionem temeritatis *Advocatum* accerſerit, ex eodem vadio (*a*) abbati duæ partes, *Advocato*

*) Mulctas perſolverit.

(*a*) Mulcta pecuniaria.

to tertia proveniat, ita tamen, ſi *Advocatus* a regia manu bannum ſuſcepit (*b*), aliter in abbatia placitare (*c*) non præſumat. Servientes vero qui præbendarii (*d*) & qui fratribus infra clauſtrum ſerviunt vel qui foris ad curtes dagescalci (*e*) dicuntur, nulli *Advocato* neque hunnoni (*f*) ſubjaceant; ſed tantum abbati ejusque præpoſitis, pro quibuscunque culpis reſpondeant. *Advocatus*, qui bannum à regia manu ſuſcepit, proxima die poſt feſtum Sancti *Maximini* ſuper prædia & mancipia eorum, qui ſcaremani (*g*) dicuntur, illa ſola die, ſi jejunium vel celebre feſtum aut dominicus dies non fuerit, placitabit. Sin autem jejunus, prima ſonante placitum intrabit & usque ad nonam horam illud tenebit: poſtea vero nullum diucius ibi ſtare cogere poterit & quidquid ibi acquiſierit, duæ par-

P 4

(*b*) Jurisdictio non niſi à Rege promanavit.

(*c*) Se gerere Judicem.

(*d*) Miniſtri cœnobii pro certa annona.

(*e*) Servitores in villis operam elocantes.

(*f*) Statis annis aſſidebant Abbatibus ut Judices.

(*g*) Judices & præpoſiti villarum.

partes Abbatis, tertia ejus erit, nullumque alium post se ponere præsumat, qui vocetur *Post-advocatus*. Eadem vero die abbas ipsi *Advocato* servitium dabit duos modios panis, friozkingas IIII & unam amam vini. Si ecclesiæ homo interfectus fuerit & abbas aut villicus ejus ab homicida Wiregildum (*h*) exigere poterit, totum sui juris erit; sin autem advocatum necesse fuerit accersire, tertia pars cedet ei. Potestative per Abbatiam placitare, hospitia vel servitia a rusticis, petitionibus gravare & pecora eorum, aut palefridos (*i*) tollere & redditus ab ipsis extorquere, tam comitibus quam *Advocatis* omnimodis imperiali authoritate interdicimus. *Honthemius loc. cit.* p. 397.

§. 69

Biennio post Idem Imperator decreta mox allata repetit & innovat, ad querelas Abbatis *S. Maximini* de multis oppressionibus, quas familia patitur ab *Advocatis* & Comitibus, eam defendere magis quam dissipare vel affligere de-

(*h*) Mulcta pro homine libero occiso pendenda.

(*i*) Equus ad servitia aptus.

debentibus, quæ non ſolum antiquis legibus deſtituta ſed ita potius in ſervitutem *Advocatorum* eſt omnimodis redacta, ut non quaſi regalis ſive regiæ dotis eadem abbatia, ſed ut propria magis eorundem *Advocatorum* eſſe videatur ancilla. *Imperator tandem enuntiat*: Confirmatum eſt eorum ſacramentum, quia *Advocati* abbatiæ illius, ubicunque in regno noſtro ſita ſit, non niſi ter in anno & illi, qui hunnones dicuntur, tertio tantum anno, niſi recens furtum fuerit, aut ex parte abbatis vocati fuerint, placitare in abbatia debeant. Quidquid autem in illis tribus placitis *Advocatorum* vel hunnorum clam aut aperte, retro vel ante, in via, illuc vel inde eundo, quisque reus vadiaverit, arbitrio abbatis vel præpoſitorum aut villicorum & meliorum, qui in curtibus ſunt, ſecundùm culpam & facultatem uniuscujusque hominis diſponatur: inde duæ partes abbati, tertia *Advocatis* tribuatur. Si cujus bona vel prædia propter aliquam culpam vel querimoniam in placitis abbatis, id eſt, Budingun, dominicata vel publicata fuerint, omnia abbatis erunt, niſi bonis eisdem, priusquam

villici abbatis ea in custodiam susceperint, se quilibet temere intromiserit: de bonis autem, quæ in advocatorum placitis publicata fuerint, duæ partes Abbatis, tertia verò pars in eodem tantum anno rerum aut frugum, *Advocatorum* erit: postea verò nihil ad eos pertinet, quid Abbas inde disponere velit. *Advocati* autem servitia in curtibus, in quibus jura dabuntur, cum villicis & scavionibus, (scabinis) accipiant & non emittant, vel vendant, quia ad hoc eis donantur, ut quidquid abbati vel familiæ adversitatis contigerit, corrigant. Quod si non fecerint & bis vel ter aliquid in agris aut vineis, unde damnum habet abbas aut familia, eis accusatum aut denunciatum fuerit & non correxerint, servitio eos abbas constringat, donec ea, quæ in prioribus binis aut tribus placitis accusata sunt, ad correctionem perducant. Si quis propter furtum vel latrocinium captus, aut justo judicio dijudicatus vel dampnatus fuerit, substantia illius & omnis possessio abbatis erit: *Advocatis* verò de homine, quod justum est, aut quod sibi & aliis comprovincialibus suis visum fuerit agere, licebit. Si aliquis

ex

ex ſamilia interfectus fuerit, precium illius, id eſt, weregelt, ſi ſine *Advocato* acquiri poterit, totum abbatis erit; ſi autem per *Advocatum* acquiſitum fuerit, tertiam partem *Advocatus* habebit. Servientes vero, qui præbendarii ſunt & qui fratribus infra clauſtrum ſerviunt, ſive in ipſo loco vel cellulis illuc pertinentibus, id eſt: *Apula* vel *Tavena*, quamvis jam diu deſtructis, Deo tamen noſtroque & dilectiſſimæ conjugis noſtræ *Agnetis* Imperatricis Auguſtæ, ſi vita comes fuerit, auxilio patrocinante conſtruendis & recipiendis, ſive qui foris vel intus dagescalzci vel piſtores, bavarii aut piſcatores, coci aut lavatores vel quicunque foris vel intus cotidiano ſervitio fratribus ſervituri ſunt, nulli *Advocato* neque hunnoni ſubjaceant, ſed tantum abbati, ſuisque præpoſitis pro quibuscunque culpis ſuis reſpondeant, vapulent aut evadant. Si villani aut manſionarii debitum cenſum vel ſervitium *S. Maximino* & abbati volunt denegare, primum per alios judices, deinde in ipſo principali loco *Treviris*, unde vivunt, per illos judices ac miniſtros, qui ſcaremanni dicuntur & qui meliores ſunt eccleſiæ, conſtrin-

ſtringantur: ſin autem per cartam & *Advocatum*, ad ultimum vero per manifeſtum judicium, in quo ſi convicti fuerint, omnibus bonis ſuis ad manus abbatis attractis carebunt & jus quod abbas eis poſtea conceſſerit, habebunt. Servientes vero, qui ſcaremanni dicuntur, nulli *Advocato*, niſi Abbati ſubjaceant, nulli eorum ſerviant, niſi beneficia ab eis habeant, aut Abbas pro neceſſitate & utilitate Monaſterii cum illis eos alicubi ire præcipiat. *Advocatus* vero *Giſelbertus*, qui in præſentiarum eſt, aliique ſucceſſores ipſius, qui bannum à regia manu ſuſceperint, proxima die poſt feſtum *S. Maximini* ſuper prædia & mancipia eorum, qui miniſtri vel ſcaremanni dicuntur, illa ſola die, ſi celebre feſtum vel jejunium non fuerit, placitabunt, ſin autem, cum prima pulſata fuerit, placitum intrabunt & usque ad nonam horam illud tenebunt, poſtea vero nullum ibi diutius ſtare, diſtringere poterunt & quicquid ibi placitando acquiſierint, duæ partes abbatis, tertia ipſorum erit. Eadem vero die abbas ipſi *Advocato*, quicunque eſt, ſervitium dabit, duos ſcilicet modios panis, friskingos quatuor ovinos & amam unam vini;

vini; ſi amplius habere voluerit, de placito habebit. Si quis ex villanis vel manſionariis, qui circa urbem, vel in aliis longe vel prope poſitis curtibus commanent, cenſum debitum, qui ad uſum fratrum cotidianum ſive in lignis, aut aliis quibuslibet rebus, pertinet, neglexerit & ſtatuto die vel tempore non dederit, ſtatim ſequenti die villicus Abbatis vadimonium (pignus) de domo ipſius ſine *Advocato* tale accipiat, cum quo illud, quod ipſe ad ſervitium debuit fratrum, pleniſſime perſolvat; cœterum vero ſervitium ejus in eadem curte, in qua habitat, ab eo, prout juſtum fuerit, exigendo requirat. Nusquam niſi inter ſe, nubant, aut uxorem ex familia *S. Petri* accipiant, ita tamen, ut alteri eccleſia, altera damnum non inferat, ſed per ſucceſſiones filiorum aut filiarum, quod ſuum eſt, utraque eccleſia retineat. Si homo in hominem verbis aut factis deliquerit, nec Abbas nec *Advocatus* in rationem id ponere debet, niſi præſens ſit aliquis, qui eum accuſet, aut res talis ſit, ut inter ſe clam aut apertè pacificati inde fuerint, ibi culpa paret. Omnes Eccleſiæ & ſalicæ decimationes tam in agris quam

quam in vineis, five in fylvis, ubicunque in prædio Sancti *Maximini* jacentibus tam *Kiliwalde*, quam in fylva circa curtem *Steinfiela* vel caftrum *Liuzelenbun* aut in *Hart*, vel *Waber*, juxta *Talevanc* adjacente, ad fufceptionem hofpitum & pauperum debent pertinere. In fuis vero fylvis, quas adhuc Abbas aut fratres habere videntur, quicquid fibi utile videbitur, exceptis feris bannitis, decet eos libere difponere. Addimus etiam Nos & noftra Imperiali auctoritate firmiffime interdicimus, ut nullus *Advocatorum* aliquod placitum, præter tria jure debita in Abbatia habeat; nullus illorum hofpitia vel fervitia in curtibus Abbatis aut fratrum five à rufticis violenter exigat; nullus eorum per infcifiones aut petitiones homines gravare aut vi pecora illorum aut paraveredos tollere præfumat, quia fex millia feptingentos quinquaginta & amplius manfos de bonis S. *Maximini*, unde Abbas in militiam ire & noftræ contectali vel nobis in fecundo femper anno infervire debuit, ad hoc iidem *Advocati* ex noftra parte habent in beneficium, ut cœtera, quæ fratribus remanferant absque omni *Advocatorum* moleftia

leſtia quiete poſſideant. *ab Hontheim loc. cit.* p. 399. *&* *pag.* 408. refert *Henrici* IV. Imp. diploma, quo *Advocatorum* S. *Maximini* officium & poteſtatem novis legibus conſtringit. Vix non eadem leguntur in charta *Henrici* V. Imp. ibidem *pag.* 404. *ad an.* 1112.

§. 70.

Anno MCLXXXIII. coram *Friderico* I. Imp. *Eberhardus* Abbas in *Alderspach* conqueſtus eſt, quod *Alramus de Kambe* ſuam injuſtè gravaret Eccleſiam, vendicans ſibi, quæ nullo ei jure competebat ejusdem Cœnobii *Advocatiam*. Cumque nos, ait Imperator, eundem *Alramum Nirnberg* conveniremus actione injuriarum ſub frequentia principum in conſiſtorio dixit, ſe eandem *Advocatiam* nomine beneficii tenere ab *Ottone* Babenbergenſi Epiſcopo. Porro requiſitus ſuper hoc verbo prædictus Epiſcopus aſſeruit & legitimis teſtibus probavit in præſentia noſtra, quod *Advocatiam* hanc feodali jure ab *Alramo* eviciſſet, quoniam certum fuit, eum perperam uſurpaſſe. Cum itaque præfatum Monaſterium ab ejusdem *Alrami* injurioſa vendicatione

ſit

ſit exemptum, petitione præfati Epiſcopi conſtituimus, ut ſi placuerit Abbati Alderspacenſi defenſorem rerum ſuarum eligere, in perpetuum in optione ejus ſit cum conſilio Epiſcopi Babenbergenſis idoneam ſibi ad hoc onus invenire perſonam, quæ ſi forte ei gravis fuerit & moleſta libera ſit Abbati facultas alium eligendi, adhibito conſilio Epiſcopi. *Hund. Metrop. Salisburg. Tom. II. pag.* 62. *&c.*

Idem Abbas à *Philippo* ſecundo Romanorum Rege confirmationem obtinuit, quod juxta venerandam Ordinis Ciſtercienſis conſuetudinem licitum ſit ipſis, ſuper omnia bona Monaſterii ſui quemcunque voluerint, eligere defenſorem & eundem etiam procedente tempore, ſi forte idoneus & ipſis utilis non ſit, ab ipſa *Advocatia* removere. ibid. Conferatur quoque *l. c. pag.* 64. 65. *&c.*

§. 71.

Bertholdus Argentinenſis Epiſcopus compoſitionem inter Monaſterium Schwartzach ejusque Advocatos procurat. 1224.

Bertoldus Dei gratia Argentinenſis Epiſcopus Univerſis Chriſti fidelibus præ-

præſentem paginam intuentibus in perpetuum. Quamvis omnium negotiorum noſtre Dioceſis de die in diem emergencium & precipue Eccleſiaſticorum noſtra frequens & continua debeat eſſe ſollicitudo, proviſioni tamen illorum intendere ſpecialius aſtringimur, que circa illos verſantur, quos in divinis obſequiis & regulari obſervantia agnoſcimus ſtudioſius deſudare. Inde eſt, quod antiqua Abbatis de *Schwarzahe* & Conventus ſui gravi & enormi *Advocatorum* ejusdem eccleſie perſecutione diligenter inſpecta ac ſuper eadem apud Nos & anteceſſores noſtros lacrimabilibus queremoniis frequentius iterata tandem ut malitiis & inſolentie predicte poſſemus efficaciter obviare, clamoribusque fratrum ibidem famulantium quoquomodo ſatisfacere, taliter inter Abbatem & fratres ſuos & memoratos eorum *Advocatos* pacem & concordiam ſub hac forma compoſitionis ſtuduimus reformare: quod quibusdam ablatis Abbati & fratribus reſtitutis, iidem *Advocati* coram Nobis firmiter & publice promiſerunt, quod nunquam vel per ſe vel per aliquem ſuorum talia deinceps predicto Cenobio

bio in rebus vel perſonis dampna vel gravamina inferrent, unde materia querimonie vel diſcordie ex rationabili cauſa contra eos poſſit aliquatenus exoriri. Forma autem compoſitionis hec eſt, Sculteti ipſius clauſtri cum ſuis Officiatis qui vulgo dicuntur, vorſtere, zinsmeſtere, büteli, wercmeiſtere & naute clauſtri, ſervientes cenobii, choci, piſtores, molendinarii, ortulani, ſervi agrorum, bubulci, ſubulci & ſi qui ſunt ad annum precio conducti ab omni *Advocatorum* obſequio debent eſſe liberi. Miniſteriales etiam Sancti *Petri*, *Cunradus Cnoſp* & ſui complices cum eorum coheredibus & alii feodati ſimiliter debent eſſe liberi. Cultores etiam curiarum ubicunque locorum reſidentes ſint, predictis *Advocatis* niſi voluntarie ſervire non tenentur. Hominibus itaque clauſtri ad invicem nubere licebit. Si verò jam dictos *Advocatos* ſive eorum ſucceſſores in clauſtro hoſpitalitatem recipere contigerit, ita moderate recipere tenentur, ne Dominis exiſtant ingrati & brevis hora conſumat, quod longo tempore partum eſt. Omnem rtiam juſtitiam ſive judicia que memoeatum clauſtrum hactenus habuit, ſine di-

diminutione aliqua ſemper inpoſterum habebit, Si vero unus ſive omnes *Advocati* hanc compoſitionem quam coram Nobis fide data & pena ſubjuncta, omni dolo poſtpoſito firmiter ſervare promiſerunt per ſe vel per quempiam ſuorum infregerint, & per Priorem, Camerarium & Cellerarium & de *Stadilhoven*, de *Swarzahe*, & *Scherzheim* Scultetos, qui tunc pro tempore fuerint, diligenter commoniti non reſipuerint & ſatisfecerint, Abbate bis ſex culpam intimante & ſatisfactionem expectante, ad nos queſtionem deferent, & nos ſive noſtri ſucceſſores eos ad quatuor ebdomadas admonere tenemur, ut ab infeſtatione indebita deſiſtant, & clauſtro ſatisfaciant, qui ſi nec nos audierint & nobis obedire noluerint, ipſo facto excommunicati ſunt & publice denuntiabuntur, & tam Advocatia, quam omni jure, qui in malefacto contumaces fuerint, ſive unus, ſive duo, ſive omnes fuerint, protinus privabuntur, & Abbati qui nunc pro tempore fuerit, clauſtrum & Conventum cum omnibus ſuis appenditiis ad alium locum, qui tunc aptus fuerit, transferendi liberam & plenariam concedimus

ac damus libertatem. Volumus etiam & concedimus, quod literis Domini Pape & Domini *Cunradi* Apoſtolice Sedis Legati & noſtris tunc pro ſuis indigentiis utatur. Ut autem hec temporibus univerſis rata & inconvulſa permaneant, preſentem paginam ſigillo noſtro & Capituli Majoris & Civitatis noſtre ſigillis decrevimus ſollempniter communiri, ſubter interminatione divina beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* & noſtra firmiter inhibentes, ne quis hanc compoſitionem ab utrisque ſponte factam & ſine contradictione receptam auſu temerario violare preſumat, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem Dei omnipotentis & beatorum Apoſtolorum ejus *Petri* & *Pauli* & noſtram ſe noverit incurſurum. Teſtes hujus compoſitionis ſunt hi: Dominus *Reinhardus* Prepoſitus, *Berhtoldus* Decanus, *Fridericus* Cantor, *Ulricus* Scolaſticus, *Arnoldus* Camerarius, *Diethelmus* Dapifer, *Hermannus* Portarius, *Fridericus* et *Rutherus* Canonici. Nobilis vir *Berhtoldus* Comes de *Sultze* et Dominus *Eberhardus* de *Eberſtein* frater ejus *Cunradus* Spirenſis et Argentinenſis Canonicus. Miniſteriales noſtri

ſtri. *Stehellmus. Theodericus. Wernherus. Beger. Theodericus* Prefectus. *Albertus Cago. Wernhers Cago* junior. *Stehellmus* Cives. *Rudolffus* Scultetus. *Burchardus de Ehenheim. Erbo* quondam Judex. *Wezelo. Fridericus. Spendere* et *Heinricus* Camerarius et alii quam plures. Acta anno Domini M°CC°XXIIII°. Menſe *Decemb.* Sedem Apoſtolicam regente Domino *Honorio*, Pontificatus ejus anno VIII°. Regnante Sereniſſimo Imperatore *Friderico.* Hanc paginam ſcribente *Guntero* Presbitero. Sub Abbate de *Swarzahe Burchardo.* Et *Gerungo* Priore et *Alberto* Camerario. Et *Johanne* Cuſtode et *Advocatis de Windecke Berhtoldo* et *Albertho*, aſtantibus nobilibus Dominis *Heinrico* et *Ludevico* fratribus de *Lichtenberg* et Magiſtro Civium *Erbone* et conſulibus Argentine Civitatis. Et nobili viro *Heinrico de Diersperg* et fratre ejus *Walthero*, Domino *Reinhardo de Celle. Ex Deductione des cloſters Schwartzach an.* 1780. p. 23. *n.* 25.

§. 72.

An. MCCXXVII. *Sifridus* Archi-Episcopus Moguntinus in Synodo Moguntina super bonis Ecclesiarum *Advocaticiis* sic enuntiavit: — "Requisitum est a Nobis in Synodo Moguntina per sententiam generalem: Si *Advocatus* alicujus Ecclesiæ bona, in quibus ipse jus obtinet *Advocaciæ*, jure possit hœreditario possidere? Nos igitur Universorum qui ad sanctam Synodum convenerant, freti consilio, sententionando dicimus, quod nullus Laicorum in bonis Ecclesiasticis jus hœreditarium poterit optinere, in quibus ipse, ejusdem ecclesiæ extiterit *Advocatus*. Sententiam igitur coram Nobis in Synodo Moguntina latam et ab omnibus approbatam per Archiepiscopatum nostrum præcipimus inviolabiliter observari." *de Gudenus Tom. I.* p. 495.

§. 73.

An. MCCLXVII. *Rudolphus Comes Palatinus de Tubingen* resignat jus *Advocatiæ* Monasterii in *Blaubeurn* Ord. S. *Be-*

S. *Benedicti* et prohibet, ne alius ibi *Advocatus* conſtituatur.

Jdem *Rudolphus* eodem anno in recompenſationem damnorum dicto Monaſterio occaſione *Advocatiæ* illatorum multa jura in oppido *Blawbeürn* ipſis concedit. *Beſoldi Documenta rediviva Monaſteriorum præcipuorum in Ducatu Wirtenbergico ſitorum. pag.* 916. & 918.

An. 1448. wurde von *Ludwigen* Graven zu *Wirtenberg* ein revers und ordnung aufgeſtellt, wie es mit der *Caſtenvogtey* des cloſters *Blawbeurn* zu halten. Daſelbſt wird gemeldet, das das haus *Wirtenberg* und erben ewige und rechte *Caſtenvögte* beſagten cloſters aufgenommen ſeyen, welche verſprechen dieſes Gotshaus bey ſeinen alten freyheiten und gewonheiten, ſo es bei *Helffenſtein* gehabt, zu laſen auch deſſen getreuer Schirmer zu ſeyn. *Beſold l. c. p.* 940. *ſqp.*

§. 74.

An. MCCCCXVIII. Præerat familiæ Norbertinæ Rodenkirchensi *Advocati* titulo *Philippus* Comes Nassovio-Saræpontanus, sed sua abutens potestate oneri eidem erat sumtuique, nec, quamvis sœpè monitus, ab his se temperabat. Quæ res cum Cœnobitis gravissimæ esset ægrimoniæ, Abbas *Mathias Ludovicum* Comitem Palatinum *Rheni* Septemvirum sibi tutorem dari petiit à *Joanne* II. Archiep. Mog. Statutum enim veteri privilegio, si *Advocatus* ad claustri perniciem suas converteret partes, Moguntini tum esse, alium Cœnobio *Advocatum* constituere. En litteras *Joannis* Archiepiscopi, quæ plura continent:

Als myn Herre dem Apte von Rodenkirchen geben hait zu eynem Schirmer Herczog Ludwigen Phaltzgraven &c.

§. 75.

Wir *Johann* *) etc. bekennen und thun kunt allermenclich mit dieſem brieue wann wir von gotlicher vorſichtigunge darzu geſchicket und geſatzt ſin, beſwerten Luden und die verunrecht werden zu hilff und troſte zu kommen, und jne Vetterlichen fur zu ſin des geordenten und geyſtlichen luden ſunderlichen den die Gote zu dienen ergeben ſin, aller nodeſt iſt ſie mildiglichen zu ſchuren und ſchirmen off daſs ſie in fredelichem leben dem almechtigen Gode unſerm Schepfer deſte fliſſiger und beqwuemlicher gedienen und yn loblichen angeruffen mogen des haben wir angeſehen und jnnerlichen bedracht das ſoliches ſchirmes und hilffe dem geyſtlichen *Mathias* Apte und Convent zu *Rodenkirchen* und dem ſelben Cloſter Ordens von Præmonſtrat. Die groſslichen beſweret werden vaiſt noit iſt, und want nu das ſelbe cloſter *Rodenkirchen* alſo geſtifftet gefryet und

*) *Joannes* II. *comes de Naſſau Romæ* obtinuit Archiepiſcopatum contra *Godefridum de Leiningen* an. MCCCXCVII. obiit an. MCCCCXIX.

privilegieret ist, als wir das in yren breuen clerlichen gesehen und erfunden hain, ob sie ire faud und schirmer verunrechtet und beswerет und sie nit schuret, das dann ein Ertzbischoff von *Mentze* der zu zyten ist, dem obgenanten closter eynen andern Faud und Schirmer geben und machen sal und mag. Nu hait der obgenante Apt *Mathias* uns mit clage dicke furbracht, wie der Edel *Philips* Greue zu *Nassauwe* und zu *Sarbrucken* unser lieber vetter und getruwer der des obgenanten closters Faud und Schirmer sin solte, yne und sine closter swerlichen bedrange verunrechte und beswere, in mancher hande wyse und besunder das er mit werntlichen gerichten, uff das Closters gude lasse clagen, widder geystlich und pheffliche fryheit und widder unsers geistlichen gerichts verbott, darumb wir dem obgenanten unserm vettern zu me malen haben lassen schriben das abe zu thun das doch nit geholffen hait, und herumb und uff daz daz obgenante closter nit so gar verderplichen gemacht sunder geschuret geschirmet und by rechte gehanthabet werde, so haben wir dem hochgeborn Fursten Herrn

Lu-

Ludewigen Phaltzgrauen etc. unſern lieben oheim, den der obgenant Apte geheiſchen und begert hait, des obgenanten cloſters zu *Rodenkirchen* Schirmer und Faude gemachet, und geben ſetzen und machen yne und ſine erben Phaltzgreven by *Rine* alſo Faude und Schirmer des obgenanten cloſters in crafft diſs brieffs yne fliſſiglichen bittende, das er Gott und ſiner lieben Muter zu lobe und ere ſich des anneme und uſsrichte nach dem das Cloſter gefrihet und geſtifftet iſt, und es getruwelichen ſchure ſchirme und hanthabe und yme das fruntlichen beuohlen laſſen ſin, Doch ſo nemen wir jn dieſen ſachen uſs und behalten uns unſern nachkomen und unſerm Stiffte zu *Mentze* unſer rechte fryheyd und gewonheit ane alle geuerde, Des zu urkund iſt unſer Jngeſigel an dieſen brieff gehangen. Datum *Erenſtein* jn die Sanctorum *Mauricii* et Sociorum ejus Martirum. (22. *Sept.*) Anno Domini MCCCCXVIII.

CHAR-

CHARTÆ

MONASTERII UTERINÆ VALLIS RESIDUÆ. *)

*) Iteratis bonorum hujus Monasterii possessorum votis ut faceremus satis, eo lubentius annuimus, ut ritus ineundi contractus & standi in judiciis magis innotesceret, familiarum priorum seculorum memoria retineretur & notitia Geographica medii ævi aliqualem reciperet lucem.

CCXIII.

Littere super resignacione bonorum in Clein Vischelingen Johannis filii Kunonis de Kirwilre. 1316.

Noverint universi presencium inspectores, quod constitutus coram Nobis in jure sub anno Domini M°CCC°XVI°. Sabbato ante Purificationem beate Virginis proximo (30. Jan.) *Joannes Armiger* filius *Kunonis de Kirwilre militis* vendicionem omnium bonorum per prefatum *Kunonem* patrem suum Abbati et Conventui Monasterii *Uterine Vallis* venditorum scilicet agrorum campestrium, pratorum, domus et aree, que quondam fuerunt *Erphonis de Wingar-*

garten militis in villa et terminis ville *cleine Vischelingen* sitorum pro sexcentis et quinque libris hall. dicto *Kunoni* patri suo numeratis et solutis ac in usus tam ipsius *Kunonis* quam etiam *Johannis* prefati conversis ratificavit, approbavit, ipsamque ratam et gratam inviolabiliter habere promisit juxta tenorem litterarum nostre Civitatis sigillo sigillatarum super dicta vendicione per dictum *Kunonem* factam consensu sororis dicti *Johannis Algente* nomine accedente desuper confectarum, Renuncians quoad premissa pro se suisque successoribus universis, excepcionibus doli mali etc. *) In quorum omnium testimonium sigillum nostrum ad rogatum dicti *Johannis* duximus presentibus appendendum. Datum anno Domini et Sabbato prenotatis.

*) Insertæ sunt clausulæ usque ad verbum *circumscriptis* ut in Charta 22. Febr. 1310.

CCXIV.

Littere super unum cum dimidio jugere vinearum ex parte sororis Domini Johannis *de Cornu.* 1316.

Judices Curie Spirensis. Noverint presencium inspectores, quod in figura ju-

judicii coram Nobis conſtituti *Wigandus* de *Didensheim* et *Demudis* filia quondam *Bothram* uxor ejus legitima anno Domini M°CCC°XVI°. feria tertia poſt diem beati *Barnabe* Apoſtoli (15. Junii) vendiderunt tradiderunt et reſignarunt et communicata manu ſe juſto venditionis titulo vendidiſſe, tradidiſſe et reſignaſſe preſentibus publicè recognoſcunt Religioſis viris Domino Abbati et Conventui Monaſterii in *Uzerſtal* unum cum dimidio jugera vinearum ſita in terminis dicte ville *Didensheim* in loco dicto *an der Winbach* juxta alterum dimidium jugera Monachorum predictorum cenſualia honorandis viris Decano et Capitulo Eccleſie Spirenſis ut aſſerebant in dimidia ama vini pro decem et novem libris hallenſium bonorum et legalium ipſis conjugibus ut profitebantur ab eisdem Monachis numeratis traditis et ſolutis et converſis in eorum utilitatem evidentem ad habendum, tenendum et poſſidendum easdem vineas deinceps et cum eisdem pro ſue libito voluntatis ordinandum et diſponendum, promittentes warandiam facere debitam de eisdem, et easdem vineas ab omni alio cenſu, quam pre-

predicitur abſolvere et liberare. Renunciantes pro ſe et heredibus ſuis exceptioni non numerate pecunie, non ſolute, exceptioni doli mali, actioni in factum, beneficio reſtitutionis in integrum et quo deceptis ultra dimidium juſti precii ſubvenitur, ac omni alio auxilio juris Canonici et Civilis, conſuetudinarii vel ſtatuti et omnibus aliis exceptionibus et defenſionibus juris et facti et ſi de eis omnibus deberet fieri mentio ſpecialis quo vel quibus ipſi conjuges vel eorum heredes venire poſſent contra premiſſa quoquo modo. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum duximus litteris preſentibus appendendum. Actum anno et die prenotatis.

CCXV.

Littere ſuper tribus maldris ſiliginis ex parte dicti Reſsche de Ottersheim. 1316.

Nos Judices Curie Spirenſis recognoſcimus et ad Univerſorum noticiam volumus pervenire, quod conſtitutus coram Nobis in jure ſub anno Domini M°CCC°XVI°. feria tertia ante diem beati *Luurencii* Martiris (3. Aug.)

Cun-

Cunradus dictus *Mebrot* Civis ſpirenſis recognovit pro ſe ſuisque heredibus preſentibus publice recognoſcit, ſe racione legati per quondam *Reſsche* armigerum de *Ottersheim* ſororium ejusdem *Cunradi* religioſis viris Abbati et Conventui *Uterine Vallis* facti, videlicet in tribus maldris ſiliginis annue penſionis ſolvendis ſuper omnibus bonis ejusdem armigeri, in quibus idem *Cunradus* eidem ſororio ſuo ſe aſſeruit ſucceſſiſſe teneri et ſolvere debere Abbati et Conventui predictis penſionem annuam trium maldrorum ſiliginis bone et legalis annis ſingulis in Nativitate beate Virginis et preſentare eisdem in Civitate ſpirenſi ante quamcunque domum voluerint ſuis et ſuorum heredum periculis, laboribus et expenſis occaſione qualibet non obſtante. Ut autem Abbas et Conventus predicti in ſolucione prefate penſionis cerciores exiſtant, præfatus *C.* ipſis domum ſuam cum ejus pertinenciis, quam inhabitat, ſitam ex oppoſito domus *Henlini* dicti *Klobelauch* in vico dicto *Seumergazen* juxta jus et conſuetudinem Civitatis ſpirenſis titulo ſubpignoris legittime obligavit, hoc adjecto, quod prefatus *C.* aut

aut ejus heredes pensionem predictam cum decem & octo libris hall. quandocunque voluerint, reemendi habebunt liberam facultatem, ipsisque decem & octo libris persolutis, idem *C.* & sui heredes á solucione dicte pensionis erunt perpetuo penitus absoluti. Renunciavit quoque prefatus *C.* quo ad premissa omnibus & singulis excepcionibus & defensionibus juris Canonici & Civilis quibus ad veniendum contra premissa suffragari posset, quomodolibet aut juvari in judicio vel extra, publice vel occulte, dolo & fraude penitus circumscriptis. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini & die prenotatis.

CCXVI.

Littere super unam libram hallensium ad pytanciam. 1316.

Noverint Universi presencium Inspectores, quod coram Nobis judicibus Curie spirensis sub anno Domini M°CCC°XVI°. feria quarta post *Remigii* (6. Oct.) constituti *Sigulo* dictus *Haunbecher* de *Franckewilre* & *Me-*

thildis uxor ejus legittima, communicata manu vendiderunt, resignarunt ac se vendidisse justo vendicionis titulo & ressignasse presentibus publice recognoscunt religiosis viris Abbati & Conventui *Uterine Vallis* Ord. Cyst. nostre Dyoc. censum annuum & perpetuum unius libre hall. legalium & bonorum dandum & presentandum ac solvendum singulis annis in die beati *Martini* hyemalis eisdem Abbati & Conventui ad Monasterium eorum in *Uzerstale* grandine, exercitu, sterilitate terre, incendio, rapina aut quovis alio casu infortuito non obstante pro duodecim libris hall. ipsis conjugibus traditis & solutis necnon in ipsorum usus conversis, prout publice sunt confessi, Ut autem dicti Abbas & Conventus in solucione & presentacione dicti census cerciores existant, iidem conjuges novem jugera agrorum campestrium sita in terminis ville *Franckenwilre* in deme *Eselbaume*, Item unum juger prati situm *amme heinehe*, It. dimidium juger prati situm *amme Geren*, de quibus bonis dantur solummodo sex hallenses censuales videlicet, quatuor hallenses dantur de novem jugeribus predictis annis singulis
in

in die beati *Nycolai* Episcopi ad Ecclesiam dicte ville *Franckenwilre*, & duo hallenses de jugere prati predicti singulis annis in die beati *Martini* Episcopi *Henrico* dicti *Bender* de *Frankenwilre* & suis heredibus secundum consuetudinem terre titulo pignoris legittime obligarunt, hac videlicet condicione adjecta, quod si iidem conjuges aut sui heredes in solucione & presentacione dicti census annorum aliquo neglientes fuerint aut remissi, ex tunc dicti Abbas & Conventus predicta bona subpignorata judicio seculari ville *Frankenwilre* secundum consuetudinem terre ibidem tollere poterunt & conviscare suis usibus perpetue applicando, conrradictione dictorum conjugum & suorum heredum qualibet non obstante. Renunciaverunt quoque prefati conthorales pro se & eorum heredibus excepcioni non numerate &c. (clausulæ sequuntur.). quoquomodo. In cujus rei testimonium sigillum curie nostre duximus presentibus appendendum. Actum & Datum anno & die prenotatis.

CCXVII.

Littere ſuper domum in vico Omnium Sanctorum. 1316.

Judices Curie Spirenſis. Noverint Univerſi preſencium inſpectores, quod coram Nobis conſtitutus anno Domini M°CCC°XVI°. feria quarta poſt diem beati *Dyoniſii* (6. Oct.) *Heinricus* Sacerdos quondam plebanus altaris ſancte Crucis in Eccleſia Sancte Trinitatis ibidem omni juri & actioni ſibi ſuisque heredibus ſuper locacione domus per ipſum *H.* ſuo necnon *Katherine* & *Margarete* ſororum ſuarum defunctarum nomine erga religioſos viros Abbatem & Conventum Monaſterii *Uterine Vallis* quondam conducte ſite juxta domum Domine dicte *Jemererin* ex una & domum Domine *de Linckenheim* ex parte altera in vico *Omnium Sanctorum*, competentibus aut competituris inpoſterum vel ad preſens renunciavit ſimpliciter & in toto, eandem domum cum jure ſibi in eadem ſibi competenti liberè reſignando & renunciavit, quo ad premiſſa omnibus & ſingulis excepcionibus & defenſionibus juris Canonici &

Ci-

Civilis, consuetudinis et statuti, quibus ad veniendum contra premissa renunciacionem suffragari possent quomodolibet aut juvari in judicio vel extra publice vel occulte, dolo et fraude penitus circumscriptis. In cujus renunciacionis testimonium, Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno et die prenotatis.

CCXVIII.

Littere super X. solidos hallensium.
1317.

Noverint universi presencium inspectores, quod coram Nobis judicibus Curie spirensis constituta sub anno Domini M° CCC° XVII°. Sabbato ante diem Sancti *Petri ad Vincula Elizabeth* relicta quondam *Waltherin* dicti *Brunnig* civis spirensis Begina mota pio ac naturali affectu, quo fratrem *Heinricum* dictum *Rode* de Ordine Fratrum Cistercienfium Monasterii *Uterine Vallis*, prosecuta est, ut asserit, eidem fratri *Heinrico* in specialem necessitatem vite sue census annuos et perpetuos X. solid. hall. quos habet, ut asserit, super domo dicti *Fritag* Cerdonis

ſpirenſis ſita in Civitate ſpirenſi in vico Cerdonum ex oppoſito domus dicti *Grubeln* ſolvendos, videlicet pro dimidia parte in die beati *Georii* et pro reliqua parte in die Nativitatis beate Virginis ſingulis annis ſecundum conſuetudinem Civitatis ſpirenſis pro remedio anime ſue et ſuorum progenitorum donacione inter vivos irrevocabili et perpetue valitura dedit, tradidit et libere reſignavit ac in ipſum fratrem *Heinricum* transtulit omni eo jure et modo, quibus melius valere poteſt, hoc etiam condicto et adjecto, quod dicti cenſus ipſo fratre *Heinrico* de medio ſublato, ad officium ſeu officia, ad quod ſeu que ipſe Fr. *Heinricus* pro remedio anime ſue et dicte *Elizabeth* dicti Monaſterii *Uterine Vallis* duxerit deputandos, perpetue devolvantur et pertinebunt, promittens dictas donacionem et reſignacionem per fidem loco juramenti eorum nobis preſtitam, gratam, ratam atque firmam inviolabiliter obſervare, nec contra eas venire in judicio vel extra aliqua arte vel ingenio quoquo modo, dolo et fraude penitus circumſcriptis. In quorum omnium teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum.

ſum. Actum et Datum anno Domini et die prenotatis.

Anno Domini M.CCC.XVII. — Littere ſuper IIII. jugera agrorum in *Mulnhuſen*. l. c. p. 295.

CCXIX.

Littere ſuper eliberatione unius ame vini de predictis vineis (vid. an. MCCCXII in vigilia beati Bartholomei).

1318.

Noverint univerſi preſencium inſpectores, quod coram Nobis Judicibus Curie ſpirenſis in jure conſtituti ſub anno Domini M°CCC°XVIII°. feria quinta poſt *Agnetis* (26. Jan.) *Herburdus* de *Mudterſtat* et *Guda* uxor ejus legitima conjuges Cives ſpirenſes communicata manu vendiderunt et reſignaverunt ac ſe vendidiſſe et reſignaſſe preſentibus publice recognoſcunt diſcreto viro Magiſtro *Walthero* Phyſico ſpirenſi et ejus heredibus precariam unius ame vini, quam dicti conjuges ſuper duobus jugeribus vinearum dicti Magiſtri *Waltheri* ſitis in terminis ville *Didensheim* in loco dicto *in den Heigern* hactenus habuerunt et ab ipſo Magiſtro *Walthe-*

ro percipere consueverunt pro quinque cum dimidia libris hallensium bonorum et legalium dictis conjugibus per prefatum Magistrum *Waltherum* numeratis integraliter et solutis, sicut coram Nobis publice sunt confessi, pronunciantes, facientes et referentes pro se et suis heredibus universis, prefatum Magistrum *Waltherum* et ejus heredes ac vineas predictas à precaria prefata perpetuo penitus absolutos, renunciantes quo ad hoc exceptioni doli mali *) etc. In quorum omnium testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et Datum anno Domini et die prenotatis.

*) Clausulæ eædem sequuntur usque ad verbum *circumscriptis*. sicut in Charta M°CCC° decimo feria quarta proxima post Dominicam, qua cantatur: *Misericordia Domini*.

CCXX.

Littere super IIII. libras hall. in Meinkeimer. 1318.

Judices Curie Spirensis. Noverint Universi presencium inspectores, quod constitutus coram Nobis in figura judicii *Petrus* de *Kyrwilre* Sacerdos filius

lius quondam *Alradi* Anno Domini M°CCC°XVIII°. feria tercia post Dominicam, qua cantatur *invocavit* (14. Mart.) ob remedium anime sue et suorum progenitorum et ut ejus memoria proinde perpetuo habeatur dedit et legavit Abbati et Conventui Monasterii in *Uzerstal* Cyst. Ord. censum quatuor librarum hall. infra scriptum, que habere se asserit super bonis infra scriptis, primo videlicet sedecim uncias cum dimidia hall. in *Meinkeimer* de uno jugero et dimidio pratorum bonorum principalium et subpignoribus, videlicet una vinea et Curia adjacente, que *Emercho* ibidem dicitur possidere. Item duas cum dimidia uncias de uno quartale prati siti *an deme Slosse* juxta *Merkelinum de Frisenheim*. It. duas libras et quinque uncias de duobus jugeribus vinearum sitis *an der Huben* juxta dictam *Bruntzin*. It. de uno jugere sito *uf der heiden* apud *Johannem militem de Veningen*. It. uno jugere ibidem dicto *under der muren*. Ut ipsi Abbas et Conventus post ejus obitum perpetuo eundem censum percipiant et eo pro refectione sive pro pytancia utantur in Die anniversarii sui contradictio-

 ne

ne qualibet non obſtante, conſtituens ſe nomine eorundem Abbatis & Conventus eundem cenſum, quamdiu vixerit duntaxat percipere. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum duximus preſentibus appendendum. Datum & Actum anno Domini & die ſupradictis.

CCXXI.

Littere Judicum Spirenſium ſuper aque ductu & ripa ad molendinum.
1318.

Cum ea que geruntur in tempore, proceſſu temporis evaneſcunt, neceſſe eſt eadem in perpetuam memoriam litterarum teſtimonio perhennari. Nos igitur Judices Curie Spirenſis ad Univerſorum tam preſencium quam futurorum noticiam volumus pervenire preſentibus publice profitentes, quod conſtituti coram Nobis in jure ſcultetus, jurati, hubarii ac tota Univerſitas ville *Lengenvelt*, penſata ejusdem ville utilitate evidenti, pro ſe ſuisque poſteris et ſucceſſoribus univerſis religioſis viris Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* aut eorum procuratoribus dederunt & donaverunt ac ſe dediſſe & do-

donasse presentibus publice recognoscunt auctoritatem & plenam ac liberam potestatem, ripam transeuntem villam *Lingenvelt* cum suo fluxu & aque ductu versus curiam seu grangiam dictorum Abbatis & Conventus dictam *Metersheim* & ad dictam curiam deducendi & transitum perpetuum faciendi, ut ipsi Abbas & Conventus & eorum successores seu incole dictam curiam inhabitantes, dicta ripa ejus fluxu & aque ductu cum omnibus commodis & utilitatibus exinde provenientibus perpetuo utantur & fruantur, suum commodum, profectum & utilitatem per fluxum ejusdem ripe, prout ipsum expedire videbitur, procurando, propter quod dicti Abbas & Conventus in recompensam premissorum predictis sculteto, juratis, hubariis & universitati precariam annuam & perpetuam XVII. talentorum olei dandam per fabrum ibi & ejus sororem ad Ecclesiam dicte ville *Lingenvelt* donacione irrevocabili & perpetua donaverunt. Renunciaverunt quoque partes hinc inde quo ad premissa omnia & singula omnibus excepcionibus & defensionibus juris vel facti, consuetudinis vel statuti, quibus ad veniendum con-

contra premiſſa ſuffragari poſſent quomodolibet aut juvari, in judicio vel extra, publice vel occulte, dolo vel fraude penitus circumſcriptis, ad quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini M°CCC°XVIII°. Craſtino Annunciacionis beate Virginis. (26. Martii.)

CCXXII.

Littere ſuper V. libras ex parte Lucgardis. 1318.

Noverint univerſi preſencium inſpectores, quod coram Nobis judicibus Curie ſpirenſis in jure conſtituti *C.* dictus *Byeger* civis ſpirenſis & *Margareta* uxor ejus legitima, conjuges, prefatus *C.* ſponte & libera voluntate ſuper univerſis & ſingulis bonis & rebus ſuis mobilibus & immobilibus, groſſis & parvis, queſitis & non queſitis ubicunque locorum ſitis vel exiſtentibus quocunque nomine cenſeantur, que ad preſens habent aut inpoſterum acquirent eidem *Margarete* uxori ſue dedit & tradidit, nec non dediſſe & tradidiſſe preſentibus publice recognoſcit plenam & liberam poteſtatem alienandi, vendendi, mu-

mutandi, contrahendi, resignandi, dandi, conferendi, confitendi, obligandi, ypothecandi, recipiendi, quitandi, debitores aut alios quoscunque absolvendi & absolutos nunciandi, nec non agendi, impetendi, conveniendi quoscunque ac omnia & singula alia faciendi tam in vita, quam post mortem ejusdem *C.* que ipsi *Margarethe* expedire videbuntur, ratum, gratum & firmum ex nunc habiturus, quidquid dicta *Margareta* super eisdem bonis omnibus & singulis duxerit faciendum, hoc adjecto, quod si ipsa *Mar.* eidem *C.* premoriatur, ex tunc potestas sibi *Margarete* tradita ad ipsum *C.* libere revertetur. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum & Datum Anno Domini M°CCC°XVIII°. feria quinta post *Georgii* Martiris (27. Apr.)

Anno Domini M. CCC. XVIII. — Littere super partem Monialium *ultra lutum leporis* in estuario, quam eciam comparavimus. l. c. p. 297.

CCXXIII.

CCXXIII.

Littere donacionis bonorum in Mulhusen, Gotramstein, Franckenwilre & in Landowe. 1318.

Nos Judices Curie Spirensis in perpetuam rei memoriam, ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod constituta coram nobis in jure sub anno Domini M°CCC°XVIII°. crastino beati *Galli* conf. (17. Oct.) honesta matrona *Drutlindis* relicta olim *Cunradi* dicti *Starke* de *Wielenstein* Coloni Abbatis et Conventus Monasterii *Uterine Vallis* in *Mulhusen* cessionem & donacionem omnium bonorum mobilium & immobilium, quocunque nomine censeantur, eisdem Abbati & Conventui per quondam *Cunradum* maritum suum & ipsam *Drutlindim* communicata manu irrevocabiliter cessorum & donatorum coram Nobis sicut in litteris super hoc confectis plenius continetur, *) ratificavit, approbavit nec non ratam et gratam promisit perpetuo inviolabiliter observare, donans nichilominus et cedens donacionem inter

*) Vid. supra ad an. 1306. 21. Febr.

ter vivos irrevocabiliter penitus et perpetuo valituram Abbati et Conventui predictis coram Nobis presentibus triginta quatuor jugera agrorum et quinque quartalia pratorum sita in terminis ville *Mulnhusen*, pensionem annuam octo maldrorum siliginis dandam in *Gotramestein*, Item census trium librarum hall. duas in *Frankenwilre* et unam in *Landowe* cum censu unius urne olei solvendam in *Frankenwilre* et domum suam sitam in *Landowe* contiguam curie Abbatis et Conventus predictorum ac omnia et singula bona sua mobilia et immobilia, quesita et non quesita grossa et parva, ubicunque sita quocunque nomine censeantur, que ad presens habet aut inposterum fuerit habitura transferens ex nunc in ipsos Abbatem et Conventum possessionem, jus, dominium et proprietatem bonorum predictorum omni jure et modo quibus melius valere potest et sicut ipsa eadem bona actenus tenuit et possedit, promittens fideliter premissa omnia inviolabiliter observare, renuncians quo ad hoc omnibus et singulis excepcionibus etc. (cum aliis clausulis) In quorum omnium testimonium Sigillum nostrum pre-

presentibus est appensum. Actum et Datum anno Domini et die prenotatis.

CCXXIV.

Littere super XXV. solid. hall. ex parte Lucgardis. 1318.

Nos Officialis Domini Prepositi spirensis constare cupimus presencium inspectoribus universis, quod coram Nobis constitutus discretus vir *Otdo* dictus *Schetzeln* prebendarius Ecclesie spirensis domum suam, ut asserit, sitam in civitate spirensi ex uno latere juxta domum *Heilmanni*, fabri civis spirensis et ex alio latere juxta domum *H. de Landowe* prebendarii ecclesie spirensis ex opposito domorum *Reinhardi* prebendarii ecclesie spirensis predicte et plebani Sancti *Petri* spirensis locavit justo locationis titulo ac se locasse presentibus publice recognoscit in perpetuam emphiteosim seu jure hereditario *Cunrado* dicto *Burhoch* procuratori curie spirensis presenti sibi et suis heredibus conducenti pro censu annuo triginta solidorum hall. hijs terminis singulis annis ipsi *Otdoni* aut illi vel illis, cui vel quibus ipsum censum dederit, lega-

legaverit aut aliter deputaverit ſolvendo videlicet quolibet feſto quatuor temporum VIII ſolidos hall. juxta jus et conſuetudinem Civitatis ſpirenſis, transferens nichilominus idem *Otdo* in ipſum *C.* et ſuos heredes Univerſos dominium, jus et proprietatem ipſius domus omni eo modo et jure quibus melius valere poteſt in modum antedictum. Promiſit inſuper idem *C.* ipſam domum in debitis edificiis conſervare prout fuit tempore locacionis ſue facte penitus ſine fraude. Renunciavit quoque idem *Otdo* omnibus excepcionibus et defenſionibus juris Canonici et Civilis, quibus ad veniendum contra premiſſa vel aliquod eorum ſuffragari poſſet quomodolibet aut juvari in judicio vel extra, publice vel occulte, arte vel ingenio quoquo modo. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini M°CCC°XVIII°. feria quinta ante *Katherine* virginis (23. Nov.)

CCXXV.

CCXXV.

Littere ſuper II. maldra ſiliginis in Oedesheim, ad pytanciam. 1318.

Notum ſit preſencium inſpectoribus Univerſis, quod Ego *Volkerus* dictus *Spies* et *Bibelmannus* filius ejusdem de *Odensheim* pro nobis et noſtris heredibus vendidimus ac juſto vendicionis titulo vendidiſſe recognoſcimus per preſentes dicte *Burgeln* filie olim *Fritzonis* ligatoris aut perſonis, quibus ipſam infraſcriptam penſionem duxerit deputandam penſionem annuam et perpetuam duorum maldrorum ſiliginis dandam et preſentandam eidem *Burgeline* aut perſonis quibus ipſa eam deputaverit annis ſingulis in Nativitate beate Virginis in Civitatem *Landau* in quamcunque domum voluerit noſtris periculis, laboribus et expenſis occaſione qualibet non obſtante pro duodecim libris hallenſium legalium et bonorum Nobis numeratis integraliter et ſolutis, Ut autem eadem *Burgelina* et ejus ſucceſſores in ſolucione dicte penſionis cerciores exiſtant, nos ipſis bona noſtra infraſcripta ſita in terminis ville *Odins-heim*

heim, primo videlicet II jugera prato-
rum *in der alten wiſen* apud *Walthe-
rum de Schiverſtat*. Item I juger pra-
ti ibid. Item I juger prati tendens ad
pratum *Ulrici de Knuthelsheim*. It.
I. juger pratorum in *Frickenwiſen* apud
Stephanum piſtorem, unum juger agro-
rum in *Luzelbach* apud dotem Eccle-
ſie. It. I. juger agrorum tendens ad vi-
neas in *Luzelbabh* apud *Ulricum mili-
tem de Knuttilsheim* et I. juger apud
vineas *Hertelmanni* et II. jugera apud
dictum *Leitrethe* titulo ſubpignoris ob-
ligavimus et preſentibus obligamus tali
condicione, quod ſi nos aut noſtri here-
des aliquo annorum in ſolucione dicte
penſionis negligentes fuerimus aut re-
miſſi, ex tunc dicti *Burgelina* aut ejus
ſucceſſores bona predicta tollere, con-
fiſcare et ſecundum terre conſuetudi-
nem ſibi attrahere poterunt et debe-
bunt, eaque ſuis uſibus applicare con-
tradictione qualibet non obſtante, Hoc
adjecto, quod ſi nos aut noſtri heredes
penſionem predictam infra decem an-
nos ex nunc ſequentes et non ultra ſu-
per bonis equivalentibus infra miliare
a villa *Odesheim* ſitis comparaverimus
et eidem *Burgeline* et ejus ſucceſſori-

bus, quibus ipſa voluerit, deputaverimus in modum predictum perſolvendam, ex tunc bona noſtra predicta erunt perpetuo penitus abſoluta. Teſtes autem premiſſorum ſunt, hy videlicet: *Ulricus de Knuttelsheim* & *Eberhardus de Lachen milites*, *C. Atzenhuſer* advocatus, nec non ſcultetus & jurati in *Odesheim*, coram quibus premiſſa vendicio eſt celebrata, *Stephanus* piſtor, *Johannes Kether*, *C.* piſtor, *Wernherus* & *Lipmannus de Iſenmenger* & plures alii fide digni. In quorum omnium teſtimonium Sigilla diſcretorum virorum Decani in *Weſtheim* & Camerarii in *Nuzdorf* ad preces noſtras preſentibus ſunt appenſa. Nos quoque Decanus in *Weſtheim* & *Fridericus* Camerarius in *Nuzdorf* Sigilla noſtra ad rogatum *Volkeri* & *Sibelmanni* predictorum duximus preſentibus appendenda. Actum & Datum Anno Domini M°CCC°XVIII°.

CCXXVI.

CCXXVI.

Littere donacionis super III. libris, IIII. solidis, II. hallensibus in Landowe & X. solidis in Albeswilre.

1319.

Nos Consules ac Universi Cives in *Landowe* tenore presencium ad noticiam universorum cupimus pervenire, quod constituti coram Nobis *Bertoldus* dictus *Croner* & *Adelheidis* conjuges legitimi nostri concives voce publica confessi sunt, se dedisse donacione inter vivos & assignasse tres libras hall quatuordecim solidos & duos hallenses redituum in puram & simplicem elemosinam in memoriam animarum suarum ac omnium parentum eorum Viris religiosis Domino Abbati & Conventui Monasterii *Uterine Vallis*, volentes ut de dictis redditibus post obitum eorum in die anniversarii ipsorum in piscibus vel in aliis cibariis solaciosis conventui ministretur, quod si non fieret, ad hospitale nostre civitatis anno sequenti immediate tantummodo predicti redditus transferrentur, hos autem redditus non licebit Monasterio vendere vel ab eo alie-

alienare in quacunque neceſſitate, quod ſi fieret, ad prediĉtum hoſpitale perpetuo devolventur, bona eciam de quibus prefati religioſi debent accipere redditus nomine ypotece ſpecificaverunt ſcilicet duas libras hall. de domo dicta *zume Sterren*, ſuper quam domum *Johannes* filius quondam *Petri* habet decem ſolidos perpetuorum reddituum & eſt primus cenſus. It. unam libram, duas uncias & decem hallenſes de area ſita in ſuperiori parte curie dicti *Burnheimer*, que quondam fuit dicti *Leners*. It. decem ſolidos de duali vinee ſito in terminis ville *Albrethswilre* tendente *unden an den Eiger morgen* monachorum. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtre civitatis ad preces predictorum conjugum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini M°CCC°XIX°. feria tercia poſt Epiphaniam (9. Jan.).

CCXXVII.

Littere donacionis bonorum in Frankenwilre. 1319.

Noverint Univerſi preſencium inſpectores, quod coram Nobis Judicibus Curie ſpirenſis in jure ſub anno Domini

ni M°CCC°XIX°. feria ſexta ante *Oculi* (9. Martii) conſtituta honeſta matrona *Metza* olim begina filia *Cuntzelmani* de *Franckenwilre* mota pio affectu, quem erga religioſos viros Abbatem & Conventum Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Ciſt. gerere ſe aſſeruit, eisdem Abbati & Conventui omnia & ſingula bona ſua mobilia & immobilia, que ad preſens habet aut inpoſterum acquiret, ubicunque ſita, queſita & non queſita donacione inter vivos irrevocabili penitus & perpetuo valitura ceſſit, dedit & libere reſignavit, ita quod eadem bona ad officium Cellerarie ejusdem Monaſterii debeant pertinere, ut ob inde ipſius *Metze* anniverſarium & memoria perpetuo peragatur, hoc excepto, quod dicta *Metza* in articulo mortis de bonis ſuis mobilibus viginti libras hall. cuicunque voluerit, legandi habebit liberam poteſtatem. Inſuper conſtitutus coram Nobis anno & die predictis religioſus vir *Heinricus* Abbas predictus bona predicta ſic donata & reſignata eidem *Metze* locavit & conceſſit, quamdiu ipſa vixerit, jure emphitetico poſſidenda, pro cenſu annuo quinque ſolidorum hall. dictis Abbati & Conventui

 an-

annis ſingulis in feſto beati *Martini* ſolvendo & ad officium Cellerarie convertendo, occaſione qualibet non obſtante. Situs verò bonorum immobilium predictorum talis eſt, primo videlicet III. jugera agrorum apud *Sygelonem* dictum *de Hambach* in loco dicto *ame Esbuhel*. Item dimidium juger tendens *uf die Heimbach*, juxta *Cunradum* dictum *haun*, Item *uf der höhe* III apud dotem Eccleſie. It. dimidium juger juxta *Volkerum* fratrem ſuum. Item in campo verſus *Gotrameſtein* unum juger agri juxta Dominam dictam *Richiln de Spira*. Item unum juger *an dem dornbuſche* juxta *H. militem de Gotrameſtein*. It. dimidium juger agri *ein anewender* juxta pratum dictum *Gemeine wiſe*, ibidem dimidium juger *oben in dem Bovbgarthen* juxta dictum *Buſen de Franckenwilre*. Item unum juger conſitum arboribus dictum *Buſe morgen*. It. juxta *Franckenwilre* II. morgen agri cum arboribus ſitum *an der hofſtete*. Ibidem dimidium juger prati *an dem Geren* juxta *Sigelonem de Hambach*. It. dimidium duale ſitum *an der Gemeinen wiſen* juxta *H.* [illegible]ltetum. It. duale vinee *ame Kyſe* juxta

juxta Dominos *Uterine Vallis*. It. dimidium juger vinee juxta dictum *havn* apud pratum commune. It. dimidiam curiam quondam patris ſui cum ortis & aliis ſuis pertinenciis ſitam juxta curiam *Sygulonis* dicti *de Hambach*. Promiſit quoque dicta *Metza* per fidem in manus noſtras preſtitam nomine juramenti dictam donacionem & reſignacionem ratas, gratas & firmas inviolabiliter obſervare nec contravenire per ſe vel alium aut alios in judicio vel extra, dolo & fraude penitus circumſcriptis. In quorum omnium teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Actum Anno Domini & die prenotatis.

CCXXVIII.

Littere ſuper ſex libras & V. ſolidos hall. ex parte Friczonis piſtoris & uxoris ejus Methildis. 1319.

Nos Judices Curie Spirenſis in perpetuam rei memoriam. Ad Univerſorum tam preſencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod conſtituti coram Nobis in jure honeſtus vir *Fritzo* dictus *Becker* Civis ſpirenſis &

Methildis uxor ejus legitima conjuges volentes ſaluti anime ſue ſalubriter providere, motique affectu ſpeciali, quem erga religioſos viros Abbatem & Conventum Monaſterii *Uterine Vallis* Ordinis Cyſtercienſis habere ſe aſſerunt, eisdem Abbati & Conventui viginti quinque libras hallenſium, in quibus ipſi dictis conjugibus fuerant obligati, remiſerunt et eisdem renunciaverunt ſimpliciter et in totum. Item dederunt et legaverunt dictis Abbati et Conventui viginti quinque libras hall. poſt ipſius *Fritzonis* obitum eis dandas. Item dederunt, donaverunt et legaverunt Abbati et Conventui predictis cenſus annuos et perpetuos ſex librarum hallenſium dandos et ſolvendos perpetuo annis ſingulis in Civitate ſpirenſi, prout inferius ſunt conſcripti, quos quidem cenſus dicti conjuges, quamdiu vixerint, percipient et poſt ipſorum amborum obitum cedent et ſolventur fratri *Syfrido* filio dictorum conjugum monacho dicti Monaſterii, quamdiu vixerit, pro ſuis ſpecialibus neceſſariis emendandis et poſt ejusdem fratris *Syfridi* obitum ad Abbatem et Conventum perpetuo pertinebunt, ut obinde dictorum con-

conjugum et ipsorum parentum anniversarium peragant sollempniter et devote, hoc adjecto, quod si ipsi Abbas et Conventus aut eorum Superiores prefatum *Syfridum* in percepcione integrali dictorum censuum aliquo annorum quomodolibet impedirent, & percipere non permitterent aliqua occasione mediante, ex tunc dicti census ad heredes dictorum conjugum absque contradiccione qualibet perpetuo reverterentur. Situs vero bonorum & domorum de quibus dicti census solventur, talis est: Inprimis una libra hallensium, que datur in die *Martini* de domibus pistoris dicti *Knaben* sitis juxta fontem Sancti *Jacobi* pro secundo censu, census verò primus est, ut dicitur III. libre hall. Item ibidem una libra & V. solidi qui dantur de domo dicti *Baben* sita juxta dictum fontem videlicet singulis festis quatuor temporum sex solidi & tres hallenses pro censu secundo, census verò primus, ut dicitur, sunt quinque solidi. Item V. solidi hall. qui dantur in die *Georgii* de curia *Wernheri* carnificis cum suis attinenciis sita ex opposito Monasterii Sancte *Clare* pro censu primo. Item V. solidi hall. in Nativi-

tivitate beate Virginis de duabus domibus ſitis ex oppoſito curie dicti *Langenbrucker* ante Veterem portam, que quondam fuerat Domine antique de *Argentina*. Item V. ſolidi hall. in Nativitate beate Virginis de tribus domibus ſitis inter dictum *Swartzenmüller* & *Cunradum* dictum *Wogener*, que quondam erant dicti *Gumersheimer* cognomine *Kircher* pro cenſu ſecundo, cenſus verò primus ſunt decem ſolidi hall. Item decem ſolidi hall. dantur in feſto Paſche de domo Domine dicte *Hebererin* ſita ante portam *Reni* juxta domum *H.* fabri pro cenſu primo. Item due libre & quindecim ſolidi hall. qui dantur videlicet viginti octo ſolidi minus ſex hall. in die *Martini* & tantum in Nativitate beate Virginis pro cenſu primo de curia *H.* dicti *Koch* ante portam *Reni* cum omnibus ſuis attinentiis juxta Ortum *Fritzonis* predicti. In quorum omnium teſtimonium Sigillum noſtrum ad rogatum dictorum conjugum preſentibus eſt appenſum. Actum & Datnm Anno Domini M° CCC° XIX°. Craſtino beatorum *Philippi* & *Jacobi* Apoſtolorum (2. Maji.)

CCXXIX.

CCXXIX.

Littera locacionis super II. maldris siliginis de duobus jugeribus in Albrethswilre. 1319.

Quia hominum memoria faciliter inmutatur, sepe opus est facta humana scripturarum figurationibus commendari, quapropter Nos Judices Curie spirensis ad Universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod coram Nobis sub anno Domini M°CCC°XIX°. feria quarta post festum Pentecostes (30. Maji.) constituti honorabiles & religiosi viri fr. *Heinricus* Abbas totusque Conventus Monasterii *Uterine Vallis* Ord. Cyst. Spir. Dyoc. matura deliberacione prehabita & propter sui Monasterii utilitatem unanimi consensu locaverunt justo locacionis titulo ac se locasse presentibus publice recognoscunt in perpetuam emphyteosim duo jugera vinearum sita in terminis ville *Albrethswilre* retro curiam Domine dicte *Smeltzen* in loco dicto *Sybenmorgen* discreto Viro *Sybelmanno* Carnifici & *Agneti* conjugibus legittimis de *Albrethswilre* presenti-

tibus sibique & suis heredibus conducentibus ad habenda & possidenda pro pensione annua & perpetua unius cum dimidio maldri siliginis boni & dativi singulis annis in festo Nativitatis beate *Marie* virginis ad Granarium Monasterii supradicti dictis Abbati & Conventui per eosdem conjuges & eorum heredes sub ipsorum conducencium & eorum heredum vectura periculo, laboribus & expensis, grandine, exercitu, sterilitate seu quovis alio casu fortuito non obstante danda & presentanda, ut autem ipsis Abbati & Conventui de solucione & presentacione dicte pensionis termino predicto facienda secure caveatur, prefati conjuges ipsis dimidium juger vinearum situm in terminis ville predicte in loco dicto *an dem Sperboume* juxta jugera quondam *Hartmudi* in duobus hallensibus nomine census ecclesie ville predicte oneratum pro subpignore constituerunt & obligaverunt, ita videlicet, quod ipsi Abbas & Conventus tam bona locata, quam pro subpignore obligata sibi & suo Monasterio attrahere & confiscare poterunt, usibus dicti sui Monasterii applicanda quocunque anno vel termino antedicto dicti con-

conjuges aut eorum heredes in solucione & presentacione dicte pensionis negligentes forent aut remissi, contradictione dictorum conducencium aut suorum heredum qualibet non obstante, que quidem bona tam conducta quam pro subpignore constituta apud unum heredem perpetue pro indivisa remanebunt. Renunciantes insuper hinc inde omnibus excepcionibus & defensionibus juris Canonici & Civilis consuetudinis aut statuti publici aut privati, quibus contra premissa venire vel facere possent per se vel alium aut alios in judicio vel extra, publice vel occulte, arte vel ingenio quovis modo fraude & dolo exclusis penitus & semotis. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum & Datum anno & die predictis.

CCXXX.

Littere super III. libris hallensium.
1319.

Judices Curie Spirensis. Noverint universi presencium inspectores, quod constituti coram Nobis in figura judicii sub anno Domini M°CCC°XIX°. feria quarta

quarta poſt feſtum Penthecoſtes (30. Maji.) *Bertholdus* filius quondam *Richardi de Franckenwilre* & *Ytda* uxor ſua legittima manu communicata parilique voluntate vendiderunt juſto vendicionis titulo ac ſe vendidiſſe pro ſe ſuisque heredibus univerſis preſentibus publice recognoſcunt cenſum annuum & perpetuum unius libre hallen. ſuper duobus jugeribus pratorum ſitorum in terminis ville *Franckenwilre* in loco dicto *an der Ratgaſzen* juxta prata *Sifridi* fratris *Heinrici* dicti *Bender* in octo hallenſibus nomine cenſus Eccleſie ſpiren. oneratis ſingulis annis in feſto Epiphanie Domini ſolvendum honorabilibus & religioſis viris Abbati & Conventui Monaſterii in *Uzerſtal* Ord. Cyſt. Spir. Dyoc. preſentibus ſibique & ſuo Monaſterio ementibus pro precio tredecim librarum hall. legalium et bonorum. Item anno et die predictis conſtituti coram Nobis *Heinricus* dictus *Bender* de *Frankenwilre* et *Kunigundis* conjux ſua legittima manu communicata et unanimi conſenſu vendiderunt juſto vendicionis titulo ac ſe vendidiſſe pro ſe ſuisque heredibus univerſis preſentibus publicè recognoſcunt cenſum an-

annuum et perpetuum unius libre hall. ſuper bonis infraſcriptis in terminis ville *Frankenwilre* ſitis, videlicet quatuor jugeribus agri campeſtris in loco dicto *an der Heinbach.* Item altero dimidio jugere agrorum *oben an der wideme.* Item duale agri campeſtris *ober der Mulnacker.* Item redditibus trium ſolidorum hall. ipſis, ut aſſerebant, debentium de orto Domine dicte *Dürbecherin* ſite in villa *Frankenwilre.* Item duobus cum dimidio jugeribus vinearum in loco dicto *an dem alten Wingarten an der Kalcgruben* ſolutis et ab omni cenſu liberatis, exceptis duobus cum dimidio jugeribus vinearum predictis in uno ſolido hall. tantum Eccleſie ſpirenſi oneratis ſingulis annis hijs terminis ſolvendum, videlicet decem ſolidos hall in feſto Epiphanie Domini et reliquos decem in feſto beati *Martini* Epiſcopi hyemalis, honorabilibus et religioſis viris Abbati et Conventui predictis pro precio duodecim librarum hallenſ. legalium et bonorum. Item anno et die predictis conſtituti coram Nobis *Johannes* filius *Hugonis* de *Frankenwilre* et *Methildis* uxor ſua legittima unanimi conſenſu parilique

voluntate vendiderunt juſto vendicionis titulo ac ſe preſentibus publice recognoſcunt cenſum annuum et perpetuum decem ſolidorum hall. ſingulis annis in feſto beati *Martini* Epiſcopi hyemalis ſuper hijs bonis in terminis ville *Frankenwilre* ſitis videlicet, domo ſua et orto adjacente in dicta villa *Frankenwilre* juxta crucem Eccleſie ville predicte in quatuor hallenſibus nomine cenſus annui oneratis. It. dimidio jugere agri campeſtris *an der Ratgaſzen* eccleſie ibidem in duobus hallenſibus cenſuale. Item dimidio jugere vinearum *an dem Buſenberge.* It. una pecia prati in loco dicto *an deme Kamberge* inferius ſolvendum juxta conſuetudinem loci honorabilibus et religioſis viris Abbati et Conventui predictis, preſentibus ipſis ſuoque Monaſterio ementibus pro precio ſex librarum hall. et quadraginta hall. legalium et bonorum, quod quidem precium predictum ſic debenti omne et ſingulum prefati venditores recognoverunt ſe recepiſſe ac ſibi numeratum, traditum et ſolutum a prefatis Abbate et Conventu fuiſſe et in uſus ſuos integre convertiſſe, transferentes nichilominus prefati venditores in

in ipſos Abbatem et Conventum dominium, jus et poſſeſſionem cenſuum predictorum pleno jure per preſentes, ſuaque bona omnia et ſingula predicta dictis Abbati et Conventui in dictis cenſibus ex nunc et in antea in modum ſupradictum onerando. Que quidem bona et ſingula ſupra ſcripta prefati Abbas et Conventus ſibi et ſuo Monaſterio attrahere et confiſcare poterunt ſecundum conſuetudinem loci quocunque anno vel termino antedictis prefati venditores aut eorum heredes in ſolucione dictorum cenſuum negligentes forent aut remiſſi, contradictione qualibet non obſtante. Renunciaverunt quoque dicti venditores pro ſe ſuisque heredibus univerſis excepcioni non numerate &c... (Sequuntur aliæ clauſulæ ſœpiùs repetitæ) penitus circumſcriptis. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Actum anno & die prenotatis.

CCXXXI.

Littere renunciationis ſuper III. libris hallenſium in Utzingen. 1319.

Judices Curie Spirenſis, ad Univerſorum noticiam volumus pervenire,

 quod

quod conſtituti coram Nobis in jure *Nicolaus* & *Katharina* liberi olim dicti *Hahs* militis & *Suſanne* ejus relicte contractum vendicionis cenſuum duarum cum dimidia librarum hallenſium per *Hiltebrandum* dictum *Hopphe* Armigerum olim tutorem ipſorum & eorum nomine religioſis viris Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* pro triginta quinque libris hall. ſuper bonis in terminis *Utzingen* ſitis venditorum, ſicut in litteris noſtris Sigillo noſtro ſigillatis, cujus preſens littera eſt transfixa, *) ratificaverunt, approbaverunt, eamque ratam gratam & firmam promiſerunt inviolabiliter obſervare. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Actum & Datum anno Domini M°CCC°XIX°. feria tercia ante *Margarete*. (17. Julii)

*) Illam litteram vide ſupra an. 1312. 6. Junii.

CCXXXII.

Littere ſuper III. maldris ſiliginis in Knöringen. 1319.

Noverint univerſi preſencium Inſpectores; quod ego *Johannes* dictus *Bracke*

Bracke plebanus in *Bochingen* ac dis-cretus & honestus vir *Cunradus* dictus *Keller* quondam Advocatus Provincialis vendidimus ac resignavimus ac vendidisse ac resignasse recognoscimus publice per presentes religiosis viris Domino Abbati & Conventui Monasterii *Uterine Vallis* pensionem trium maldrorum siliginis nobis legatis ab *Agnete* pie memorie ancilla predicti *Cunradi* sitorum super bonis in *Nusdorf* pro precio XII. librarum & X. solidorum hall. bonorum & legalium Nobis ab ipsis traditis & integre solutis ac in utilitatem nostram plenarie conversis. In cujus rei testimonium ego plebanus *Johannes* predicte ville in *Bochingen* ad instantiam predictorum Abbatis & Conventus nec non *Cunradi* pretacti sigillum meum presentibus duxi appendendum. Datum Anno Domini M°CCC°XIX°. in crastino Assumptionis beate *Marie* virginis. (16. Aug.)

CCXXXIII.

Littere super taxacione prebende perpetui Vicarii in Annewilre.

1319.

Nos officialis Domini Prepositi Spirensis ad Universorum noticiam volumus pervenire presentibus publice profitendo, quod coram Nobis constituti Religiosi viri Dominus *Cunradus* Abbas & Syndicus Monasterii *Uterine Vallis* Cyst. Ord. Spir. Dyoc. ex parte una & ex altera discretus vir *Gervalcus* Sacerdos vicarius Ecclesie parrochialis in *Annewilre* recognoverunt & confessi sunt nec non presentibus recognoscunt, quod per honestum virum videlicet *Walterum* Decanum Ecclesie Sancte Trinitatis spirensis gerentem vices Domini Prepositi prefati mediantibus Decano in *Vreckenfelt*, plebano in *Merlheim* & plebano in *Nozdorf* competens prebenda & racionabilis ipsi plebano predicto in *Annewilre* sit statuta & ordinata in hunc modum videlicet: quod ipse *Gervalcus* plebanus sepedictus de universis et singulis redditibus, fructibus et proventibus sibi racione vicarie seu prebende ecclesie in *Annewilre* predic-

dicte cedentibus jure et modo quibuscunque singulis annis sit contentus in triginta duobus maldris siliginis bone et legalis, una carrata vini propinabilis si ibidem creverit, sin autem alias, de vineis Monasterii *Uterine Vallis* sibi illuc deferatur, oblacionibus, testamentis, legatis seu proventibus quibuscunque, que de jure et consuetudine plebani ibidem recipere consueverunt, nec non eciam monte dicto *phaffenberc.* Item frusto agri et prati sito *zu Vrowenhusen* ex utraque parte vie. It. duobus frustis prati sitis *in der Morsbach* ex utraque parte ripe. It. frusto agri sito juxta domum dicti *Keszeler.* It. frusto agri et prati sito *an der Crumenwisen* et uno frusto agri sito *an der Beunenberg*, ultra non plus ab ipsis Domino Abbate et Conventu tanquam pastoribus vel patronis ipsius ecclesie petere aut exigere poterit vel debebit, nec alias ipsos inquietabit aut ullatenus molestabit per se vel alium aut alios, in judicio vel extra, arte vel ingenio quovis modo, nolens tamen per hoc suo in dicta vicaria seu prebenda successori prejudicium aliquod generari. In quorum testimonium Sigillum

 no-

nostrum ad peticiones supradictorum scilicet Domini Abbatis et Conventus nec non ipsius plebani in *Annewilre* est appensum. Datum Anno Domini M°CCC°XIX°. feria secunda post *Nicholai* Episcopi proxima. (10. Dec.)

CCXXXIV.

Littere super uno maldro siliginis in Arbotsheim, ad officium Cellerarii.
1319.

Nos Consules ac universi Cives in *Landowe* tenore presencium ad noticiam universorum cupimus pervenire, quod constitutus coram Nobis *Heinricus* dictus *Pistor* de *Annewilre* noster concivis motus pio affectu pure et simpliciter propter Deum et pro remedio sue ac uxoris sue defuncte et uxoris sue vivente nec non omnium progenitorum suorum animarum dedit, tradidit et assignavit donacionem inter vivos religiosis viris Domino Abbati et Conventui Monasterii *Uterine Vallis* pensionem annuam et perpetuam unius maldri siliginis singulis annis in Nativitate beate *Marie* virginis dandam de tribus jugeribus agri campestris *bi der* *Stein-*

Steinren in terminis ville *Arbotsheim* ſitis, It. de jugeribus tribus *die Stozent uf den Virswec*, que ſcilicet ſex jugera fuerunt quondam *Petri longi* et jam dictus *Guſe* poſſidet. In cujus rei teſtimonium parvum ſigillum noſtrum ad preces predicti *H. Piſtoris* preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini M°CCC°XIX°. in menſe Decembri.

CCXXXV.

Littere ſuper V. maldris ſiliginis in Hohenſtat. 1320.

Noverint univerſi preſencium Inſpectores, quod coram Nobis Judicibus Curie Spirenſis ſub Anno Domini M°CCC°XX°. feria tercia poſt Dominicam, qua cantatur *Letare* (11. Martii.) conſtituti in jure *Johannes* dictus *Baungart Armiger de Hohenſtat* et *Anna* filia quondam *Kunonis militis de Kirwilre* uxor ſua legitima pari voto & unanimi conſenſu vendiderunt & tradiderunt ac ſe juſto vendicionis & tradicionis titulo preſentibus publice recognoſcunt honorabilibus & religioſis viris Abbati & Conventui Monaſterii in *Uzerſtal* Ord. Cyſt. Spir. Dyoc. penſio-

ſionem annuam & perpetuam quinque maldrorum ſiliginis bone & legalis, ſpirenſis menſure, ſingulis annis in feſto Nativitatis beate *Marie* Virginis in villa *Hohenſtat*, grandine, exercitu, ſterilitate, incendio ſeu quovis alio caſu fortuito non obſtante dandam & ſolvendam pro precio viginti quinque librarum hall. legalium & bonorum ipſis conjugibus per dictum Abbatem & Conventum tradito & ſoluto ac in uſus ſuos utiles converſo, prout publice ſunt confeſſi, ut autem dictis Abbati & Conventui de ſolucione prefate penſionis termino predicto facienda ſecure caveatur, prefati conjuges ipſis bona infraſcripta in terminis ville *Hohenſtat* inferiori ſita videlicet quatuor cum dimidio jugera tendencia ſuper viam dictam *Spirerſtraze* juxta dotem eccleſie ab inferiori parte. Item ſeptem jugera tendencia ſuper *Adindal* ex inferiori parte inter clauſtrum *Heimbach* & villam *Hohenſtat*, que decimant ad officium campanarum pro ſubpignore dicte penſionis legitime conſtituit preſentibus obligando, que quidem bona omnia & ſingula dicti Abbas & Conventus ſibi & ſuo Monaſterio attrahere &

con-

confiſcare poterunt & debebunt uſibus prefati ſui Monaſterii applicanda, quocunque anno vel termino antedicto prefati conjuges aut eorum heredes, quos ad ſolucionem prefate penſionis perpetuo faciendam legitimè aſtrinxerunt in parte vel in toto, in ſolucione ejusdem fuerint negligentes aut remiſſi contradictione qualibet non obſtante. Renunciaverunt inſuper dicti conjuges excepcioni non numerate &c. (clauſulæ conſuetæ) Et nichilominus prefata *Anna* preſtans fidem ſuam in manus noſtras nomine juramenti, quod contra premiſſam vendicionem vel ejus formam non faciat vel veniat racione dotis vel donacionis propter nuptias vel ex alia cauſa quacunque aut contra eam venienti conſenciat quovismodo fraude & dolo in hijs omnibus excluſis penitus & ſemotis. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum ad rogatum predictorum conjugum duximus preſentibus appendendum. Actum anno Domini & die prenotatis.

Anno Domini M.CCC.XX. — *Ludewici* Regis Rom. confirmacio ſuper Eccleſiam in *Annewilre*. l. c. p. 300.

An-

Anno Domini M.CCC.XX. — Littere ſuper eliberacione unius maldri ſiliginis et VII. ſol. hall. ſuper bonis in *Mulnhuſen*. l. c. p. 299.

CCXXXVI.

Littere ſuper I. libra hall. ad Infirmitorium. 1320.

Nos *Jacobus* Prepoſitus Eccleſie Herdenſis Ordinis ſancti *Auguſtini* ſpir. Dyoc. executor teſtamenti ſeu ultime voluntatis bone memorie quondam *Jutde* filie *Gerhardi militis de Musbach* tenore preſencium recognoſcimus et ſcire cupimus univerſos, quod dicta *Jutda* dum vixit, fratri *Ulrico* de *Ingenheim* Ordinis Ciſterc. *Uterine Vallis* legavit et deputavit annuos redditus unius libre hall. pro tempore vite ejusdem fratris *Ulrici* et poſt mortem ejus Infirmarie Monaſterii *Uterine Vallis* predicte de octo libris annui cenſus, quem habet ſuper domo *zume Flecgenſteine* in fine vici *Somergaſze*, ita ut idem cenſus unius libre hall. ſingulis annis in feſto beati *Michahelis* recipiatur et anniverſarius dies prefate *Jutde* et progenitorum ſuorum perpetuo fideli-

deliter peragatur quod inquam legatum, quantum in nobis eſt, Sigillo noſtro appenſo preſentibus affirmamus. Datum anno Domini M°CCC°XX°. feria ſecunda ante feſtum *Michahelis* predicti. (22. Sept.)

CCXXXVII.

Littere ſuper bonis emptis in Altdorf. 1320.

Nos officialis Domini Prepoſiti Spirenſis ad Univerſorum noticiam volumus pervenire, quod coram Nobis conſtituti honeſta matrona *Metza* relicta quondam *Burkardi* dicti *Frunt* Civis ſpirenſis dictus *Frunt* plebanus in *Luterburg* filius ejus, *Elſa* olim begina, *Guda* uxor dicti *Spangol*, *Katherina*, *Agnes* et *Jrmela* monialis Monaſterii *trans lutum leporis* ſpirenſis filie *Metze* predicte unanimi conſenſu et manibus coadunatis et ſpecialiter ipſa *Irmela* de licencia ſpeciali ſibi per Prioriſſam Monaſterii predicti coram Nobis preſentem tradita vendiderunt, tradiderunt et reſignaverunt ac ſe vendidiſſe, tradidiſſe et reſignaſſe juſto vendicionis, tradicionis et reſignacionis titulo preſen-

ſentibus publice recognoſcunt curiam ac bona univerſa ad eam pertinencia, quocunque nomine cenſeantur, ſita in villa *Altdorf* et terminis ejusdem vulgariter nuncupata *des Frundes gut Lutgardi* dicte *Walheimerin* olim begine ſpirenſi ementi ſibi et ſuis ſucceſſoribus ad habenda, tenenda et poſſidenda cum plena integritate et uſufructu et de eis diſponendum, prout ſue placuerit voluntati pro precio ſedecim librarum hall. legalium et bonorum, quod quidem precium prefati vendentes recognoverunt ſe recepiſſe et ſibi numeratum, traditum et ſolutum per dictam *Lucgardim* fuiſſe et in utilitatem ſuam integre convertiſſe, transferentes nichilominus omnes et ſinguli in ipſam *Lucgardim* et ſuos ſucceſſores quoscunque, dominium, proprietatem et poſſeſſionem prefate curie et univerſorum bonorum ad eam pertinencium omni eo jure et modo, quibus melius valere poterit et debebit. Promiſerunt inſuper *Guda Agnes* et *Katharina* predicte infra XXV. et ultra XIIII. annos conſtitute. quelibet earum fide ſua in manus noſtras nomine juramenti, quod cum ad annos legittime etatis pervenerint, ipſam

ipſam vendicionem ſic per eas factam ratificent et approbent ac omni juri ipſis in dictis bonis competenti renunccient ſimpliciter et expreſſe et contra hujusmodi vendicionem vel ejus formam non veniant vel faciant aut contra eam venienti conſenciant publice vel occulte, caverunt eciam et ſe fidejuſſorie obligantes *Bremo* frater et *Johannes* dictus *Walheimer* ſororius *Metze* relicte predicte Cives ſpirenſes coram Nobis pro warandia dictorum bonorum per annum et diem, ut moris eſt, facienda et quod ipſi vendentes tempore quocunque requiſiti fuerint per dictam *Lucgardim* ſeu ſuos ſucceſſores, prefata bona vendita in judicio ſeculari ſive curia dicta hubhof ville *Altdorf* predicte reſignent, prout hubarii Curie hubhof predicte dictaverint ſeu pronunciaverint eſſe faciendum. Renunciaverunt inſuper excepcioni non numerate pecunie etc. (Sequuntur clauſulæ conſuetæ). In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Datum anno Domini M°CCC°XX°. feria ſexta ante feſtum beati *Andree* Apoſtoli. (28. Nov.)

CCXXXVIII.

CCXXXVIII.

Littere ſuper permutaçione IIII. unciarum & Curie Uterine Vallis apud eccleſiam in Merlheim. 1321.

Propter labilem hominum memoriam et ne mater cecitatis oblivio materiam inportet ignorandi, neceſſario ut eſt moris, dicto ſcripto commendantur, hinc eſt, quod cum religioſi viri Abbas et Conventus *Uterine Vallis* Cyſt. Ordinis tenentur *Gerhardo* plebano eccleſie Sancti *Martini* in *Merlheim* ex diverſis locis et anniverſariis in Kalendario inibi poſitis quatuordecim ſolidos hall. preter tres hallenſes perpetui cenſus ex legato. Nos igitur *Anſelmus* Commendator ceterique univerſi Fratres in *Heinbach Sancti Johannis ſacre domus Jheruſalem* veri fundatores et paſtores dicte eccleſie in *Merlheim* et *Gerhardus* noſter perpetuus vicarius in dicta eccleſia in *Merlheim* profitemur in hijs ſcriptis permutacionem inter nos ex una et dictos Abbatem et Conventum ex alia parte factam, videlicet, quod de predictis quatuordecim ſolidis hall. preter tres hallen-

lenses, quatuor nncias reddimus, damus & resignamus ipsis perpetuo non daturos & dicimus eos presentibus liberos & absolutos, quapropter nos Abbas & Conventus *Uterine Vallis* antedicti curiam nostram in *Merlheim* juxta Cimiterium & *Comites Gemini pontis* in recompensam predictarum quatuor unciarum dicto plebano ecclesie antedicte Dominorum de *Heinbach* supradictis & *Gerhardo* eorum perpetuo vicario & posteris suis pleno jure conferimus perpetuo possidendam, ita tamen quod anniversaria de illis quatuor unciis proveniencia super ipsam curiam respiciantur & debitis diebus a sacerdote in ecclesia celebrante inposterum non negligantur. In premissorum robur & evidenciam presentes litteras predictis scilicet Domino Abbati & Conventui *Uterine Vallis* Sigillo meo videlicet fratris *Anshelmi* predicti nec non sigillo domus predicte *Heinbach* & predicti *Gerhardi* in dicta ecclesia nostri Vicarii sigillorum munimine tradidimus roboratas. Datum *Heinbach* anno Domini M°CCC°XXI°. feria tercia post festum Sancte Trinitatis. (16. Juny.)

Anno Domini M.CCC.XXI. — Littere ſuper VI. amas vini minus quartali. l. c. p. 301.

Anno Domini M.CCC.XXI. — Littere composicionis ſuper preſtacione nauli inter nos & Canonicos Sancti *Germani*. l. c. p. 302.

SUB HENRICO ABBATE.

CCXXXIX.

Littere ſuper una libra hall. in foro lignorum loco unius libre ſuper vivariis quondam Richilini piſcatoris, ad pytanciam. 1321.

Nos Judices Curie Spirenſis ad Univerſorum tam preſencium quam futurorum noticiam cupimus pervenire, quod ſub anno Domini M°CCC°XXI°. feria ſecunda proxima ante feſtum beate *Margarete* virginis (13. July.) conſtituti coram Nobis in figura judicii & in jure *Johannes* dictus *Brenre* & *Adelheidis* nata quondam *Reppelini* in foro lignorum conjuges ſpirenſes de conſenſu & permiſſione *Kunigundis* matris dicte *Adelheidis* eciam coram Nobis conſtitute manu communicata, parilique vo-

voluntate vendiderunt, tradiderunt & resignaverunt ac se justo vendicionis titulo vendidisse, tradidisse & resignasse presentibus publice recognoscunt, religiosis viris Abbati & Conventui Monasterii *Uterine Vallis* Cyst. Ord. Spir. Dioc. censum annuum & perpetuum unius libre hall. legalium & bonorum ipsis Abbati & Conventui singulis annis per predictos conjuges & heredes eorum videlicet in festo beati *Georgii* decem solidos & in festo beati *Martini* decem solidos hall. de domo sua quam inhabitant, sita in civitate spirensi in foro lignorum directe ex opposito porte secundum jus & consuetudinem civitatis spirensis perpetuo dandum & persolvendum pro precio quindecim librarum & quinque solidorum hall. legalium & bonorum, quod quidem precium dicti conjuges publicè confessi sunt se recepisse ac sibi ex parte dictorum Abbatis & Conventus numeratum, traditum & solutum fuisse nec non in usus suos evidentes integre convertisse. Constistituerunt quoque se dicti conjuges gwarandos dicti census & quod sit primus census post censum quatuor unciarum hall. & unius capponis cedentium de

 do-

domo ſupradicta per annum & diem juxta jus & conſuetudinem Civitatis ſpirenſis ſupradicte. Et renunciaverunt conjuges ſupradicti pro ſe & heredibus ac ſucceſſoribus ſuis univerſis excepcioni doli mali &c. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum duximus preſentibus appendendum. Actum & Datum anno Domini & die prenotatis.

CCXL.

Littere ſuper III. maldris ſiliginis de Ulvensheim. 1321.

Judices Curie Spirenſis. Noverint Univerſi preſencium inſpectores, quod ſub anno Domini M°CCC°XXI°. feria ſecunda poſt Exaltacionem ſancte Crucis (21. Sept.) conſtituti coram Nobis in figura judicii *Volzo* dictus *Obeszer* & *Metza* uxor ejus legittima communicata manu & unanimi conſenſu vendiderunt & tradiderunt & reſignaverunt ac ſe vendidiſſe, tradidiſſe & reſignaſſe preſentibus publice recognoſcunt religioſis viris Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Cyſt. Spir. Dioc. penſionem annuam & perpetuam trium maldrorum ſiliginis legalis dandam

dam & presentandam singulis annis ipsis Abbati & Conventui ad opidum *Landowe* in die Nativitatis beate *Marie* virginis ante quamcunque domum predicti Abbas & Conventus voluerint dictorum conjugum periculo laboribus & expensis, grandine, exercitu, sterilitate, incendio, frugum decrescentia, seu quovis casu alio fortuito non obstante, pro precio tredecim librarum hall. legalium & bonorum, quod quidem precium prefati conjuges confessi sunt se recepisse & ipsis traditum, numeratum & persolutum esse & in suos usus integre convertisse, pro qua quidem pensione predicta prefati conjuges antedictis Abbati & Conventui bona subscripta ad majorem tutelam in subpignus statuerunt seu obligaverunt, videlicet, sex jugera agrorum campestrium sitorum in terminis ville *Ulvensheim* in loco dicto *uf deme Steinberge* que sunt libera prout asserebant absque omni censu. It. I. juger prati situm in loco dicto *an deme Sewe*. It. Curiam suam sitam in villa *Ulvensheim* apud viam versus *Lensenwilre* retro dictum *Landolt* cum domo, horreo & omnibus suis pertinenciis, de qua datur an-

 nua-

nuatim unus denarius valens II. hallenſes ecclesie Sancti *Laurencii* in *Ulvensheim*, & nichilominus unus heredum predictorum conjugum poſſidere debet bona preſcripta tantummodo indiviſim, predictam inſuper penſionem trium maldrorum ſiliginis *Hugelinus* dictus *Lorkin* de *Ofhuſen* predictis Abbati & Conventui pro predicta pecunia comparavit in remedium anime ſue ac ſuorum progenitorum ut ipſorum memoria poſt obitum ipſius *Hugelini* in die beate *Katherine* virginis ſecundum conſuetudinem ordinis ipſorum Abbatis & Conventus in dicto Monaſterio *Uterine Vallis* perpetuo peragatur. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Actum & Datum anno & die prenotatis.

CCXLI.

Littere Domini de Oſſenſtein ſuper molendino Spirenſi. 1321.

Nos *Otdo Dominus de Oſſenſtein* Advocatus *Alſacie & Spiercogie* Generalis, ad Univerſorum tam preſencium, quam futurorum plenam noticiam cupimus pervenire, quod Nos omnem dona-

nacionem ſeu auctoritatem per ſcultetum, juratos, hubarios nec non Univerſitatem ville noſtre *Lingenwelt* religioſis viris Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* aut eorum procuratoribus factam & in figura judicii ſpirenſium Judicum rite traditam & donatam ſuper ripam ibidem tranſeuntem, ut ipſius fluxus ſeu aque ductus verſus Curiam dictorum Abbatis et Conventus dictam *Metersheim* ducatur et ad tranſitum perpetuum ſine ipſorum obſtaculo dirigatur de gratia ſpeciali et voluntate pleniſſima ſecundum litterarum ſuper hijs a dictis Judicibus traditarum tenorem approbamus, laudamus et perpetue confirmamus. Et ut predicti viri religioſi à nobis et noſtris heredibus in hujusmodi gracia nunquam de cetero inpugnentur nec impediantur, preſentes litteras noſtri Sigilli robore damus et tradimus ipſis efficaciter perhennatas in teſtimonium ſuper eo. Datum craſtino *Michahelis* Archangeli (30. Sept.) Anno Domini M°CCC°XXI°.

CCXLII.

Littere ſuper I. maldro ſiliginis, ad pytanciam. 1321.

Judices Curie ſpirenſis. Noverint Univerſi preſencium inſpectores, quod ſub anno Domini M°CCC°XXI°. in die beati *Nicolai* Epiſcopi (6. Dec.) conſtituti coram Nobis *Hugo* dictus *Atzenſius* de *Odensheim* et *Agnes* uxor ejus legittima communicata manu et unanimi conſenſu vendiderunt et tradiderunt ac vendidiſſe et tradidiſſe preſentibus publice recognoverunt religioſis viris Abbati et Conventni Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Ciſt. Spir. Dyoc. penſionem annuam et perpetuam unius maltri ſiliginis legalis ſingulis annis dandam et preſentandam in Nativitate beate *Marie* Virginis ad oppidum *Landau* ante quamcunque domum predicti Abbatis et Conventus voluerint ipſorum conjugum ſeu ſuorum heredum periculo, laboribus et expenſis, non obſtante grandine, exercitu, ſterilitate, incendio, rapina ſeu caſu alio inſortuito qualicunque, pro qua quidem penſione prefati *Hugo* et *Agnes* confeſſi ſunt ſe

a pre-

a predictis Abbate et Conventu quinque libras cum quinque solidis hall. legalium recepisse et in suos usus utiles convertisse. Ut autem predicti Abbas et Conventus cerciores existant in presentatione pensionis prenotate, prefati conjuges bona subscripta ipsis Abbati et Conventui in subpignus statuerunt et obligaverunt, videlicet duo jugera agrorum campestria sita in marca et terminis ville *Odensheim* medios inter sex jugera dicta *Wiswartes wingarte*. Item unum juger agri campestris situm *an deme Knoringer wege* juxta dotem. Item unum juger situm *zu Verren Vorst* juxta pueros quondam *Volkeri* judicis ibidem, Renunciaverunt quoque predicti *Hugo* et *Agnes* pro se et suis heredibus universis excepcioni non numerate etc. (*cum clausulis consuetis*) In quorum omnium testimonium premissorum Sigillum nostrum ad preces predictorum contrahencium presentibus est appensum. Actum et Datum anno et die prenotatis.

CCXLIII.

Littere ſuper XXIII. maldra ſilig. de bonis quondam Cerdonis Johannis de Spira. 1322.

Nos Fr. *H.* Abbas et Conventus Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Ciſt. Spir. Diœc. ad noticiam Univerſorum deducimus per hec ſcripta, quod nos inſpectis diligenter et conſideratis noſtris et Monaſterii noſtri utilitatibus et neceſſitatibus in Capitulo noſtro conſedentes deliberatione et tractatibus pluribus ſuper hoc prehabitis in hoc unanimiter reſedimus et convenimus pari voto, quod honorabilibus viris Dominis Decano et Capitulo Eccleſie ſpirenſis univerſa et ſingula bona vulgariter nuncupata *des Lauwers gut* ſita in villa et terminis ville *Weſtheim* cum poſſeſſionibus, ortis, agris, pratis, ſilvis, nemoribus, paſcuis, cenſibus, commodis, utilitatibus et juribus quibuscunque quocunque nomine cenſeantur, quibus nos bona eadem tenuimus hactenus et poſſedimus, damus jure proprio et ex nunc in ipſos Dominum Decanum, Capitulum et Eccleſiam ſpirenſem libere,

re, ſponte, ſcienter et irrevocabiliter pleno jure transferimus modis et pactionibus infraſcriptis, videlicet, quod idem Decanus et Capitulum, aut is, qui officium in *Waltheri* nomine Eccleſie ſpirenſis pro tempore tenuerit, nobis in Nativitate beate Virginis ad Civitatem Spirenſem ſuper granarium Ecclesie ſpirenſis aut ad domum aliam, quam ipſis deputaverimus, annis ſingulis preſentabunt, et aſſignabunt XXIIII. modios ſiliginis bone et dative ſuis ſumptibus, periculo et expenſis, grandine, exercitu, ſterilitate aut caſu alio quolibet non obſtante, & cum bona predicta ad ſolvendum Eccleſie Sancti *Germani* Spirenſi in Nativitate beate *Marie* Virginis cenſum annuum XX. denariorum ſpirenſium. Item Capelle Sancti *Mauricii* ſpirenſi in feſto beati *Martini* cenſum annuum XX. et unius hall. et IIII. capponum obligata exiſtant, promittimus nos Abbas et Conventus predicti memoratos Decanum et Capitulum ac Eccleſiam ſpirenſem à cenſibus predictis eximere, quitare et liberare effectualiter et in totum, ita quod ipſi occaſione cenſuum predictorum prejudicium aliquod non ſenciant vel jacturam,

ram, ipſi tamen Decanus & Capitulum vel poſſeſſor Officii predicti annis ſingulis in vicem & locum cenſuum predictorm in hallenſibus et denariis conſiſtencium nobis de cenſibus, quos de bonis noſtris in *Swebichenheim* et in *Wandisheim* ad curiam ipſorum Deminorum in *Weſtheim* dictam *Hubhof* annuatim preſentare tenemur, tantundem defalcabunt, predictos vero quatuor cappones nobis ſingulis annis hoc modo reponent, videlicet quod unum capponem de bonis noſtris in *Swebichenheim* ad curiam predictam in *Weſtheim* cedentem annuatim in locum unius de dictis quatuor, pro reliquis tribus nobis XXX. hll. in noſtris cenſibus defalcabunt. Inſuper à cenſibus duorum capponum quatuor ſolid. et unius hall. quos de dictis bonis ad dictam Curiam *Hubhof* ſingulis annis huc uſque dedimus, de cetero erimus abſoluti. Si qui eciam cenſus ultra cenſus ſupra ſpecificatos et ultra cenſum ſex hall. quos poſſeſſor Officii in *Weſtheim* plebano in *Weſtheim* dabit annuatim, invenirentur forſitan vel de dictis bonis peterentur, ab hijs omnibus et ſingulis, dictis ſex hallenſibus exceptis, Nos Abbas et Con-

Conventus Ecclesiam spirensem et bona predicta liberare tenebimur et cum effectu quitare. Et promittentes pro nobis et nostris successoribus warandiam predictorum bonorum contra quamcunque personam in perpetuum facere et facere debere, fraude et dolo penitus amputatis et ad hoc Nos firmiter astringentes, renunciantes expresse et publice pro nobis et nostris successoribus beneficio restitucionis in integrum, decepcionis ultra dimidium justi precii, forme et sollempnitatis non servate, privilegiis, indulgenciis, excepcionibus, litteris impetratis seu impetrandis à Sede Apostolica vel aliunde et omni alii juris auxilio Canonici vel Civilis, quibus contra premissa venire possemus in judicio vel extra, per nos vel alios inposterum vel ad presens. Nos quoque Decanus et Capitulum suprascripti profitemur publice et recognoscimus pro nobis et nostris successoribus in hijs scriptis, Nos predictam donacionem modis, convencionibus et pactionibus suprascriptis factam acceptasse et presentibus acceptamus, et premissa omnia et singula grata et firma inviolabiliter tenere et servare promitti-

timus bona fide. In quorum omnium evidens teſtimonium & robur Nos Decanus & Capitulum ſigillum Capituli noſtri, Nos verò Abbas et Conventus ſigillum noſtrum una cum ſigillo Dominorum Curie ſpirenſis appendi fecimus ad preſentes. Et Nos Judices Curie Spirenſis ad peticionem Dominorum Abbatis, Conventus, Decani & Capituli predictorum, ſigillum Curie noſtre appendimus in evidenciam premiſſorum. Datum & Actum anno Domini M°CCC°XXII°. feria ſecunda poſt feſtum Cathedre beati *Petri* Apoſtoli. (1. Martii.)

CCXLIV.

Littere ſuper I. libram hall. in Bubenwilre. 1322.

Noverint univerſi preſencium inſpectores, quod conſtituti coram Nobis Judicibus Curie ſpirenſis ſub anno Domini M°CCC°XXII°. Sabbato ante Dominicam, qua cantatur *Jubilate*, (19. Jun.) *Sigelmanus* & uxor ejus *Salmena* legitima, *Wernherus* & *Katherina* uxor ejus legitima conjuges de *Bubenwilre* dicti fratres & eorum uxores pro ſe ſuisque here-

heredibus vendiderunt, tradiderunt & resignaverunt super bonis suis infrascriptis, ac se vendidisse, tradidisse & resignasse publicè recognoscunt viro discreto *Gerhardo* servo in domo Sutoris Monasterii *Uterine Vallis* unam libram hall. legalium & bonorum solvendam & assignandam singulis annis perpetuo in festo beati *Martini* Episcopi dicto *Gerhardo* pro precio undecim cum dimidia librarum hall. legalium & dativorum, quod quidem dicti conjuges confessi sunt à dicto *G.* recepisse, ac eis numeratum, traditum & solutum fuisse & in usus suos necessarios convertisse, et ut idem *G.* aut ille seu illi, cui aut quibus dictus census deputatus aut legatus fuerit, cerciores existant, ipsi conjuges vendentes unum juger vinee dictum *Franckensteiners morge* situm *in der Rusbach* censuale tantum ad ecclesiam in *Bubenwilre* annuatim in octo hallensibus. Item duale vinee situm *an der Gerzeliger* apud *roite* juxta *Sifridum* de *Lensenwilre.* Item duale vinee situm *in der Rusbach* superius Domicellam *Lucgardim Walheimeren.* Item V. quartalia vinearum, que quondam fuerunt *Damiani* sita infra duas stra-

ſtratas *obenwindic des dorfes* pro ſubpignore conſtituerunt et obligaverunt tali condicione adjecta, quod ſi dicti conjuges aut eorum heredes in ſolucione et aſſignacione dicti cenſus negligentes forent aut remiſſi aliquo anno, ex tunc dictus *G.* aut ille vel illi, cui deputatus fuerit, dicta bona attrahere et confiſcare et ſuis uſibus applicare poterunt et debebunt contradiccione qualibet non obſtante. Conſtituit etiam et ordinavit et preſentibus ordinat et diſponit dictus *G.* quod predicta una libra hall. cenſus nomine ſolvenda preſentari debeat et perſolvi Pitanciario Dominorum *Uterine Vallis*, qui ſingulis annis feria quarta Cinerum Conventui *Uterine Vallis* in piſcibus ad valorem libre predicte pro conſolacione et refectione miniſtrare debet, ut ipſe Conventus poſt ejus deceſſum memoriam ejus habeat et anniverſarium ipſius peragat ſingulis annis et Deum pro anima ipſius deprecentur, ſi vero dictus Pitanciarius predictam libram hall. in prefata feria quarta omni anno pro piſcibus non converteret, predicto Conventui pro pena dictus cenſus ad Hoſpitale in *Landowe* libere devolvetur. Et Magiſter hoſpitalis

talis predictum censum anno sequente quocienscunque dictus Pitanciarius negligens fuerit, recipiet remedium anime *G.* predicti ad consolacium infirmorum ibi decumbencium convertere debet et eis ministrare. Renunciaverunt quoque predicti conjuges pro se suisque heredibus omnibus excepcionibus et defensionibus quibuscunque, quibus contra premissa venire possent in judicio vel extra, publice vel occulte fraude et dolo penitus circumscriptis. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Actum et Datum ut supra anno et die prenotatis.

CCXLV.

Littere super eliberacione Unius libre hall. à Dominis de Steya. 1322.

Nos fr. *Cunradus* Prior et Conventus dicti de *Steyga* domus in *Landowe* Ordinis Sancti *Augustini* Spirens. Dyoc. Ad perpetuam rei memoriam, tenore presencium in publicam deducimus noticiam, quod nos vendidimus et tradidimus ac nos justo vendicionis titulo vendidisse ac tradidisse presentibus pu-

 blice

blice recognoſcimus viris religioſis et honeſtis Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Ciſt. cenſum annuum et perpetuum unius libre hall. bonorum et legalium, quem dicti Abbas et Conventus nobis actenus annis ſingulis in feſto beati *Martini* Epiſcopi de curia dicta *zu dem Mulebaume* quondam Domini *Theodorici militis* dicti *de Laufenſel* ſita juxta capellam ſolvere conſueverunt, quem idem miles nobis legavit nomine teſtamenti pro precio tredecim librarum hall. bonorum et legalium, quod quidem precium nos recognoſcimus à diſcretis matronis *Ella* et *Katharina* ſororibus quondam beginis dictis *zume Rodenlewen* in Spira nomine Abbatis et Conventus Monaſterii predicti recepiſſe ac Nobis numeratum, traditum et ſolutum fuiſſe nec non in uſus noſtros evidentes integre convertiſſe, aquitantes et abſolventes predictam curiam cum attinentiis ſuis nec non Abbatem et Conventum predictos de eodem cenſu et pactum facientes de ulterius non petendo, nichilominus aſtringentes nos ad warandiam perpetuam in hijs ſcriptis et coram *Johanne* dicto *zu der Belden*

et

et *Merkelino* filio *Hertelini* conſulibus et Magiſtris civium in *Landowe*, qui per nos et procuratores dictorum Abbatis et Conventus ſunt ſpecialiter ad hoc vocati et rogati in teſtimonium omnium premiſſorum. Renunciantes eciam publice et expreſſe pro nobis et noſtris ſucceſſoribus beneficio reſtitutionis in integrum etc. (*cum multis aliis clauſulis ſepius recitatis*) — Nomina autem Fratrum noſtrorum qui huic vendicioni interfuerunt et libere conſenſerunt ſunt hec videlicet: Fr. *Cunradus* Prior antedictus, *Waltherus* Supprior, *Ulricus* de *Lachen*, *Wolframus* de *Rorbach*, *Waltherus* dictus *Rabe*, *Volzo* filius Apothecarii, *Hinfridus C.* dictus *Lieſt*, *Symon* et fr. *Bilgerinus*, nec non Dominus *Berthramus* plebanus noſter in *Queichem*. In quorum omnium evidens teſtimonium et robur Nos Prior antedictus Sigillum noſtrum una cum Sigillo noſtri Conventus preſentibus duximus appendendum. Datum anno Domini M° CCC° XXII°. in craſtino *Martini* Epiſcopi (12. Nov.)

CCXLVI.

Littere ſuper locacione bonorum Camerarii Uterine Vallis. In Swebechenheim. 1323.

Judices Curie Spirenſis recognoſcimus et in perpetuam rei memoriam ad Univerſorum deducimus noticiam publice per preſentes, quod ſub anno Domini M°CCC°XXIII°. in octava Sancti *Joannis Ewangeliſte* (3. Jan.) conſtitutus coram Nobis in figura judicii et in jure *Hartmudus* dictus *in dem Flosbrunnen* ſibi et *Hartmudo* filio ejus eciam coram Nobis preſenti precipue ſeu principaliter et ceteris heredibus ſuis conduxit ac ſe ſibi et eisdem a religioſo viro Camerario Monaſterii *Uterine Vallis* Ciſt. Ord. infraſcriptis condicionibus adjectis in emphiteoſim perpetuam ſeu jure hereditario aream, que olim fuit curia *des Camerers Hoveſtat* nuncupatam ſitam in villa *Swebechenheim* et agros adjacentes et ad ipſam aream pertinentes, cum III. jugeribus ſilveſtribus ipſius Camerarii conduxiſſe preſentibus publice recognoſcit, pro medietate omnium fructuum excreſcen-

tium

tium ſeu proveniencium in eisdem ſeu de eisdem, fructibus arborum duntaxat exceptis, ipſi Camerario & ejus ſucceſſoribus aſſignanda. Debent eciam dicti *Hartmudus* & *Hartmudus* ac heredes ſui agros predictos in debita & conſueta cultura habere & tenere ac domum & horreum ſuper ipſa area edificare competenter, dummodo Camerarius predictus dederit eis quinque libras hall. in ſubſidium edificii ſupradicti, quociens vero occaſione exercitus Regis aut guerre vel prelii alterius generalis hujusmodi edificia incenderentur, dictus Camerarius vel qui pro tempore ejus fuerit ſucceſſor dabit eis & dare debebit triginta ſolidos hall. tantum pro ſubſidio edificiorum ipſorum, & ijdem *Hart.* & *Hart.* & heredes eorum, qui pro tempore fuerint, iterum tenentur reedificare eadem ſicut prius. In quibus quidem cultura vel edificiis ſi ipſi *Hart.* & *Hart.* ſeu heredes ſui fuerint negligentes quomodolibet aut remiſſi, dictus Camerarius vel Abbas & Conventus Monaſterii dicti omnia bona ipſorum *Hart.* & *Hart.* ac heredum ſuorum apprehendere poſſunt & manu capere & in reformacionem cul-

ture & edificiorum neglectorum in toto vel in parte convertere ac diſponere contradiccione & impedimento ipſorum non obſtante. Preterea dicti Abbas & Conventus quamdiu curiam ſuam in *Metersheim* tenuerint, unum plauſtrum lignorum dictorum *Gerten* ſingulis annis in antea in rubis ſuis ſeu nemore ibidem ſecare & recipere permittent ipſos *Hart.* & *Hart.* ac heredes eorum pro tempore dictam aream poſſidentes. Preſcripta eciam bona dictis *Hart.* & *Hart.* defunctis deinde perpetuo apud unum tantum heredem eorum, indiviſa penitus remanebunt ac remanere debebunt, ut nulla ipſorum pars diſtrahatur, & renunciaverunt dicti *Hart.* & *Hart* pro ſe & heredibus ſuis omnibus & ſingulis excepcionibus juris vel facti, de quibus eciam fieri deberet mencio ſpecialis, quibus ad veniendum contra premiſſa per ſe vel alios ſuffragari poſſent quomodolibet aut juvari in judicio vel extra, publice vel occulte, fraude & dolo in hijs omnibus penitus circumſcriptis. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum duximus preſentibus appendendum. Actum & Datum anno Domini & Octava ſupradictis.

An-

Anno Domini M.CCC.XXIII. — Littera penalis ſuper VIII. uncias hall. Dominorum de *Steyga*. l. c. p. 307.

CCXLVII.

Facultas Monaſterio Uterine Vallis tempore interdicti celebrandi conceſſa. 1323.

Judices Curie Spirenſis Religioſis Viris Abbati & Conventui Monaſterii in *Uzerſtal* Ord. Cyſterc. Spiren. Dioc. Salutem in omnium Salvatore. Ex parte veſtra Nobis exſtitit propoſitum, cum ſecundum Conſtitutiones Canonicas omnes eccleſie exempte & non exempte in civitate Cathedrali conſtitute tempore interdicti & ceſſationis ſe matrici Eccleſie debeant conformare, ne prejudicium fieret eccleſijs parochialibus, & eorum Rectoribus, utrum tempore interdicti & ceſſationis occaſione Clerici captivati virtute Concilii Provincialis extra civitatem & Eccleſiam kathedralem, eccleſie & Monaſteria Religioſorum in ſilvis & heremis conſtituti tenerentur & deberent, cum Eccleſia Kathedralis non ceſſaret, obſervare ceſſationem & interdictum ſupradictos, in

 quo

quo vos dubitari asseruistis, super qua dubitatione a Nobis petivistis informari, quare dubitacioni vestre declarando circa premissa respondemus & dicimus, quod vos qui estis in silvis & heremo constituti, hujusmodi sententias cessacionis & interdicti observare non oportet nec tenemini etiam si matrix & kathedralis ecclesia cessaret, possetis & potestis divina officia celebrare salvo semper judicio meliore. Hoc dubitationi vestre duximus declarandum. Datum anno Domini M°CCC°XXIII°. feria quarta post *Oculi*. (2. Martii.)

Anno Domini M.CCC.XXIII. — Littere permutacionis duarum amarum vini cum monialibus *pontis salutis*. loc. cit. p. 305.

Anno Domini MCCCXXIII — Littere Domini *Ludewici* Regis Rom. super molendinum in *Metersheim*. l. c. p. 306.

CCXLVIII.

Littere super censu XXX. solidorum super duabus domibus Sifridi dicti Russen in ponte vini. 1323.

Nos Judices Curie spirensis ad Universorum noticiam in perpetuam rei me-

memoriam deducimus presentibus publice profitentes, quod sub anno Domini Millesimo trecentesimo vicesimo tercio, Crastino Ascensionis ejusdem (6. Maji.) in nostra nec non *Conradi* dicti *Zukmantel* nuncij seu locum gerentis sculteti Civitatis spirensis & *Heinrici* dicti *de Landawe*, *Johannis* dicti *Winther* & *Heinrici* dicti *zu dem Gyre* ac aliorum fide dignorum Civium spirensium testium per Nos & dictum Nuncium ad subnotata datorum & vocatorum constituti presencia *Syfridus* dictus *Rusze* apud pontem vini civis spirensis & *Elizabeth* uxor ejus legittima, conjuges communicata manu, parilique voluntate vendiderunt, tradiderunt & resignaverunt ac se justo vendicionis titulo vendidisse, tradidisse & ressignasse recognoscunt publice & per presentes discreto viro *Conrado de Gilnheim* prebendario Ecclesie spirensis sibi & illis vel illi quibus aut cui legavit vel deputavit ementi censum annuum & perpetuum triginta solidorum hallensium legalium & bonorum super duabus ipsius *Sifridi* & *Elizabeth* conjugum domibus sub uno tecto contiguis domui lapidee dicte *zu dem Lewenbergere* su-

pra pontem vini prediſtum in fine ex oppoſito direſte domus *zu der Smalenecke* hijs terminis ſolvendum in antea ſingulis videlicet jejuniis quatuor temporum ſeptem cum dimidio ſolidorum hall. ſingulis annis perpetuis temporibus juxta jus & conſuetudinem Civitatis ſpirenſis integraliter & complete de hijs domibus *Conrado* emptori & ſuis ſucceſſoribus ſupradiſtis pro precio triginta quatuor librarum hall. legalium & bonorum, quod quidem precium dicti conjuges confeſſi ſunt ſe recepiſſe ac ſibi numeratum, traditum & ſolutum fuiſſe & in ſuos uſus integre convertiſſe, transtulerunt quoque & transferunt diſti conjuges pro ſe & heredibus ſuis in diſtum *Conradum* & illum vel illos, cui vel quibus deputaverit vel legaverit cenſum prediſtum, jus, dominium, poſſeſſionem & proprietatem ejusdem omni eo jure & modo, quibus melius valere poteſt aut facere poſſunt plenarie per preſentes, conſtituentes nichilominus ſe diſti conjuges warandos diſti cenſus & quod ſit cenſus fundi ſeu primus cenſus & quod nullus amplior cedat ſeu ſolvatur de domibus antediſtis per annum & diem aliàsque juxta jus

&

& consuetudinem Civitatis supradicte. Preterea Magister *Johannes* barbitonsor dictus *zu der blumen* civis spirensis etiam in presencia nostra & nuncii ac testibus supradictis inhabitator unius domorum predictarum promisit dictum censum dare & persolvere singulis annis & terminis supradictis secundum jus et consuetudinem Civitatis sepedicte et renunciaverunt conjuges et Magister *Johannes* suprascripti pro se et heredibus suis universis excepcioni pecunie non numerate etc. *) In cujus rei testimonium Sigillum curie nostre duximus presentibus etc. Actum et Datum anno Domini et die prenotatis.

*) Clausulæ sunt additæ ut an. 1310. 16. Maji. usque ad verbum *circumscriptis*.

CCXLIX.

Littere super IIII. maldra siliginis in Hohenstat. 1323.

Nos Fr. *Cunradus* Prior et Conventus dicti *de Steyga* domus in *Landowe* Ordinis Sancti *Augustini* Spir. Dyoc. ad perpetuam rei memoriam, tenore presencium in publicam deducimus noti-

ticiam, quod nos unanimiter propter evidentem nostri Monasterii utilitatem vendidimus et resignavimus ac vendidisse et resignasse recognoscimus per presentes viris religiosis Domino Abbati & Conventui Monasterii *Uterine Vallis* Ord. Cist. pensionem annuam et perpetuam quatuor maldrorum siliginis bone et legalis, quam Nobis *Hedewigis* quondam begina filia Advocati ceci de *Hohenstat* singulis annis in Nativitate beate *Marie* Virginis solvere consuevit et presentare in Civitate *Landowe* suis vecturis, laboribus et expensis de bonis in terminis ville *Hohenstat* superioris sitis, videlicet de duobus jugeribus agrorum sitis in superiori campo versus silvam *in der Divelin Graben.* It. de II. jugeribus *zu deme Steine.* It. in campo inferiori versus *Riht* de V. jugeribus cum quartali tendentibus super X jugera *Boppelmanni.* It. de uno jugere in tercio campo versus *Riht uf Mittelbuhel.* It. de I. jugere *niederbaz ein anewender* juxta Monachos *Uterine Vallis*, dandam inquam et solvendam predictam pensionem eisdem Abbati et Conventui annis singulis et in termino supradicto et presentare

tare in Civitatem prediſtam, ſicut ſuperius eſt expreſſum, transferentes ex nunc in dictos Abbatem & Conventum poſſeſſionem, jus, dominium et proprietatem penſionis predicte omni jure et modo quibus melius valere poteſt et ſicut eandem penſionem hactenus noſcimus poſſediſſe pro precio viginti librarum hall. bonorum et legalium, quod quidem precium Nos recognoſcimus à fratre *Bertoldo Merlheim* Monacho ejuſdem Monaſterii nomine ſororum ſuarum videlicet *Hedewigis* et *Windelmudis* defunctarum recepiſſe ac nobis numeratum, traditum et ſolutum fuiſſe nec non in uſus evidentes noſtros integraliter convertiſſe aquitantes et abſolventes predictam *Hedewigim* et ſuos heredes nec non bona predicta de eadem penſione et pactum facientes de ulterius non petendo, nichilominus aſtringentes nos ejuſdem penſionis ad perpetuam warandiam in hijs ſcriptis. Renunciantes eciam publice et expreſſe pro Nobis et noſtris ſucceſſoribus beneficio reſtitucionis in integrum, decepcionis ultra dimidium juſti precii, forme et ſollempnitatis non ſervate, privilegijs, indulgentijs, excepcionibus, litte-

teris impetratis ſeu impetrandis a Sede Apoſtolica vel aliunde et omni alii juris auxilio canonici vel civilis, quibus contra premiſſa venire poſſemus in judicio vel extra per nos vel alios inpoſterum vel ad preſens. Notandum eciam, quod bona predicta libera ſunt ab omni cenſu et unus heredum debet ea indiviſa omnia poſſidere. Nomina autem omnium Fratrum qui huic vendicioni interfuerunt et libere conſenſerunt, ſunt hec videlicet Nos Fr. *C.* Prior antedictus, *Ulricus* Supprior, *Waltherus* de *Lenſenwilre*, *Wolframus* de *Rorbach*, *Waltherus* dictus *Babe*, *Volzo*, *Hinfridus*, *Symon* et Fr. *Bilgerinus*, reſignavimus eciam bona predicta Abbati et Conventui predictis per *Volzonem* confratrem noſtrum in Cimiterio ville *Hohenſtat* predicte coram *Wernhero* precone ibi preſentibus hijs videlicet *H.* dicto *Walheimer*, *Petro in der Gaſzen C.* colono Dominorum de *Heimbach*, *C.* dicto *Mettenbecher*, fratre *Johanne Bertholdo* et *Rudegero* Monachis *Uterine Vallis* et *Hugone* plebano ibidem teſtibus ad hoc vocatis et ſpecialiter rogatis. In cujus rei teſtimonium Nos Prior antedictus Sigillum no-

noſtrum una cum Sigillo noſtri Conventus preſentibus duximus appendendum. Datum anno Domini M°CCC°XXIII°. In die Sancte *Margarete* Virginis. (20. July.)

CCL.

Littere ſuper eliberatione I½. maldri ſiliginis. 1323.

Johannes de Fleckenſtein Prepoſitus Eccleſie Sancti *Widonis* ſpirenſis Judex et Conſervator privilegiorum religioſorum virorum Abbatis et Conventus Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Cyſt. Spir. Dyoc. auctoritate Sedis Apoſtolice deputatus ad Univerſorum tam preſencium quàm futurorum noticiam cupimus pervenire preſencium tenore publicè profitentes, quod in noſtra preſencia conſtituta ſub anno Domini M°CCC°XXIII°. Craſtino beati *Ambroſii* Epiſcopi et Confeſſoris (8. Dec.) honeſta matrona *Methildis* dicta de *Reinsheim* mulier ſpirenſis pro ſe ſuisque heredibus ſeu ſucceſſoribus quibuscunque vendidit, tradidit et aſſignavit ac ſe juſto vendicionis, tradicionis et aſſignacionis titulo vendidiſſe preſentibus

bus publice recognoſcit Abbati et Conventui prediƈtis annuam et perpetuam penſionem unius maldri ſiliginis cum dimidio, quam ipſa *Methildis* ab eisdem ſingulis annis nomine penſionis perpetue in Nativitate beate *Marie* virginis haƈtenus percepit et percipere dinoſcebatur pro precio novem librarum hall. quod quidem precium ipſa *Methildis* ab honeſtis matronis *Adelheide* et *Katharina* diƈtis *Keidemerin* ſororibus ſpirenſibus vice et nomine ac auƈtoritate et mandato Abbatis et Conventus prediƈtorum ſe recepiſſe et in uſus ſuos utiles convertiſſe recognovit et preſentibus publice recognoſcit, ipſos Abbatem et Conventum à ſolucione hujusmodi penſionis perpetuo abſolvendo ac abſolutos liberos et quitatos publice renunciando, transferens nichilominus jus, dominium, poſſeſſionem et proprietatem ejuſdem penſionis in ipſos Abbatem et Conventum omni eciam eo et jure, quibus melius valere poterit et debebit. Renunciavit eciam et renunciat in hijs ſcriptis ipſa *Methildis* pro ſe et ſuis heredibus ſeu ſucceſſoribus univerſis omni juri et aƈtioni ſibi ex nunc in diƈta penſione contra prediƈtos

Do-

Dominos et inpoſterum competentibus, omnique excepcioni doli mali etc. *) circumſcriptis penitus et ſemotis. In cujus rei teſtimonium et evidenciam omnium premiſſorum, Sigillum noſtrum ad preces predicte *Methildis* preſentibus duximus appendendum. Actum et Datum anno Domini et craſtino ſupradictis.

*) Clauſulæ ut in Charta 1310. feria quarta proxima poſt Dominicam, qua cantatur: *Miſericordia Domini.* uſque ad verbum: *circumſcriptis.*

CCLI.

Littere ſuper quatuor libras hall. ſuper domo zu deme Langenbrucger. 1323.

Nos Judices Curie Spirenſis tenore preſencium publice profitemur & ad Univerſorum noticiam volumus pervenire, quod conſtituti coram Nobis in figura judicii ſub anno Domini M°CCC°XXIII°. feria V. poſt Nativitatem ejusdem (29. Dec.) *Scheffelinus* dictus *Bickenbach*, *Jacobus* dictus *Claſfeſchenkil* & *C.* dictus *Geizhorn* cives ſpirenſes fidejuſſerunt & in ſolidum ſe fide-

fidejussores constituerunt erga religiosos viros Abbatem & Conventum Monasterii *Uterine Vallis* ac onus fidejussionis in se assumpserunt super censu quatuor librarum hall. per Abbatem & Conventum predictos pro Domina dicta *Geizhornen* antiqua super curia dicta *Langenbrucker hof* sita extra veterem portam pro pretio LXXXII. librarum hall. comparato, solvendo per possessores dicte curie pro medietate in festo beati *Georgii* & residua parte in festo beati *Martini* singulis annis perpetuo ipsis religiosis in hunc modum, quod a data presencium ad annum & diem computandum *Nicolaus* & *C.* fratres nati dicte *Geizhornen* mulieris predicte & dicta *die Gozolden* mulier spirensis heredes ipsius Domine *Geizhornen* inter se in amicitia vel jure ordinabunt & ordinari procurabunt, procurent & expediunt, ut ipsis Abbati & Conventui & eorum successoribus dictus census persolvatur & in percepcione ejusdem non impediantur, nec in possessione dicti census quoquo modo, & si hoc ordinatum & expeditum infra spacium predictum non fuerit, ex tunc anno & die elapsis ipsi fidejussores moniti fide-

jus-

juſſionis debiti Spire in publico hoſpicio exequuntur, quo usque dicta ordinacio & expedicio integraliter fuerit reformata & expedita. Si autem ipſa ordinacio cum effectu fuerit expedita infra annum & diem predictos ex tunc ipſi fidejuſſores quo ad ipſam ordinacionem, ut premittitur, erunt penitus abſoluti, ſed a die ordinacionis & expedicionis deinceps ad annum & diem ſolum ſecundum jus & conſuetudinem civitatis ſpirenſis pro warandia & evictione & omni dampno, quod occaſione dicti cenſus ipſi religioſi ſuſtinuerint, erunt ut ſupra fidejuſſores obligati, ita videlicet, ſi ipſi Abbas & Conventus per quemcunque hominem in poſſeſſione & percepcione dicti cenſus impedirentur, moleſtarentur aut perturbarentur, ex tunc ipſi fidejuſſores moniti fidejuſſoris nomine ut ſupra eſt narratum, comeſſaciones faciant tamdiu donec ipſum impedimentum fuerit integraliter ſublatum & reformatum, elapſis eciam anno & die predictis fidejuſſores erunt abſoluti a fidejuſſione predicta, decedente eciam uno fidejuſſore, quod abſit, ipſi heredes alium eque bonum infra octo dies proximos ſubrogabunt,
 alio-

alioquin fidejussores superstites comessabunt tamdiu donec alius in locum decedentis fuerit subrogatus, & si ipsi fidejussores secus facerent, ipsos ad id ut elegerunt, compelleremus omni judiciorum strepitu quiescente. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum ut supra.

CCLII.

Littere super eliberatione X. solidorum hall. de domo juxta fontem apud Omnes Sanctos. 1324.

Nos soror *Ella* Priorissa totusque Conventus sanctimonialium Monasterii *ultra lutum leporis* Spirensis Ordinis Predicatorum ad perpetuam rei memoriam. Tenore presencium in pulicam deducimus noticiam per presentes, quod nos vendidimus & tradidimus ac justo vendicionis titulo vendidisse, tradidisse & assignasse presentibus publicè profitemur, viris religiosis & honestis Domino *H.* Abbati & Conventui Monasterii *Uterine Vallis* Ordinis Cist. Spir. Dioc. censum annuum & perpetuum decem solidorum hall., quem censum dicti Abbas & Conventus predicti Nobis hac-

hactenus annis singulis in festo Sancti *Martini* Episcopi de domo quondam Domine *Werndrudis* dicte de *Widendal* sita juxta fontem apud omnes Sanctos solvere consueverunt pro pretio octo librarum hall. bonorum & legalium, quod quidem pretium nos profitemur à fratre *Jacobo* Cellerario dicti Monasterii recepisse ac nobis numeratum, traditum & solutum fuisse nec non in usus nostros evidentes & nostri Monasterii convertisse integraliter & complete, acquitantes & absolventes dictam domum nec non Abbatem & Conventum predictos de eodem censu et pactum facientes de ulterius non petendo. Renunciantes expresse pro nobis et nostris successoribus universis excepcionibus doli mali etc. *). In cujus rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°CCC°XXIIII°. Sabbato ante festum beati *Mathie* Apostoli. (17. Febr.)

*) Clausulæ usque ad verba *quoquo modo.* ut in Charta an. 1316. feria tercia post diem beati *Barnabæ* Apostoli.

CCLIII.

Littere ſuper bonis emptis in Altdorf 1324.

Judices Curie Spirenſis recognoſcimus et ad Univerſorum deducimus noticiam in perpetuam rei memoriam publice per preſentes, quod ſub anno Domini M°CCC°XXIIII°. feria ſecunda poſt feſtum Sancte Trinitatis proxima (11. Juny.) coram Nobis in jure & judicii figura conſtituti diſcreti viri *C.* dictus *Greve* & *C.* filius ejus de Spira vendiderunt, tradiderunt et reſignaverunt ac ſe juſto vendicionis titulo manu communicata parilique voluntate pro ſe et heredibus ſuis vendidiſſe, tradidiſſe et reſignaſſe preſentibus publice recognoſcunt religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ciſt. Ord. Spir. Dyoc. et eorum ſucceſſoribus bona infraſcripta, videlicet in campo ſuperiori primo unum juger *in der Schemen Gewanden nieden an den von Heimbach,* Item unum juger *oben an der Scherningen uf den rein.* It. unum juger *of den rein niden an der Schultheizen.* It. unum juger *uf der blatten nie-*

nieden an den von Heimbach. It. I½. juger *in der Oster langen gewanden bi Veninger wege bi deme ſchide.* Item IX. quartalia in *Veninger Marke nieden an der Schulteizen.* It. dimidium juger *niden an den von Heimbach gein deme Kirwilre wege.* It. duo jugera *vor deme Heſeleche neben deme von Meckenheim.* It. *in Bebinger marcke* I½. jugera *uf den guten burnen.* It. dimidium prope. It. dimidium *zuhet uf das Nuvdder holtz.* It. unum juger *ufme hundesrucken neben der Schultheizen von Dudenwilre.* It. in campo inferiori dimidium juger *neben der Smutzlin.* It. dimidium juger *oben deme Varren wege* de ſuperius apud illos de *Heimbach.* It. unum juger *in deme Crewenloche neben deme Lirre.* It. unum juger *oben den von Heimbach, uber den Mulwege.* It. novem quartalia *oben an den von Heimbach.* It. dimidium *uf die Reingewanden neben der Schultheizen.* It. unum juger *uf der blatten neben ſchiede.* It. duale *uf den Rein neben hern Jacobe.* It. unum juger inferius *neben dem von Meckenheim.* It. dimidium juger *in deme Grunde ſlozet uf die zehen mor-*

 gen

gen der von Heimbach. It. unum juger *uf den rein* apud Dominos de *Uterina Valle*. It. unum *uf die Wester wise oben ame Schiede*. It. dimidium *an Dornhowers zune*. It. tria jugera *ufme alten Zeiszer velde bi der bröteln*. It. duale superius *uf der heimbecher wise*. It. duale prati *uf der sunder wisen, bi dem fuhse*. It. duale prati *uf Frimersheimer wisen zuhet uf Altdorfer rieth*. It. unum gemade *uf der bachwisen*. Item dimidium *holzreht in Gumersheimer walde* situata pro precio centum librarum hall. legalium et bonorum, quod quidem precium dicti *C*. et *C*. confessi sunt se recepisse ac sibi numeratum, traditum et solutum fuisse et in utilitatem suam convertisse integre et complete, transtulerunt nichilominus et transferunt ex nunc dicti *C*. et *C*. in prefatos Abbatem et Conventum dicta bona ac jus, dominium et possessionem eorundem nec non proprietatem omni eo jure et modo quibus melius valere potest, constituentes etiam se warandos dictorum bonorum et quod nullus census amplior, quam duo solidi hall. et unum summerinum siliginis ac eciam quadraginta quinque hallenses, quos ta-

tamen XLV. hallenses predictos loco dictorum bonorum et pro ipsis de area et attinencijs ejus, super cujus aree parte horreum Domine dicte *Ernestin* est edificatum sita apud *C. Snider*, ipsa Domina *Ernstin* dabit et persolvet, cedat seu solvatur de bonis supradictis per annum et diem et alias juxta jus et consuetudinem loci et terre generalem. Cum autem dictus *C.* minor filius XXV. annis videretur prefatus *C.* pater ejus se constituit procuraturum, effecturum et curaturum, dum idem filius ad annos maturos pervenerit, quod dictum contractum vendicionis ratificet et observet inviolabiliter et in totum, et ad hoc tam se quam suos heredes obligavit et astrinxit, et renunciaverunt *C.* pater et *C.* filius pro se et omnibus suis heredibus excepcioni pecunie non numerate etc. (*Sequuntur clausulæ sæpius repetitæ*) In cujus rei testimonium Sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Actum et Datum anno Domini et die prenotatis.

CCLIV.

Littere ſuper II. libras & V. ſolidos hall. de domo & area apud S. Germanum ex parte Fritzonis piſtoris, 1324.

Judices Curie Spirenſis ad perpetuam rei memoriam, tenore preſencium in publicam deducimus noticiam, quod conſtitutus in noſtra preſencia *Johannes* dictus *de Meckenheim* prebendarius Eccleſie Sancti *Germani* Spirenſis recognovit ſe conduxiſſe a relicta quondam *Fritzonis* dicti *Becker* Civis ſpirenſis domum et aream cum ſuis attinentijs ſitam extra muros ſpirenſes in pede montis Sancti *Germani* in loco dicto *uf der rinnen* apud piſtrinum *Bertoldi* piſtoris, ſingulis annis pro cenſu duarum librarum cum quinque ſolidis hall. annui et perpetui cenſus, quorum hall. medietas videlicet una libra cum XXX. hall. dabitur in Nativitate beati *Johannis Baptiſte*, altera verò medietas in feſto beati *Johannis Evangeliſte*, quem cenſum percipere debet prefata relicta ad dies vite ſue, poſt mortem vero ejusdem relicte idem cenſus

ſus miniſtrari debet ad neceſſitatem filii ſui fratris *Sifridi* converſi Ordinis Ciſterc. Monaſterii in *Uzerſtal* ſimiliter ad dies vite ſue, poſt mortem verò predicti fratris *Sifridi* idem cenſus totaliter et libere ad predictum Monaſterium in *Uzerſtal* perpetuo devolvetur. In cujus rei teſtimonium ad peticionem predicti *Johannis* Sigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Datum anno Domini M°CCC°XXIIII°. feria quinta ante Exaltacionem Sancte *Crucis*. (13. Sept.)

CCLV.

Littere ſuper VIII. ſolid. hall. ad pytanciam ex parte Hunonis quondam ſervi Monaſterii Uterine Vallis.

1324.

Judices Curie Spirenſis recognoſcimus et in perpetuam rei memoriam ad Univerſorum deducimus noticiam publice per preſentes, quod coram Nobis in figura judicii et in jure conſtituti ſub anno Domini M°CCC°XXIIII°. in die beati *Galli* Confeſſoris (16. Oct.) *Johannes* dictus *Veringer*, *Irmela* et *Metza* couterini nec non *Sigelo* faber dicte

Ir-

Irmele maritus legittimus Cives ſpirenſes, conſenſu unanimi ac pari voto vendiderunt, tradiderunt, reſignaverunt ac ſe pro ſe et omnibus heredibus ſuis ſponte et ex certa ſcientia juſto vendicionis titulo vendidiſſe, tradidiſſe et reſignaſſe preſentibus publice recognoſcunt, religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ordinis Cyſtercienſis ſpirenſis Dyocēſis cenſum annuum et perpetuum octo ſolidorum hallenſium legalium et bonorum, quem habere ſe dixerunt ſuper domo dicte *de Veningen* olim begine ſpirenſis juxta novam portam apud curiam dictam *Mucelns-hof*, ſolvendum ſingulis annis hijs terminis videlicet: tres ſolidos cum dimidio in feſto Sancti *Martini* et quatuor cum dimidio ſolidos hallenſium in feſto beati *Georgii* Martiris pro ſex libris hallenſium legalium et bonorum, quod quidem precium dicti couterini et *Sigelo* confeſſi ſunt ſe a dictis Abbate et Conventu recepiſſe ac eis numeratum, traditum et ſolutum fuiſſe et in utilitatem ſuam convertiſſe integraliter et complete ex cauſa vendicionis ſupradicta. Transtulerunt nichilominus et transferunt ex nunc ex eadem cauſa ven-

venditores predicti in prefatos Abbatem et Conventum ac dictum eorum Monasterium nec non successores eorum dictum censum ac jus, dominium, possessionem et proprietatem ejusdem omni eo jure et modo, quibus melius valere potest, constituentes se warandos dicti census et quod sit primus seu fundi census cedens de domo prefata et ejus edificijs quibuscunque per annum et diem et alias juxta jus et consuetudinem Civitatis spirensis. Promiserunt insuper ac se fidejussorie obligarunt *Johannes*, *Irmela* et *Metza* et *Sigelo* presati pro duobus dicte *Irmelæ* liberis minoribus se procuraturos et facturos, quod ipsi minores, quam primum etatem legittimam attingerint, hujusmodi vendicionis contractum ratificabunt et confitentur ac perpetuo ratum et gratum tenebunt ac promittent inviolabiliter observare, alioquin et ipsi fidejussores moniti ex tunc tamdiu comessabunt more bonorum fidejussorum, quo usque hujusmodi fuerint perfecta et debite adimpleta. Si vero, quod absit, aliquis dictorum fidejussorum medio tempore cesserit vel decesserit, ex tunc superstites alium eque bonum subrogabunt demum

infra

infra menſem vel moniti, ut ſupra comeſſaciones facient, donec alius fuerit ſubrogatus. Renunciaverunt eciam *Johannes*, *Irmela*, *Metza* et *Sigelo* pro ſe et omnibus heredibus ſuis ex certa ſcientia quo ad premiſſa omnia excepcioni pecunie non numerate, non tradite nec ſolute, doli mali, in factum actioni, beneficio reſtitucionis in integrum et quo deceptis ultra dimidium juſti precii aut alias leſis ſubvenitur, litteris et privilegijs quibuscunque à Sede Apoſtolica vel aliunde impetratis vel impetrandis, juri quoque dicenti generalem renunciacionem non valere, nec non aliis omnibus excepcionibus et defenſionibus juris Canonici et Civilis, conſuetudinis et ſtatuti, publici et privati, quibus ad veniendum contra premiſſa ſuffragari poſſent quomodolibet aut juvari per ſe vel alios in judicio vel extra, publice vel occulte, fraude et dolo in hijs omnibus circumſcriptis. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum duximus preſentibus appendendum. Actum et Datum anno et die prenotatis.

CCLVI.

CCLVI.

Littere ſuper curia Monaſterii Uterinæ Vallis juxta ſanctum Marcum extra muros ſpir. 1325.

Judices Curie Spirenſis recognoſcimus et in perpetuam rei memoriam ad Univerſorum deducimus noticiam publicè preſentes, quod ſub anno Domini M°CCC°XXV°. In vigilia Sancti *Georgij* Martiris coram Nobis ac diſcreto Viro *Henlino Klobelauch* ſculteto Civitatis nec non teſtibus infraſcriptis per nos et Dominum Scultetum ad infraſcripta datis Conſtituti *Dietherus* Opilio et *Adelheidis* uxor ejus conjuges apud Sanctum *Marcum* extra muros ſpirenſes vendiderunt, tradiderunt et reſignaverunt ac ſe ſponte et ex certa ſcientia pro ſe et omnibus heredibus ſuis vendidiſſe, tradidiſſe et reſignaſſe juſto vendicionis titulo preſentibus publice recognoſcunt, religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterii *Uterinæ Vallis* Ord. Ciſt. Spir. Dioc. curiam ſuam, quam inhabitaverunt, ſitam apud Sanctum *Marcum* cum horreo et alijs ſuis edificijs et attinencijs et pertinen-

cijs

cijs ejus quibuscunque pro precio quinquaginta librarum hall. legalium et bonorum et unius maldri ſiliginis, quod quidem precium ijdem conjuges ex cauſa vendicionis predicta confeſſi ſunt ſe recepiſſe, et cenſus ſubſcriptos de dicta curia debitos nec non attinenciis ejus videlicet cenſum librarum duarum et trium ſolidorum hall. nec non dimidie libre cere annuum et perpetuum cum viginti una libra hall. pro hoſpitali novo apud Sanctum *Georgium* ſpirenſi. Item cenſum decem ſolidorum annuum et perpetuum pro Cappellariis ſeu Presbiteris Eccleſie Sancti *Georgii* predicti cum quinque libris hall. Item pro Cappellariis ſpirenſibus cenſum annuum et perpetuum decem ſolidorum hall. cum quinque libris hall. Item cenſum quatuor unciarum hall. annuum et perpetuum pro *Cunrado* dicto *Geishorn* Presbiterum ſpirenſem cum quinque libris hall. et redditus annuos et perpetuos XL. hall. et duorum capponum pro quatuor libris hall. et XXX. hall. à *Gerlinde Knoltzin*, *Irmegard Zart Knoltzin* et *Katharina* et *Elſa* ad cignum ſorores ſpirenſes, remiſſe ipſamque curiam et ſe ipſos here-

re-

redesque eorum ab onere & ſolucione eorundem cenſuum abſolviſſe & quitaſſe, ac reſiduum ipſius precii in alios ſuos uſus convertiſſe, quemadmodum ijdem conjuges pro ſe & ſuis heredibus, *Sygelmannus* verò *Hun* civis ſpirenſis procurator ſeu proviſor dicti novi Hoſpitalis pro eodem hoſpitali, nec non *Sydelmannus Grubeln* & *Reinhardus* Presbiteri & Cappellarii Sancti *Georgij* predicti pro eadem Cappella & eorum Sociis ibi Cappellariis ac fratre *Gœbelo* Ordinis Sancti *Wilhelmi* Cappellarius Sancti *Marci* extra muros ſpirenſes pro ſe & omnibus cappellariis ſpirenſibus coram Nobis & dicto ſculteto nec non teſtibus ſubſcriptis videlicet *C. Klobelauch milite*, *Gotſchalko* filio ejus, *Harmudo Breme*, *Merkelino* in hoſpitali predicto, *Arnoldo* dicto *Zingman* & aliis quam pluribus fide dignis conſtituti *Gerlindis* autem *Knoltzin*, *Irmengardis*, *Katherina* & *Elſa* ſupradicte ſingulariter coram Nobis conſtitute pro ſe & heredibus ſuis recognoverunt & hujuſmodi pecunie ſummas ex cauſa reempcionis hujuſmodi ſe ex parte conjugum recepiſſe & ipſos conjuges nec non curiam prenotatam

omnino quitaſſe & abſolutam à ſolucione & onere hujuſmodi cenſus fore publice ſunt confeſſi decernentes eſſe & dicentes litteras ſeu inſtrumenta ſi qua impoſterum ſuper hujuſmodi cenſibus apparuerint, nullius fore penitus firmitatis, transtulerunt nichilominus & transferunt ex nunc dicti conjuges ex cauſa predicta dictam curiam cum edificiis & attinenciis ſuis in dictos Abbatem & Conventum omni eo jure & modo, quibus melius valere poteſt, conſtituentes nichilominus ſe warandos dicte curie, edificiorum & pertinenciarum ejus & quod nullus cenſus amplior quam viginti denarii ſpirenſes ſolvatur ſeu cedat de eiſdem per annum & diem & aliàs juxta jus & conſuetudinem Civitatis ſpirenſis. Renunciaverunt quoque dicti conjuges pro heredibus ſuis & ſe & alie perſone pro ſe & heredibus ſeu ſucceſſoribus ſuis excepcioni non numerate pecunie, non tradite nec ſolute, doli mali &c. *) In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum duximus preſentibus appendendum. Actum & Datum anno Domini & die prenominatis.

*) Clau-

*) Clausulæ usque ad verbum: *circumscriptis* sequuntur ut in Charta 1310. feria quarta proxima post Dominicam, qua cantatur *Misericordia Domini*.

CCLVII.

Littere super quitacione & absolucione cujusdam census de Curia juxta S. Marcum extra muros spirenses.

1325.

Nos Canonici & totum Capitulum Ecclesie Sancte Trinitatis Spirensis. Cum Decano careamus ista vice, necnon *Johannes* dictus *Vogilsanc* prebendarius ecclesie nostre predicte Officiatus atque deserviens prebendam per olim dictum *Absolon de Durlach* institutam, tenore presencium publice profitemur & constare cupimus Universis, quod discretus vir *Ditherus* Opilio commorans apud Ecclesiam Sancti *Marci* extra muros spirenses, pensionem quinque maldrorum siliginis de curia sua sita juxta cimiterium prefate Ecclesie Sancti *Marci* per eum religiosis viris Dominis Abbati & Conventui Monasterii *Uterine Vallis* vendita ad supradictam prebendam per quondam *Absolonem* antedictum institutam annuatim debi-

tam per quatuor maldra ſiliginis annue penſionis in aliis cercioribus bonis recompenſando prefatam curiam cum ſuis edificiis & pertinenciis à Nobis & prebenda ſupradicta nec non *Johanne Vogelſang* eam ex nunc Officiati & ejus in eadem ſucceſſoribus univerſis liberavit & abſolvit, & quam eciam curiam & nos Canonici & totum Capitulum nec non *Johannes* prebendarius predictus noſtro nec non ſucceſſorum noſtrorum nomine diligenti deliberacione prehabita, utilitate predicte prebende penſata propter recompenſacionem ut premittitur quitamus & eam ab eadem penſione quinque maldrorum ſiliginis, pro qua ipſi prebende hactenus extitit obligata, quitam, liberam & abſolutam dicimus per preſentes, nec non prefatos Dominos Abbatem & Conventum de *Uzerſtal* vel quoscunque eam de cetero in perpetuum inhabitantes & poſſidentes. In cujus rei teſtimonium Sigillum Capituli noſtri duximus preſentibus litteris appendendum. Datum anno Domini M°CCC°XXV°. in Craſtino Sancti *Marci* Ewangeliſte. (26. Apr.)

CCLVIII.

CCLVIII.

Litterę ſuper bonis emptis in Altdorf. 1325.

Nos Judices Curie Spirenſis conſtare cupimus preſencium inſpectoribus univerſis et in perpetuam rei memoriam deducimus publice per preſentes, quod in noſtra preſencia conſtituti ſub anno Domini M°CCC°XXV°. feria ſexta poſt feſtum beatorum *Symonis* et *Jude* Apoſtolorum, (1.Nov.) *Johannes Burggravius in Rieperg* et *Elizabeht* uxor ejus legittima bona infraſcripta in terminis et locis infraſcriptis ſita ipſorum conjugum propria ut dicebant, et pro propriis bonis cenſu ſubnotato tantummodo obnoxia et obligata videlicet XLIIII. hallenſibus ſolvendis ſingulis annis nomine cenſus in curiam dictam *Hubhof* ville *Bebingen*, Item in *Altdorf* XIIII. hallenſibus, duobus cum dimidio ſummerinis et ſexta parte unius ſummerini ſiliginis manu communicata et unanimi conſenſu vendiderunt, tradiderunt, aſſignarunt et reſignarunt ac ſe juſto vendicionis titulo vendidiſſe, tradidiſſe, aſſignaſſe et reſignaſſe preſentibus

bus publice recognoſcunt religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Ciſt. fratre *Johanne* Ordinis et Monaſterii predictorum negociorum et bonorum geſtore et procuratore preſente ac eorundem Abbatis, Conventus ac Monaſterii nomine emente habenda, tenenda et in antea ut bona propria perpetuo poſſidenda pro precio LVI. libris minus quatuor unciis hall. ipſis conjugibus per ipſum Fratrem *Johannem* nomine quo ſupra numerato, tradito et integre ſoluto, prout ijdem conjuges recognoverunt et preſentibus publice recognoſcunt, transferentes nichilominus jus, dominium, poſſeſſionem et proprietatem bonorum predictorum in Abbatem et Conventum ſupradictos omni eo jure et modo, quibus melius valere poteſt et debet. Hoc eciam adjecto pacto, quod ſi prefata bona in aliquo ampliori ſeu alio cenſu, quam ſuperius narratum eſt obnoxia et onerata in antea invenirentur, quod ipſi conjuges eadem bona et ipſos ementes ab ejuſmodi cenſu abſolvere et liberare abſque ipſorum Abbatis et Conventus periculis, dampnis, laboribus et expenſis tenebuntur et ad

hoc

hoc ſe adſtrinxerunt coram Nobis. Renunciaverunt eciam ſepedicti conjuges exceptioni doli mali etc. (*Clauſulæ ſæpius repetitæ ſequuntur*) Specificacio autem bonorum ſic venditorum hec eſt, primo in inferiori campo ville *Altdorf* unum duale agri campeſtris ſitum juxta domicellum *Jacobum*. Item dimidium juger tendens *uf die Weſter wiſen* in marchia illorum de *Bebingen*. It. I. juger *uf der hohen gewanden* juxta Dominum *Philmannum*. It. dimidium juger *Oſter langes* tendens ultra *den Noet wege* juxta Dominum *Erphonem*. It. dimidium juger tendens *uf den Rein*. It. unum juger ſuperius juxta Dominum *Philmannum*. It. dimidium juger tendens ſuper predictum juger juxta Dominum *Philmannum*. It. unum juger juxta domicellum *Jacobum*. It. unum juger *heruber baz* inter pueros Domine dicte *Brodeln*. Item unum juger *amme diffenwege*. It. dimidium juger ſitum *an deme Altengaſzer velde* juxta *Swenen*. It. dimidium juger ſitum *uf dem Sande* juxta *Volzonem de Dudenwilre*. It. in ſuperiori campo unum juger ſitum *vorme heſele* juxta Dominum *Erphonem*. It. duale ex altera parte

des Lachgraben juxta domicellum *Jacobum*. It. duo cum dimidio quartalia juxta relictam dictam *Brodeln*. It. unum juger superius juxta relictam *Volzonis*. It. unum juger ab ista parte *oster langes* juxta *Kobelmannum*. Item dimidium juger juxta illos de *Heimbach*. It. dimidium juger situm in marchia illorum *de Veningen* inferius juxta dictum *Schit*. It. unum juger tendens ultra *den Langensteiner weg* juxta illum *de Meckenheim*. It. duo cum dimidio quartalia juxta *Volzonem de Dudenwilre*. It. dimidium juger prati situm *uf der Bachwisen* juxta dictum *Schit*. In quorum omnium premissorum testimonium & evidenciam pleniorem Nos Judices predicti Sigillum nostrum ad preces conjugum & fratris *Johannis* predictorum presentibus duximus appendendum. Actum & Datum anno Domini & die supradictis.

An. Dom. MCCCXXV. Littere super concambio inter Nos & Moniales *pontis salutis* super V. solidis hall. l. c. p. 308.

Anno Domini M.CCC.XXVI. — Littere super empcione trium solidorum Hallens. l. c. p. 310.

CCLIX.

CCLIX.

Littere ſuper bonis emptis in Altdorf. 1326.

In nomine Domini amen. Nos Judices Curie Spirenſis recognoſcimus & in perpetuam rei memoriam ad Univerſorum deducimus noticiam publicè per preſentes, quod ſub anno Domini M°CCC°XXVI°. feria ſexta poſt feſtum beate *Agnetis* virginis proxima (24. Jan.) in noſtra preſencia & in jure conſtituta honeſta matrona *Ella* dicta *Swenin* civis ſpirenſis vendidit, tradidit, & reſignavit ac ſe pro ſe & omnibus heredibus & ſucceſſoribus ſuis ſponte & ex certa ſciencia juſto vendicionis titulo vendidiſſe, tradidiſſe & reſignaſſe preſentibus publice recognoſcit, honorabilibus & religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Ciſt. Spir. Dyoc. ſibi & ſuis ſucceſſoribus ementibus bona & cenſum infra ſpecificata, que olim *Heilonis* dicti *Greven* fuiſſe dicuntur, in villa & terminis ville *Altdorf* ſita & que dicta *Ella* pro Commendatore & Fratribus Ordinis Hoſpitalis Sancti *Johannis jeroſoly-*

ſolymitane domus in *Heimbach* Spir. Diœc. comparavit, prout in littera ſigillis Commende & Conventus predicte Domus ſigillata vidimus & legimus contineri, pro precio centum & decem libris hall. legalium & bonorum, quod quidem precium dicta *Ella* ex cauſa vendicionis predicta confeſſa eſt ſe a dictis Abbate & Conventu recepiſſe ac ſibi numeratum, traditum & ſolutum fuiſſe & in utilitatem ſuam convertiſſe integraliter & complete; transtulit nichilominus & transfert ex nunc dicta *Ella* ex cauſa predicta in Abbatem & Conventum predictos dicta bona & cenſum ac jus, dominium, poſſeſſionem & proprietatem eorum omni eo jure & modo, quibus melius valere poteſt & quibus dicta *Ella* eadem hactenus tenebat & habebat, & conſtituit ſepedicta *Ella* ſe preſtare warandiam debitam dictorum bonorum & cenſus per annum et diem ac alias juxta jus et conſuetudinem Civitatis ſpirenſis ac terre Generalem. Renunciavit quoque *Ella* memorata ex cauſa predicta pro ſe et omnibus heredibus ac ſucceſſoribus ſuis excepcioni pecunie non numerate, non tradite, nec ſolute, doli mali, in factum

ac-

actioni, beneficio reftitucionis in integrum et quo deceptis ultra dimidium jufti precii aut alias aliqualiter lefis fubvenitur, litteris et privilegiis quibufcunque impetratis vel impetrandis, jurique dicenti generalem renunciacionem non valere nec non omnibus et fingulis alijs excepcionibus et defenfionibus juris Canonici et Civilis, confuetudinis et ftatuti publici et privati, de quibus eciam fieri deberet mencio fpecialis, quibus, ad veniendum contra premiffa vel aliquod premifforum fuffragari poffent quomodolibet aut juvari in judicio vel extra, per fe vel per alios publice vel occulte, fraude et dolo in hijs omnibus penitus circumfcriptis. Specificacio vero bonorum et cenfus pretactorum talis eft, videlicet, primo in campo fuperiori unum juger tendens fuper *Lachgraben* juxta fcultetiffam. It. I½. jugera *vor dem Hafelech* fuper *Almendam*. It. unum juger tendens fuper *Bachwifen* juxta fcultetiffam. It. unum juger tendens fuper viam verfus *Kirwilre* juxta dotem. It. I½. jugera *an dem Burgelle* juxta Dominum de *Meckenheim*. It. I. juger tendens fuper dotem. It. I. juger apud *Diffenweg* juxta *Jacobum*

bum. It. I. juger *in der schelmen Gewanden bi Schit.* It. I. juger *uf der Blatten* juxta Dominum *Wilhelmum militem.* Item I. juger juxta predictum militem ex utraque parte. It. dimidium juger tendens super prata Monialium de Sancto *Lamperto* apud *Guttenbrunnen.* It. in campo inferiori V. quartalia juxta *Philippum militem.* It. V. quartalia juxta Dominos *de Heimbach.* It. duale tendens super *Hiltgewanden.* It. ½. juger *bi Schit.* It. I. juger *durch den Grunt* juxta Dominum *de Meckenheim.* It. duo jugera contra *Nurtwisen* juxta *Erphonem militem.* It. I. juger *gegen Burgwege* juxta Dominum *de Meckenheim.* It ex altera parte ville unum juger tendens super *Altgaszen.* It. I. juger *in der Lachen* tendens super Dominos *de Heimbach.* It. I. juger apud pontem versus *Frimersheim.* It. I. juger tendens super *Lachgraben* apud predictum pontem. It. ½. juger prati *uf der Bachwisen* juxta *Jacobum.* Item ½. juger prati *uf dem Bruwel bi der Broetelin* Item curiam et domun cum orto adjacente et ortum olerum cum arboribus nucum situm juxta *Philmannum*, quam quidem curiam cum

cum ortis *Cunzelinus Snider* nomine locati poſſidet, ut dicitur, pro cenſu annuo et perpetuo XIII. unciarum hall. et IIII. capponum et poſuit pro ſubpignore, ut dicitur, I. juger tendens contra *lachgraben vor deme haſelech un zu habet uſ ſchiten.* In cujus vendicionis teſtimonium Sigillum noſtrum duximus preſentibus appendendum. Actum et Datum anno et die prenotatis.

CCLX.

Littere ſuper CCLX. maldra ſpelte per Lutgardem dictam Walheimern Conventui Uterine Vallis aſſignata. 1326.

Nos Judices Curie Spirenſis deſiderantes bonarum mencium pia deſideria auctoritate judiciaria ſtabilire, ad perpetuam rei memoriam tenore preſencium in publicam deducimus noticiam, quod honeſta Matrona *Luchardis* dicta *Walheimer* non auditrix obliviosa facta ſentencie qua dicitur: peccata tua elemoſinis redime, ſed magnifica operis adjumenta, zelo ad hoc divini pnevmatis inflammata, in redemptionem ſuorum pec-

peccaminum nec non omnium progenitorum suorum, constituta in nostra presencia donacione libera et perfecta inter vivos contulit et dedit irrevocabiliter Abbati & Conventui Monasterii *Uterine Vallis* bona et redditus infrascriptos et specificatos eadem sub forma subscripta ad certum usum deputando et assignando videlicet, ut post mortem suam de eisdem bonis et redditibus prefatus Abbas, Cellerarius et Officiati, qui pro tempore fuerint, ministrent predicto Conventui singulis annis in perpetuum ducenta sexaginta maldra spelte ad panem album habendum, cum prius aliquando ministrari consueverit panis confectus de spelta et siligine mixtis, statuit et ordinavit eadem Matrona, ut deinceps panis albus et purus ministretur confectus de sola spelta, quamdiu predicta spelta duraverit. Postquam vero predicta ducenta sexaginta maldra spelte consumpta fuerint, ex tunc Abbas et Cellerarius et Officiati predicti non sunt astricti ulterius panem album et purum illo anno, nisi sponte voluerint, Conventui ministrare, et ministracio hujusmodi spelte incipiat in messe proxima post mortem predicte

Lu-

Luchardis in feſto Aſſumpcionis beate *Marie* Virginis. Preterea de eiſdem bonis et redditibus inferius ſpecificatis, Cellerarius, qui pro tempore fuerit, dabit ſingulis annis Conventui in die Paſche duas libras hall. pro piſcibus et ſedecim quartalia boni vini de *Altenvorſt*. Item in die Pentecoſtes totidem. Item in die beati *Bernhardi* tantundem et in die Nativitatis Domini ſimiliter tantundem. Item Conventus predictus peraget quatuor anniverſaria ſingulis annis videlicet pie memorie *Gerluci* Abbatis ejuſdem Monaſterii, nec non *Hugonis* Patris ſui ac avi ſui *Gerlaci* et *Metze* uxoris ejus et hoc in die beati *Franciſci*. Secundum Anniverſarium peragetur ſequenti die poſt Octavam beati *Andree* Apoſtoli, videlicet *Agnetis* matris ſue, *Heinrici* avi ſui et *Hiltegardis* uxoris ejuſdem. Tercium verò peragetur *Kathedra Petri* videlicet *H.* fratris ſui et *Drutlindis* ſororis ejuſdem. Poſt obitum verò predicte *Luckardis* prefatus Conventus ejus anniverſarium ſicut preſcripta ſollempniter celebrabit, et in quolibet anniverſario Cellerarius predicti Cenobii duas libras hall. ſingulis annis Conventui pro piſci-

piſcibus miniſtrabit et ſedecim quartalia boni vini de *Altenvorſt*, Adjectum eſt autem, quod Abbas et Conventus predicti hujuſmodi bona et redditus nullo modo propter aliquam neceſſitatem ſeu cauſam vendere valeant in toto vel in parte, quod ſi attemptare preſumpſerint, vel ſi etiam Abbas, Cellerarius et Officiati predicti aliqua vice miniſtrare neglexerint, Conventui predicto panem album predictum ſeu aliquod Anniverſariorum predictorum peragere, ut preſcriptum eſt, non curaverint ſeu eciam miniſtrare pitancias ſuperius ad predicta feſta deputatas miniſtrando Conventui piſces et vinum ut eſt preſcriptum, tunc Abbates, qui pro tempore fuerint Monaſteriorum in *Alba* et in *Wernivillerio* nec non Hoſpitale in *Landowe* vel ſaltem unus eorum moneant inter annum poſt neglecta proximė ſequentem tribus vicibus Abbatem et Conventum *Uterine Vallis* cum teſtimonio ydoneo et legittimo, ut neglecta in toto corrigant et emendent, ut ſuperius eſt annotatum, quod ſi poſt annum trine ammonicionis facte per Abbates antedictos et Hoſpitale in *Landowe* ſeu ab uno eorundem de neglectis non

non ſatisfecerint Conventui predicto, ex tunc memorata bona omnia et redditus, que pluris quam pro mille ſexcentis libris hall. per predictam *Luckardem* ſunt comparata, ipſo facto devolvantur ad prefatos Abbatem et Conventum in *Alba* et ad Abbatem et Conventum Monaſterii *Wernnisvilerii* nec non ad Hoſpitale predictum in *Landowe* pro equalibus porcionibus dividenda et tamdiu habeant et poſſideant ac recipiant fructus, redditus infraſcriptorum bonorum, quo usque Abbas et Officiati prefati totum quod neglectum eſt tam de panis, quam anniverſariorum ſeu pitanciarum amminiſtracione integraliter refundant Conventui ſupradicto. Hoc etiam adjectum eſt, quod ſi Abbas et Conventus pretacti infra ſcripta bona et redditus propter aliquam neceſſitatem ſeu cauſam vendere in toto vel in parte preſumerent vel attemptarent, ex tunc omnia bona vendita irrevocabiliter ſimiliter et redditus venditi ad predictos Abbates et Conventus ac Hoſpitale predictum pleno jure ſine omni contradiccione devolventur. Ita tamen quod Abbas de *Alba* et in *Wernnivillerio* predicti cum

ſuis conventibus et prefatum hoſpitale predicta Anniverſaria peragant, refectiones quoque et pitancie ſupradicte tam in predictis feſtivitatibus, quam in Anniverſariis ac eciam panis albus, in quantum ſe extendere poterit, ipſis ſecundum formam preſcriptam de eisdem bonis miniſtrentur Si autem Abbates in *Alba* et in *Wernnivillerio* ac eorum Conventus bona predicta propter negligenciam Abbatis, Cellerarii et Officiatorum in *Uzerſtal* taliter ad eos devoluta ſibi attrahere obmitterent, propter favorem Abbatis et Conventus in *Uzerſtal* predictorum, tunc portio eorundem ad predictum Hoſpitale in *Landowe* ipſo facto pleno jure devolvetur integraliter et complete. Specificatio autem bonorum et reddituum de quibus omnibus tam panis albus predictus, quam etiam anniverſaria predicta, refectiones et pitancie debent expediri, eſt hec, videlicet, cenſus quinque librarum hall. emptus à *Margareta* relicta quondam *Cunradi* dicti *Syeger* inſtitoris civis ſpirenſis ſuper duabus domibus ſuis lapidea et lignea adjacentibus curie ſeu domibus *Anshelmi de Mumpelgart* in civitate ſpirenſi apud

apud forum panum ſolvendns et aſſignandus ſingulis annis, medietatem quidem in Nativitate beate *Marie* Virginis et aliam medietatem in feſto Purificacionis ejusdem. Item cenſus ſeptem librarum hall. emptus a *Cunrado* et *Margareta* dictis *Syegerin* predictis ſuper Curia *Anshelmi de Mumpelgart* et omnibus edificiis et ſtructuris ad dictam curiam ſpectantibus infra domos dicte *Syegerin* et *zu deme Nuwen kelre* ex oppoſito ripe vulgo dicte *Ichebach* in civitate ſpirenſi, medietatem quidem in feſto *Johannis Baptiſte* et aliam medietatem in feſto beati *Johannis Ewangeliſte*. Item omnia bona ſua in *cleine Viſchelingen* ſita tam in agris, pratis et cenſibus quocunque nomine cenſeantur. Item decem maldra ſiliginis annue penſionis ſuper bonis infraſcriptis ſitis in terminis ville *Viſchelingen* predicte videlicet: I. juger in inferiori campo ſuperius juxta *Cluppelinum* et tendit *uber den Spirer weg*. Item I. juger *an der mittel Gewanden* juxta Domicellum dictum *Dymar*. Item I. juger tendens *uf den Spirer weg* juxta Dominos Sancti *Laurencii*. Item I. juger *an der Mittel gewanden* juxta

 dem

dem Zoller. Item I. juger *an den andern Spirer weg* juxta *dem Clupel.* Item IIII½. jugera juxta Dominos de *Uzerſtal.* It. ½. juger *in der ſelben Gewanden* juxta Moniales Sancti *Lamperti.* Item dimidium juger *in der Oſter langen gewanden* juxta Hoſpitale *in deme etiche.* In ſuperiori campo duo jugera *in der Gabeln.* Item ibidem ſuperius I. juger juxta predictum *Cluppelonem.* Item I½. juger juxta *Dymarum.* Item duale tendens *in derſelben gewanden* juxta *Cluppelonem.* Item I. juger juxta dotem Eccleſie *minoris Viſchelingen* predicte. Item I. juger *uber dem andern Oſſinger weg* juxta *dem Zoller.* Item I. juger *in deme Grunde* juxta *Cluppelonem.* Item duale *in derſelben gewanden* juxta *Cluppelonem.* Item I. juger juxta dotem eccleſie predicte. Item I. juger *an deme Bochinger wege* juxta dotem eccleſie. Item dimidium *in deme Grunde* juxta dictum *Kuchenmeiſter.* Item ½. juxta dotem predictam. It. I. juger *an deme Odensheimer wege* juxta hoſpitale. Item duale prati ſitum *in deme Urſpanne.* Item duale prati juxta hoſpitale. Suppignus vero eorundem ſunt duo jugera ſita *Wegelanges*

ges in deme ſelben Oſſinger wege juxta hoſpitale. Item omnia bona ſua in *majori Viſchelingen* videlicet III½. jugera inferius apud plateam. It. I. juger *amme Satze.* It. V. quartalia in duabus particulis apud Moniales. It. VII. quartalia apud Dominos de *Herde imme Grunde.* It. VII. jugera que ſe extendunt ultra viam *Landowe.* It. I. juger juxta *Dymarum* ultra predictam viam. Item I. juger *Oſterlanges* juxta viam *Bochinkenner.* It. l. juger *uber deme Oſſinkeimer wege* apud dictum *Kuchenmeiſter.* Item duo jugera apud *Odenkeimer marke* apud Dominum *Johannem de Veningen.* It. dimidium juger *in Odenkeimer marke.* Item duale apud Moniales Sancti *Lamperti* ultra viam *Landowe.* It. duo jugera, ſingularia apud *Bochinkeimer weg.* It. tria que extendunt ſe ſuper *Bochinkeimer weg.* It. I. juger apud dotem *minoris Viſchelingen uf dem Bochinkeimer weg.* It. octo jugera *uf Bochinkeimer weg.* It. dimidium juger apud Moniales *uf dem Oſſinkeimer weg.* It. quatuor jugera ſuper viam ſpirenſem. It. IIII½. jugera ibi *Oſterlanges.* It. dimidium *by der Krucken.* It. IX. apud *dem*

dem Hutten wege. It. duo apud VII. jugera Dominorum *Uterine Vallis.* It. V. quartalia apud Dominos Sancti *Laurencii.* It. dimidium juger *uf dem Hohenborne.* It. I½. juger *uf bede reine.* It. I. juger *uf deme Wisen reine.* Item dimidium juger Osterlanges *uf deme Steinbuhele.* It. I. juger *uf dem Hohenbornen grunde.* Item V. quartalia *imme niedern mers* apud Moniales. It. duale *uf deme mittlen Graben.* It. I½. juger de III. jugeribus in inferiori sulco apud *Dymarum.* It. III. jugera de sex jugeribus in superiori sulcu apud dictum *Kuchenmeister.* Item V½. jugera de IX. jugeribus *an der obern furhe an der Dudenbach.* Item prata omnia ad predicta bona pertinentia. Item curiam cum pertinenciis suis in dicta villa. Item undecim tinas cum dimidia, quod vulgariter dicitur *ein Zober vini* & unam amam clari vini in *Bubenwilre* de jugeribus vinearum inferius annotatis. In primis I. tina de I. jugere vinee *an deme alten Vorst amme lihten dal.* It. I. lagena vini de frusto vinee sito juxta V. jugera Dominorum *Uterine Vallis.* It. dimidia tina de frusto vinee *in demme lihten dal* dicti *Cimphels*

phels. It. dimidia tina de jugere vinee ſito juxta Dominos *Uterine Vallis uf der Eben.* It. I. lagena beſtrichen de II. jugeribus preter quartale *an der hutten uf dem Altenvorſt.* Item l. tina de jugere vinee *uf de Mulenbuhel* quondam Domine *Werndrudis* dicte *Briveln.* Item dimidia tina de fruſto vinee dicto *Schefers ſtucke amme alten Vorſt.* Item dimidia tina de duali *uf Mulenbuhel.* It. I. ama de I½. jugere vinee *uf dem Mulenbuhel.* It. I. tina de jugere vinee *uf Geizeberge* juxta juger *Cunzelmanni.* Item I. tina de I. jugere dicto *der Erneſten morgen* ſito *an dem Geizeberg.* It. I. tina de pomerio retro Eccleſiam ſito *an der Muniche baumgarte.* It. I. tina & quuatuor cappones de domo & area dicti *Breidenſteire.* It. I. tina de duali vinee *an der Rorbach an Crewelinges ſtucke* It. I. tina & II. hall. de I. jugere vinee *an der Rorbach an Crewilinges ſtucke.* It. dimidia tina de ½ jugere juxta duale Domicelle *Lucgardis an der Rorbach obenwindic des Weges.* It. ibidem VII. cappones reddituum videlicet tres cappones de area *Friderici* dicti *Metzeler.* It. capponem de area *Diſenhuſeln.* It. III. cappones

 de

de area dicti *Scheffers*, juxta Dominam dictam *Huseln*. It. dimidia tina de ½. jugere *an Swedelgarten an deme wege an der Rorbach*. It. ibidem censum decem solidorum hall. de prato *an Rushüseln*. Suppignus eorundem est census quinque solidi hall. quorum quatuor dantur cum II. jugeribus cum dimidia arborum cerusorum *in der Wannen* juxta dictum *Gunerlingen*, & unus solidus hall. datur *von der Barfuzen halten Grozheincels*. Item ibi censum decem solidorum hall. de uno jugere prati *an der Rotenwisen vor der auwen* juxta *Petrum* dictum *Jeger* & de ½. jugere prati juxta *Lachborne*. Item de orto cerusorum sito *an der Varheshalten bime nac wege*. Item censum quatuor unciarum hall. ibidem de orto dicto *Reinherus Hovestat* sito juxta *Petrum* dictum *Jeger* & de ½. jugere vinee juxta dictum *Lamesbach uf der heider*. It. ibidem censum duodecim unciarum hall. de I. jugere prati *an Geishusers wise* dicto *der Wendelmude morge*, & de frusto prati quod erat *Fritzonis* dicti *Glockern an Geisshuses wise*. Item ibidem censum V. solidorum hall. de ½. jugere prati sito *an gewan-*

wandens Wingarte. It. ibidem dimidium maldrum ſiliginis annue penſionis de area dicti *Machemort.* It. ibidem duodecim jugera vinearum. It. in *Franckenwilre* cenſum decem ſolidorum hall. de vinea ſita *an deme Stahelbühel phade* & de dimidio duali vinee ſito *uf der diſſengazen.* It. in *Albreswilre* & in *Kanskirchen* III. libr. hall. & VIII. unciarum videlicet I. libra de II. jugeribus vinearum ſitis *an der Löhern* & de prato contiguo ibidem. It. VIII. uncias hall. de prato in *Steinbach* quod vocatur *die Bercwiſe.* Item IIII. ſolidos de fruſto prati *an der Löhern.* It. ſex ſolid. hall. que jam vacant de quartali vinee in *Glimendal* & de orto ſito juxta dotem quem *Wolvelinus* ſutor poſſidebat. Item tres uncias hall. de domo & area juxta fontem. It. XXX. hallenſes de quartali vinee *an deme Steingeboze* juxta Dominam dictam *Smelzen.* It. XL. hall. de ½. jugere prati *an dem Gruwel.* It. XL. hall. de fruſto vinee *in der Kelen.* It. XL. hall. de area & orto ſitis juxta *C.* piſtorem. It. III. ſolidos hall. de area & orto ſitis juxta *C. Boſeler.* It. IIII. ſolidos hall. de domo & orto ſitis juxta domum *de*

 Than.

Than. Jtem VI. ſolidos & IIII. hall. de horreo laterum & de prato ibidem. Jtem in *Viſchelingen minori* cenſum decem unciarum que vocantur *von Ellen gut.* Jt. ibidem cenſum X. hall. de curia *Swicgeri.* Jt. in *Viſchelingen majori* cenſum VII. unciarum hall. de bonis *Heilmanni* que domicellus *Dymarus* emit. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium et roboris firmitatem ad peticionem prediĉte *Lucgardis* Sigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Datum & Actum anno Domini M°CCC°XXVI°. feria ſexta proxima poſt *Agnetis* virginis. (24. Jan.) Nos eciam frater *Heinricus* Abbas & Conventus prefati Monaſterii in *Uzerſtal* preſcriptam donacionem Nobis faĉtam ſub forma ſuperius annotata cum graciarum aĉtione ſuſcipimus & acceptamus & ſupraſcripta promittimus fideliter & firmiter obſervare. In quorum teſtimonium Sigillum noſtrum, quo Nos & Conventus communiter uti conſuevimus preſentibus duximus appendendum. Datum anno & die prenotatis.

CCLXI.

CCLXI.

Littere ſuper bonis in Altdorf, ex parte Lucgardis. 1326.

Nos Fr. *Heinricus* Abbas & Conventus *Uterine Vallis* tenore preſencium ad perpetuam rei memoriam in publicam deducimus noticiam, quod honeſta Matrona *Lucgardis* dicta *Walheimern* donacione libera & perfecta inter vivos contulit & dedit irrevocabiliter in remedium anime ſue ad officium Camerarii noſtre domus videlicet ad veſtimenta & ad ſutorium id eſt ad calcios bona & redditus infraſcriptos & ſpecificatos, reſervato ſibi uſufructu in eisdem bonis & redditibus, quamdiu ipſa vixerit, ad hunc uſum videlicet, quod poſt ejus mortem de eisdem bonis & redditibus prefatus Camerarius & Magiſter ſutorii vel officiati domus predicte, qui pro tempore fuerint, miniſtrent predicto Conventui ſingulis annis tunicas & calcios, in quantum ſe extendere poterunt redditus & fructus bonorum infra ſpecificatorum annuatim absque dampno, & miniſtracio hujusmodi incipiat poſt mortem *Luc-*

Lucgardis predicte in messe proxima, ita semper, quod in Monachis & Conversis magis indigentibus & necessariis distribucio tunicarum & calciorum sit incipienda, & sic successive, quo usque infra scripti redditus & fructus bonorum integraliter in tunicis & calciis distribuuntur, sub hac pena videlicet, quod hujusmodi aliquo anno neglecta fuerit ministracio, ut superius est annotatum, in toto vel in parte, quod tunc Abbas de *Otterberg* & Abbatissa *Pontis salutis* eodem anno recipiant fructus & redditus neglectos de bonis infrascriptis, ut superius scriptum est, in suis Conventibus neglecta distribuant integre & complete contradiccione qualibet non obstante. Et quocienscunque hujusmodi negligencia commissa fuerit, hoc faciant in perpetuum, & pro hac pena solvenda prefati Abbas de *Otterburg* & Abbatissa *Pontis salutis* in perpetuum rescriptum habebunt ad eadem bona infrascripta, que ipsis pro hujusmodi pena semper debent esse obnoxia & astricta, ita quod auctoritate predicta absque judiciali indagine se intromittere poterunt de eisdem bonis tamdiu, quousque predictis Abbati nec non

non Abbatiſſe eadem pena fuerit perſoluta quandocunque & quocienscunque hujusmodi negligencia commiſſa fuerit in toto vel in parte. Specificacio vero bonorum eſt hec videlicet: Curia cum ſuis edificiis & attinenciis in *Altdorf* ſita quondam *Johannis de Bebingen*. Jtem centum ſeptuaginta jugera agrorum & pratorum ſitorum in terminis ville *Altdorf*. De quibus XXVIII. jugera agrorum quondam fuerunt *Johannis de Bebingen* & XXX. jugera *C.* dicti *Greuen* & I½. jugera *Heilonis* dicti *Greuen* & XVI. jugera quondam *Johannis de Riepberg* cum quartali & XXVIII. jugera agrorum & pratorum quondam dicti *Frunt* & XXX½. quondam dicti *junioris de Altdorf*. & X. jugera quondam dicti *Buhel* & XXIII. jugera cum quartali quondam dicte *Swenen*. Jtem XX. maldra ſiliginis penſionis perpetue ſitis ſuper molendinum in *Hanenbach*. Jt. XVII½. uncias hall. cenſus perpetui in *Altdorf* ſitis. Jtem predicta *Lucgardis* contulit & dedit donacione perfecta & libera inter vivos irrevocabiliter XV. libras, minus V½ ſolid. cenſus perpetui in Spira ſitis noſtro Conventui ſingulis annis

nis presentandis & ministrandis per pytanciarium domus nostre qui pro tempore fuerit, ad melioracionem oleris nocturni tempore estivali, in quantum se extendere poterunt census predicti sub pena memorata. Specificacio verò predictorum hallensium & situs eorum est hec, videlicet: due libre hallens. in Civitate spirensi site super domum *zu deme Nuwen kelre.* Jt. II. libre cum V. unciis hall. ibi super cramo *Diderici* sito inter institores. Jt. ibi II. libre hall. super domum dicti *Roselers* in vico sutorum. Jt. ibi XXX. solidi hall. super domum *C.* de *Landowe* ex opposito Cappelle Sancti *Mauricii.* Jt. ibid. XIIII. uncie hall. super domum dicte *Giselen* juxta Capellam Sancti *Petri.* Jt. ibid. I. libra hall. sitam super domum contiguam predicte *Wallheimern.* Jt. in vico *Mehelgasze* XI. uncie hall. super domibus dicti *Nurenbergers.* Jt. in eodem vico unam libram super domibus dicti *Kaufmannes* carpentarii. Jt. *C.* dictus *Viseler* XI. uncias hall. de piscina ante Veterem portam & *C.* dictus *Pilgrin* III½. uncie hall. similiter de piscina juxta illam sita, quarum piscinarum suppignora sunt hec videlicet do-

domus *Johannis* dicti *Jegers* cum curia sua & ortulo sita infra domum dicti *Spigels* Fratris *H. de Colonia* & *Cunzelini de Wigelles* ante Veterem portam spirensem in Nativitate beate Virginis. Jt. *an deme Drenkeburge tore* super estuario IX. unc. & X. hall. festo *Martini*. Jt. de domo *Dirolfi* juxta monetam VIII. solid. hall. dandos quolibet festo quatuor temporum II. sol. hall. Jt. X. solid. hall. super domibus *Cunonis* dicti *Smalneckers* juxta pontem vini in Nativitate beate Virginis. In quorum testimonium & roboris firmitatem Nos Abbas & Conventus prefati tenore presencium profitemur, predicta bona & redditus sub prefata forma in Nos fore translatos & cum debita graciarum accione ea acceptamus & Nos astringimus ad omnia et singula supradicta inviolabiliter observanda. In cujus rei testimonium, Sigillum quo Nos Abbas et Conventus communiter uti consuevimus, duximus appendendum. Datum anno Domini M°CCC°XXVI°. feria secunda post festum Omnium Sanctorum. (3. Nov.)

CCLXII.

CCLXII.

Littere ſuper una libra hall. pro piſcibus Conventui in Cena Domini. 1326.

Nos Judices Curie Spirenſis recognoſcimus et ad noticiam Univerſorum cupimus eſſe notum, preſencium tenore publice profitentes, quod in noſtra preſencia conſtituti ſub Anno Domini M°CCC°XXVI°. feria quarta ante feſtum beati *Nicolai* Epiſcopi (3. Dec.) *Margareta* dicta *Biegrin* relicta quondam *Conradi* dicti *Bieger* Civis ſpirenſis ſponte et ex certa ſciencia pro ſe et ſuis heredibus recognovit et publice profeſſa eſt, ſe teneri et eſſe obligatam religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Ciſt. Spir. Dyoc. in annuo et perpetuo cenſu Unius libre hall. ſolvendo eisdem per ſe et ſuos heredes ſingulis annis in hijs terminis videlicet decem ſolidos in feſto Purificacionis beate *Marie* virginis et decem ſolidos in feſto Nativitatis ejusdem de domo lignea ſita inter domum ipſius *Margarete* ex una et domum dictam *zu dem Ruſchelin* ex parte altera

tera juxta jus & conſuetudinem Civitatis ſpirenſis, quem olim idem Abbas & eadem relicta de quadam domo ſolvendum titulo emptionis, ut dicitur, comparabat. Renunciavit quoque eadem relicta pro ſe & ſuis heredibus excepcioni doli mali, in factum actioni, beneficio reſtitucionis in integrum, omnibusque aliis excepcionibus & defenſionibus juris Canonici & Civilis, conſuetudinis & ſtatuti publici & privati quibus ad veniendum contra premiſſa per ſe vel alium aut alios in judicio vel extra aut alio quovis modo ſuffragari poſſet quomodolibet aut juvari. Prefata etiam *Margareta* recognovit & promiſit ſe warandiam debitam per annum & diem & ultra juxta jus & conſuetudinem Civitatis ſpirenſis facturam, quod idem cenſus prefatis Abbati & Conventui primitus ſolvatur, exceptis tribus libris hall. que de prefata domo Decano & Eccleſie ſpirenſi ſingulis annis prius & ante cenſum predictum nomine cenſus ſolventur, fraude & dolo in hijs omnibus reconſcriptis. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Actum anno Domini & die ſupradictis.

CCLXIII.

Littere ſuper II. maldris ſiliginis in Ugelnheim, ad Camerariam.
1326.

Nos Officialis Domini Prepoſiti Eccleſie ſpirenſis ſcire volumus preſencium inſpectores univerſos, quod coram Nobis in jure & judicii figura Conſtituti *Heilo* dictus *Seckelin* & *Adelheidis* conjuges legitimi de *Buhel* manu communicata & unanimi conſenſu pro ſe ſuisque heredibus univerſis vendiderunt & tradiderunt juſto vendicionis & tradicionis titulo & ſe ſic vendicionis vendidiſſe preſentibus publice recognoſcunt ſuper bonis infraſcriptis in terminis ville *Ugelnheim* ſitis, ab omni alio cenſu & penſione quitis, liberis & ſolutis ut dicti conjuges aſſerebant honorabilibus & religioſis viris Abbati & Conventui Monaſterii in *Uzerſtal* Ord. Ciſt. Spir. Dyoc. penſionem annuam & perpetuam duorum maldrorum ſiliginis bone & legalis ſpirenſis menſure ſingulis annis in feſto Nativitatis beate *Marie* Virginis ad Civitatem ſpirenſem ſuper Granarium eorundem Abbatis & Con-

Conventus eorunndem conjugum ſuorumque heredum vecturis, periculo, laboribus & expenſis, grandine, exercitu, ſterilitate ſeu quovis caſu fortuito non obſtante dandam, preſentandam & aſſignandam pro duodecim libris hallenſium bonorum & legalium ipſis conjugibus per dictos Abbatem & Conventum numeratis, traditis & ſolutis & in uſus ſuos converſis prout publice recognoverunt coram Nobis. Eſt eciam adjectum, quod eadem bona omnia & ſingula indiviſa apud unum heredem perpetue remanebunt, & quod ſi ipſa bona ex nunc aut in antea aliquo alio cenſu ſeu penſione, quam penſione duorum maldrorum ſiliginis predicta reperirentur gravata & onerata, quod ex tunc dicti conjuges, eorum heredes eadem bona libera et ſoluta facere teneantur, nec non quod ipſi Abbas et Conventus eadem bona attrahere et confiſcare poſſint et debeant ſecundum loci conſuetudinem. quocunque anno in termino predicto dicti conjuges aut eorum heredes in ſolucione et preſentacione ipſius penſionis negligentes fuerint aut remiſſi. Specificacio verò bonorum eſt hec: primo, duo jugera agrorum, que
 ten-

tendunt uber den nuwen graben juxta duo jugera Domini *Gotzonis an dem anger* ſuperius et juxta unum juger *Sigelonis* dicti *Dechan* inferius. Item *in deme Mittelvelde* unum duale ſitum juxta dimidium juger Domine dicte *Maſen* de *Buhel* inferius. Item I. juger *an der ruden* ſitum ſuperius juxta bona plebani in *Walisheim an dem Spierphade.* Item dimidium *Mannesmat wiſen* ſitum juxta Dominam dictam *Wintern* ex uno latere et ex alio juxta *C.* dictum *Schoheim* de *Buheln.* In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum duximus preſentibus appendendum. Datum anno Domini M°CCC°XXVI°.

CCLXIV.

Littere ſuper una libra hall. ad pytanciam. 1327.

Nos Judices Curie ſpirenſis recognoſcimus et ad Univerſorum noticiam in perpetuam rei memoriam deducimus publice per preſentes. quod coram Nobis in figura judicii Conſtituti ſub anno Domini M°CCC°XXVII°. Sabbato poſt ſeſtum beati *Dionyſii* et Sociorum ejus Martyrum (10. Oct.) *Sigelo* dictus

tus *Dechan* et *Margareta* de *Buhel* ejus uxor legittima conjuges ſpirenſes manu communicata, pari voluntate et unanimi conſenſu pro ſe et ſuis heredibus vendiderunt, tradiderunt, aſſignarunt et reſignarunt ac ſe ſponte et ex certa ſcientia juſto vendicionis titulo vendidiſſe, tradidiſſe et aſſignaſſe preſentibus publice recognoſcunt religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Cyſt. Spir. Dyoc. annuum et perpetuum cenſum unius libre hall. dandum, ſolvendum et preſentandum eisdem de curia et ſuper curia dicta *der Breitherin hof* in vico Omnium Sanctorum ſpirenſi ſita juxta piſtrinam Eccleſie Sancte Trinitatis ibidem et ex oppoſito fontis in eodem vico ſiti ſingulis annis perpetuis temporibus terminis ſubnotatis videlicet: decem ſolidos in feſto Nativitatis beate *Marie* Virginis, et decem ſolidos in feſto beati *Martini* Epiſcopi juxta jus et conſuetudinem Civitatis ſpirenſis pro precio decem et ſeptem cum dimidia libra hall. quod quidem precium ydem conjuges confeſſi ſunt recepiſſe, ipſisque numeratum, traditum et integre ſolutum eſſe et in uſus ſuos utiles conver-

 tiſſe.

tiſſe, que quidem curia ab omni alio cenſu, exceptis quatuor unciis hall. Monaſterio in *Mulenbrunnen* et octo hall. dicte Eccleſie Sancte Trinitatis dandis et ſolvendis nomine cenſus libera eſt et abſoluta, prout ydem conjuges publice profitebantur et recognoverunt. Eſt etiam dictum, conventum et adjectum inter ipſos conjuges et ex parte Abbatis et Conventus predictorum, quod ſi aliquis ſeu aliqui, alius ſeu alii pocius jus in eadem curia haberent, ipſamque curiam in judicio vel extra judicium evincerent, ac ipſos Abbatem et Conventum in percepcione dicti cenſus de eadem curia impedirent quovis modo, ex tunc prefati conjuges vel eorum heredes eisdem Abbati et Conventui omne dampnum et intereſſe, que ex hoc ſuſtinerent, integre refundere, et reſarcire tenebuntur, ipſique Abbas et Conventus ſuper hujusmodi dampno et intereſſe ad omnia et ſingula bona mobilia et immobilia ipſorum conjugum, ubicunque locorum ſita reſpectum habebunt, que quidem bona eisdem Abbati et Conventui ſuper eo perpetuo erunt obnoxia et obligata, que eciam bona ydem conjuges ipſis Abbati

bati et Conventui titulo ſubpignoris et pro ſubpignore deſuper conſtituerunt et obligabant ac conſtituunt et obligant in hys ſcriptis, conſtituerunt eciam ſe et promiſerunt ſepedicti conjuges per annum, diem et amplius juxta jus et conſuetudinem dicte Civitatis ſpirenſis warandiam debitam ſuper premiſſis ſe facturos. Renunciaverunt eciam dicti conjuges et renunciant in hys ſcriptis pro ſe et ſuis heredibus excepcioni doli mali etc.....*) et ſemotis. In cujus rei teſtimonium et evidenciam premiſſorum Sigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Actum anno Domini et Sabbato ſupradictis.

*) Clauſulæ additæ ſunt ut in chrrta anni 1328. die 11. Oct. usque ad verba: *& ſemotis.*

CCLXV.

Littere ſuper una libra hall. ex parte Lucgardis. 1327.

Noverint Univerſi preſencium inſpectores, quod coram Nobis officiati Domini Prepoſiti ſpirenſis et *Engellino* Camerario Civitatis ſpirenſis, nec non *C.* dicto *Roner Wernhero Wernheri zu dem Ecken* et *Hugone* de *Viſchelingen*

Civibus ſpirenſibus teſtibus per Nos et dictum Camerarium quo ad infra ſcripta pro teſtibus datis et vocatis ſub anno Domini M°CCC°XXVII°. Craſtino beati *Martini* Epiſcopi (12. Nov.) conſtitutus diſcretus vir *H.* dictus *Schallus* civis ſpirenſis recognovit & confeſſus eſt nec non preſentibus recognoſcit pro ſe ſuisque heredibus univerſis ſe et dictos ſuos heredes ſolvere velle ac teneri religioſis viris Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Ciſt. Spir. Dyoc. cenſum annuum & perpetuum unius libre hall. bonorum & legalium ſingulis annis pro media parte in feſto beati *Johannis Ewangeliſte* & pro alia media parte in feſto beati *Johannis Baptiſte* ſecundum jus & conſuetudinem Civitatis ſpirenſis de domo ſua ſita in vico dicto *Schelreſsgaſze* contiguam domui honeſte Matrone *Lucgardis* dicte *Walheimer* occaſione legati dictis religioſis per eandem quondam *Lucgardim*, que dictum cenſum pro *Elizabeth* dicta *Schelrin* et *H.* filio ejus, quorum idem cenſus extitit et ipſum ſuper prefata domo habuerunt, empcionis titulo comparavit. Hoc adjecto, quod quocienscunque idem cenſus predictis religio-

giosis terminis predictis non solveretur, quod dictis religiosis liceat eandem domum in judicio Camerarii Civitatis spirensis attrahere et suis usibus secundum jus et consuetudinem Civitatis spirensis applicare contradiccione qualibet non obstante, fraude et dolo in premissis exclusis penitus et semotis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum ad peticionem *H.* predicti duximus presentibus appendendum. Datum et Actum anno et die prenotatis.

CCLXVI.

Littere super taxatione reddituum perpetui Vicarii in Ottersheim.
1327.

Judices Curie Spirensis recognoscimus et in perpetuam rei memoriam ad Universorum deducimus noticiam publice per presentes, quod coram Nobis in jure et judicii figura constitutus discretus vir *Cunradus de Rodenburg* plebanus seu vicarius perpetuus Ecclesie parochialis in *Ottersheim*, juramentum, quod ab eo extortum fuerat, ex parte Venerabilis in Xpo patris Domini nostri *Emichonis* Episcopi Spirensis,

quod in acceptando redditus ſue vicarie predicte ſibi per reverendos et religioſos viros Dominum Abbatem et Conventum Monaſterii *Uterine Vallis*, quibus per dictum Dominum Epiſcopum et Eccleſiam ſpirenſem Rectoria eccleſie in *Ottersheim* predicte extitit incorporata, deputatos et ordinatos nullam fraudem commiſiſſet, per quam ſuis in dicta eccleſia ſeu Vicaria in *Ottersheim* ſucceſſoribus aliquod prejudicium fieret aut periculum immineret, ipſum per Nos ſibi delatum ſponte et ex certa ſciencia tactis ſacroſanctis Ewangeliis preſtitit corporale. Redditus vero dicto vicario deputati dinoſcuntur tales, videlicet triginta maldra ſiliginis, decima minuta. It. media pars decime leguminum. It. oblaciones, teſtamenta, legata, remedia et alii proventus, qui de jure et conſuetudine hactenus cedebant et debebantur, duo eciam jura ſilveſtria debentur ei, ita tamen, quod plebanus predictus ſeu qui pro tempore fuerit meſſium temporibus famulo provideat congruo de igne Domini Abbatis et Conventus predictorum, hys etenim dictus contentabitur vicarius, amplius nichil exigendo, et Epiſcopalia,

lia, ſynodalia jura, Archidiaconi et contribucionis partem vicarium duntaxat contingentem, ceteraque omnia hujusmodi poſt contribucionem a Rectoria debitam et Kathedraticum que dicti Abbas et Conventus dare de eadem, quia incorporata, dare tenentur, dabunt et miniſtrabunt fraude et dolo penitus circumſcriptis. In quorum teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Actum et Datum anno Domini M°CCC°XXVII°.

CCLXVII.

Littere ſuper II. libris hallenſ. ex parte Domicelli Waltheri ad pytanciam. 1328.

Nos officialis Domini Prepoſiti ſpirenſis tenore preſencium recognoſcimus, quod coram Nobis in figura judicii Conſtitutus ſub Anno Domini M°CCC°XXVIII°. feria tercia poſt feſtum Epiphanie ejusdem (11. Jan.) *H.* dictus *Siboz* de *Schiverſtat* recognovit et confeſſus fuit nec non preſentibus recognoſcit pro ſe ſuisque heredibus univerſis ſe a Religioſis viris Abbate et Conventu Monaſterii in *Uzerſtal* Ord. Cy-

Cyſterc. Spir. Dyoc. jure hereditario ſive in perpetuam emphiteoſim juſto conductionis titulo conduxiſſe duas areas ad eosdem Abbatem et Conventum ut aſſeruit pertinentes ſitos in villa *Schiverſtat*, una videlicet in loco dicto *an der Rodenbrucken* juxta aream Domine dicte *Truben* et alia apnd fontem dictum *Gridenbrunnen* juxta curiam *Heinzelini de Sluden* pro annuo et perpetuo cenſu duarum librarum hallenſ. ſingulis annis in feſto beati *Martini* Epiſcopi eisdem Abbati et Conventui dando et ad Civitatem ſpirenſem per ipſum conducentem et ejus heredes ad curiam ipſorum Abbatis et Conventus preſentando. Si vero idem conducens aut ejus heredes in ſolucione dicti cenſus fuerint deſides et negligentes, et tunc dicti Abbas et Conventus dictas areas ſecundùm loci conſuetudinem poterunt attrahere et ſuis uſibus applicare. Item prefatus *H.* conducens recognovit nomine quo ſupra bona fide promittendo ſe et ſuos heredes in prefatarum duarum arearum una ubi maluerint, unam domum octo trabes, *gesperre*, nuncupatos habentem edificare et integraliter ſuis ſumptibus, laboribus et

et expenſis conſumare velle et debere. Ut autem ipſis Abbati et Conventui de dicto edificio faciendo magis ſecurius caveatur, idem conducens eisdem Abbati et Conventui curiam ſuam et domum in ea conſtitutam, quam in ipſa villa *Schiverſtat* ſe aſſeruit habere ſitam juxta curiam *Johannis* dicti *Lirer* armigeri pro ſubpignore conſtituit et obligavit ac obligat per hec ſcripta, ita videlicet, quod dicti Abbas et Conventus ad idem ſubpignus reſpectum habeant per conſtructionem domus ſupradicte, et quod eadem domo conſtructa et completa idem ſubpignus ſit ipſius conducentis et ejus heredum liberum et abſolutum. Renunciavit etiam conducens ſe ſuisque heredibus univerſis omnibus et ſingulis excepcionibus et defenſionibus juris Canonici et Civilis, conſuetudinis et ſtatuti publici et privati, quibus contra premiſſa ex nunc aut in antea venire vel facere poſſent quovis modo. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad peticionem conducentis predicti duximus preſentibus appendendum. Actum et Datum anno et die predictis.

CCLXVIII.

CCLXVIII.

Littere ſuper VI½. maldris ſiliginis in Gumersheim. 1328.

Ego *Henricus* dictus *Magiſter Marcius* Scholaſticus Eccleſie Sancti *Germani* Spirenſis certiſſime mortis horam incertam prevenire deſiderans, penſionem ſex modiorum ſiliginis cum quinque ſimeris quam habeo in villa *Gumersheim* poſt mortem meam do et lego Abbati et Conventui Monaſterii in *Uſſerstal* ad pictanciam ſeu refectionem ut volgariter dicitur miniſtrandam in anniverſario meo, et rogo humiliter ut habeant memoriam mei, parentum et benefactorum meorum ac Domini *Friderici* Epiſcopi et revoco ſi quid in prioribus litteris de eadem penſione per me fuerit aliter ſcriptum ſeu etiam ordinatum. In cujus rei teſtimonium Sigillum meum duxi preſentibus appendendum. Datum in *Uſſerstal* anno Domini M°CCC°XXVIII°. Sabbato proximo ante feſtum beati *Georij*. (16. Apr.)

CCLXIX.

CCLXIX.

Littere ſuper II½. libras & XXIX. hall. ex parte Margarete & Cleine de Wizenburg. 1328.

Nos Officialis Domini Prepoſiti Eccleſie ſpirenſis notum facimus preſencium Inſpectoribus univerſis, quod coram Nobis et diſcretis viris *Henelino* dicto *Clobelauch* ſculteto Civitatis ſpirenſis, ac *Heintzelino* dicto *zu dem Gyre*, *Johanne* dicto *Furer*, *Nicolao* ſellatore, *Cunrado* dicto *Yſenbart*, *Johanne* dicto *Holtzappel* et *Georgio* caupone civibus ſpirenſibus teſtibus per Nos et dictum Scultetum, quo ad infra ſcripta datis et vocatis conſtituti ſub anno Domini M°CCC°XXVIII°. feria tercia ante diem beati *Galli* Confeſſoris (11. Oct.) honeſta Matrona *Juncta* relicta quondam *Alberti* dicti *Wipphelers* de *Durlach*, *Heinczo* et *Margareta* liberi ejus juniores pro ſe nec non *Cuntzone* et *Nycolao* ipſorum minorum liberis eorundem *Junte* et *Alberti* conjugum et aliis eorum heredibus univerſis curiam eorum, ut aſſerebant, cum domo, piſtrino et aliis ipſius curie ſtructu-

turis, edificiis et pertinenciis universis sitam extra novam portam Civitatis spirensis ex opposito domus dicti *Dorethbècker* et juxta domos dicti *Kaufman*, cum onere censuum videlicet unius libre et undecim hall. de eisdem debitoribus vendiderunt, tradiderunt et resignarunt et se justo vendicionis, tradicionis et resignacionis titulo vendidisse presentibus publice recognoscunt, religiosis Viris Abbati et Conventui Monasterii in *Uzerstal* Ord. Cist. Spir. Dioc. pro precio XXX. librarum hall. et sedecim solidorum hall. bonorum et legalium, quod quidem precium dicti venditores recognoverunt sibi ex parte dictorum religiosorum virorum numeratum, traditum et solutum fuisse et in usus suos integre convertisse, transferentes per calami exhibicionem dominium, jus, possessionem et proprietatem prefate curie et attinenciarum predictarum in eosdem Abbatem et Conventum omni eo modo, quo melius valere potest et debet. Constituerunt eciam se dicti venditores debitam warandiam, ut moris est, ipsius curie et pertinenciarum predictarum et quod amplior census quam predictus de

ea-

eadem curia et ejus pertinenciis non debeatur, nec ſic onerata legitime facturos ac procurare et ordinare nec non ydonee cavere velle et debere tam pro ſuperfluo cenſu, ſi quis ſuper ipſa curia et ejus attinenciis inveniretur quam pro omnibus liberis ejus minoribus predictis, quod ipſi omnem cenſum, ſi quis reperiretur ſuper prefatis curia, edificiis et ſuis pertinenciis ultra cenſum expreſſum predictum debeant deponere ac eandem curiam cum ſuis pertinenciis ab eodem facere quitam penitus et abſolutam ſuis ſumptibus, laboribus et expenſis, nec non quod ipſi minores cum tot annos attingerint, quod juxta jus et conſuetudinem civitatis ſpirenſis et oppidi *Durlach* hujusmodi vendicionis contractum valeant ratificare et approbare, eundem requiſiti ratificent et approbent et juri ſibi in eadem curia et ſuis pertinenciis competenti renuncient penitus et in toto. Ut autem ipſis religioſis de premiſſis cum effectu adimplendis et obſervandis magis ſecurius caveatur, predicti venditores ipſis diſcretos viros *Eberhardum* dictum *Rude* ſcultetum *de Durlach*, *Hermannum* dictum *Norman* de eodem loco et dic-

 tum

tum *Maczolf* cauponem civem ſpirenſem coram Nobis et ſculteto ac teſtibus predictis preſentes et onus fidejuſſionis in ſe ſponte ſuſcipientes in ſolidum conſtituerunt fidejuſſores, nec non omnia ſua bona que in oppido *Durlach* et ejus terminis habere dinoſcuntur, titulo et loco ſuppignoris conſtituerunt ac ypothecarunt, ita videlicet, ut ſi aliquis amplior cenſus, quam predictus cenſus unius libre et XI. hall. expreſſus ſuper prefatis curia et ſuis pertinenciis inveniretur, vel ſi dictis religioſis aliquod impedimentum vel impeticio aliqua ſurgeret aut irrogaretur per prefatos minores, aut ſi ipſi minores tempore opportuno, ut ſupra dictum eſt, requiſiti eundem vendicionis contractum recuſarent et non curarent ratificare et approbare et juri ſibi in curia et pertinenciis ejus competenti renunciare, quod ex tunc ipſi fidejuſſores moniti videlicet illi de *Durluch* in oppido *Durlach* comeſſabunt ad ſpacium octo dierum, illis verò octo diebus elapſis ſe ad Civitatem ſpirenſem preſentabunt inibi comeſſaciones una cum eorum fidejuſſore predicto ſecundùm jus et conſuetudinem dicte Civitatis ſpirenſis faciendo.

Ipſi

Ipſi quoque eciam religioſi ad bona predicta reſpectum habebunt et ſe de eis intromittere poterunt tamdiu, quo usque eis hujusmodi defectus, qui ex tunc eis ineſt, ipſis ſine omni eorum dampno fuerit per ipſos venditores & eorum heredes ſublatus et reformatus. Uno quoque ipſorum fidejuſſore cedente vel decedente, quod abſit, dicti venditores et eorum heredes alium eque bonum infra menſem in locum ejusdem ſubrogabunt, alioquin ſuperſtites moniti fidejuſſionis debitum adimplebunt tam diu, quo usque alter eque bonus in locum ipſius decedentis fuerit ſubrogatus. Adjectum fuit eciam et condictum, quod ratificacione, approbacione et renunciacione predictis tempore oportuno, ut eſt preſcriptum, per dictos minores factis ydem fidejuſſores ab obligacione fidejuſſoria predicta erunt et ſunt liberi penitus et abſoluti, et preſtiterunt predicti *Heynczo* et *Margareta* juramenta corporalia de obſervando preſentem vendicionis contractum perpetue ratum atque firmum, contra eum vel ejus formam non veniendo quovis modo. Promiſerunt eciam dicti venditores ſe procurare velle et debere, quod *Albertus*

filius prefati quondam *Alberti Wipphelers* infra quindenam proximam Spiram veniet et hujusmodi vendicionem ratificet, ac juri, si quod sibi competeret in curia et suis pertinenciis renunciet predictis penitus in toto, prefatis quoque fidejussoribus similiter pro eo ut hoc fiat fidejubentibus modo et forma predictis, renunciaverunt eciam dicti venditores nomine quo supra excepcioni non numerate pecunie, nec tradite nec solute, excepcioni doli mali, in factum actioni, beneficio restitucionis in integrum, quo deceptis ultra dimidium justi precii aut alias aliqualiter lesis solet subvenire, cunctisque aliis excepcionibus et defensionibus juris Canonici et Civilis, consuetudinis et statuti, publici et privati et specialiter juri dicenti generalem renunciacionem non valere, aliis quoque omnibus cavillacionibus, quibus ad veniendum contra presentem vendicionis contractum vel ejus formam ex nunc aut in antea in judicio vel extra, publice vel occulte, directe vel indirecte arte vel ingenio suffragari possent quomodolibet aut juvari, fraude & dolo in hys omnibus exclusis penitus et semotis. In quorum om-

omnium teſtimonium Sigillum noſtrum ad peticionem venditorum predictorum duximus preſentibus appendendum. Datum anno Domini & feria tercia prenotatis.

CCLXX.

Littere ſuper X. ſolidos hall. ad pytanciam. 1329.

Noverint Univerſi preſencium Inſpectores, quod coram Nobis officiali Prepoſiti Eccleſie Spirenſis ſub anno Domini M°CCC°XXIX°. feria ſecunda poſt Dominicam *Cantate* (22. Maji.) Conſtitutus *Johannes* natus quondam *C.* dicti *Dansreder* civis ſpirenſis pro ſe ſuisque heredibus univerſis ſuper curia ſua, domo & ipſius curie ſtructuris & edificiis nec non pertinenciis univerſis ſita in vico Cerdonum Civitatis ſpirenſis, ex uno latere juxta domum lapideam quondam dicti *Schatz* & ex alio juxta domum lapideam *Johannis* dicti *Hubſchuhel* prius in ampliori cenſu ut aſſerebat, quam in decem ſolidis hall. cenſus fundi, religioſis viris Abbati & Conventui in *Uzerſtal* ſingulis annis in feſto Nativitatis beate *Marie* virginis

perſolvendis ac in annuo cenſu unius libre hall. Cappellariis ſpirenſibus, qui pro tempore fuerint, ſimiliter de dicta curia & ejus pertinentiis perſolvendo non oneratis vendidit, tradidit & reſignavit & ſe juſto vendicionis, tradicionis titulo vendidiſſe preſentibus publicè recognoſcit religioſis viris Abbati & Conventui predictis cenſum annuum & perpetuum decem ſolidorum hall. ſingulis annis in feſto quatuor temporum cadenti circa Dominicam *Invocavit*, ipſis Religioſis de dicta curia & ejus pertinentiis predictis ſecundum jus & conſuetudinem Civitatis ſpirenſis dandum & aſſignandum pro precio ſeptem librarum hall. dicto *Johanni* venditori per ipſos Religioſos numerato, tradito & ſoluto & in uſus ſuos integrè converſo, prout publice recognovit coram Nobis. Conſtituit eciam idem venditor ſe debitam warandiam ipſius cenſus decem ſolidorum hall. venditi per annum & diem & ultra ſecundum jus & Civitatis ſpirenſis conſuetudinem legitime facturum & quod nullus amplior cenſus quam ſuperius expreſſus de prefata curia & ejus pertinenciis antedictus debeatur, & ſi aliquis cenſus alius abſcon-

di-

ditus, quam cenſus predictus ſuper prefata curia & ejus pertinenciis inveniretur, quod ipſe & ſui heredes eundem cenſum debeant & teneantur tollere & removere ſuis laboribus & expenſis. Licebit eciam dicto Abbati & Conventui prefatam curiam cum ſuis edificiis & pertinenciis, quam idem *Johannes* pro dicto cenſu vendito & cenſu fundi predicto, titulo ſubpignoris obligavit & ipſo cenſu oneravit & voluit & vult eſſe oneratam ſecundum jus & conſuetudinem Civitatis ſpirenſis attrahere & confiſcare quocunque anno in terminis predictis. Idem venditor & ſui heredes in ſolucione dicti cenſus venditi & cenſus fundi predicti vel aliqua ejus parte negligentes fuerint aut remiſſi. Promiſit inſuper idem venditor & ſe ad hoc expreſſe obligavit coram Nobis, quod ipſe infra biennium proximum a data preſencium computandum viginti libras hall. in edificiis ſuper area dicte curie faciendis exponere & expendere velit, ipſam curiam ſic meliorando. Renunciavit etiam prefatus venditor pro ſe ſuiſque heredibus univerſis excepcioni non numerate pecunie *) &c. . . & ſemotis. In hujus rei teſtimo-

nium Sigillum nostrum duximus presentibus appendendum. Datum & Actum anno Domini & die prenotatis.

*) Clausulæ insertæ, ut in Charta anni 1328. die 11. Oct. usque ad verba: *& semotis.*

CCLXXI.

Littere super V. libras in Spira, ad Vestiarium. 1329.

Noverint universi presencium Inspectores, quod coram Nobis officiali Domini Prepositi Ecclesie spirensis & discreto viro *Engelino* Camerario Canonico spirensi nec non *Husemanno de Cornu*, *Jacobo* dicto *Clafschenbil* dicto *Cruse*, *Ebelino* dicto *Helfant* minore, *Johanne* dicto *de Hagenowa*, *Wernhero* Sartore & *Johanne* dicto *Winter* civibus spirensibus per Nos & prefatum Camerarium pro testibus quo ad infra scripta datis & vocatis constituti *Johannes* de *Endingen* rasor civis spirensis & *Margareta* uxor sua legitima recognoverunt & confessi sunt nec non presentibus publice recognoscunt se a religiosis viris Abbate & Conventu Monasterii *Uterine Vallis* Cist. Ord. Spir. Dioc. sibi & *Anne* filie ipsorum conjugum

gūm justo conductionis (titulo) conduxisse domum ipsorum religiosorum virorum sitam in Civitate spirensi super ripam ex uno latere juxta domum quondam dicti *Berwurtze*, ex alio juxta domum quam *Ebberhardus* faber cultellorum civis spirensis nunc inhabitat, ad habendam, tenendam, possidendam pro tempore vite ipsorum conjugum & *Anne* filie eorum duntaxat pro annuo censu quinque librarum hall. singulis annis hys videlicet (terminis) quolibet festo quatuor temporum XXV. solid. secundum jus & consuetudinem Camerario spirensi ipsis Religiosis dando & solvendo sub hac pena per ipsos conjuges suo & filie sue predicte nomine in se sponte suscepta & apposita videlicet, quod si ipsi in solucione prefati census aut aliqua ejus parte aliquo termino predictorum terminorum negligentes fuerint aut remissi, quod ex tunc prefatus Camerarius, qui pro tempore Camerarius fuerit, requisitus dictis Abbati & Conventui & eorum procuratori eorum nomine de prefata domo ac ipsis conjugibus pro dicto censu neglecto judicare possit & debeat sine omni juramenti prestacione per ipsos Religiosos

desuper facienda aut nunciacione quacunque secundum morem judicii camerarii ex parte ipsorum facienda in omnem modum & eventum, sicut ipsi Religiosi & eorum procurator ipsorum nomine coram ipso Camerario, ut moris est, prefatam domum evicisse & obtinuisse. Preterea Constitutus coram Nobis prefatus *Johannes* rasor recognovit & confessus fuit, nec non presentibus recognoscit bona fide promittendo se infra quatuor proximos a data presentium computandos de propria sua pecunia dicta edificia dicte domui necessaria per eum facienda VI. libr. hall. exponere & expendere velle debere, penitus absque fraude. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum ad peticionem prefatorum conjugum duximus presentibus appendendum. Datum & Actum anno Domini M°CCC°XXIX°. feria quarta ante festum beatorum *Simonis* & *Jude* Apostolorum. (25. Oct.)

CCLXXII.

CCLXXII.

Littere super una libra hall. ad pytanciam. 1330.

Nos Officialis Domini Prepositi Ecclesie spirensis constare cupimus presencium Inspectoribus universis, quod coram Nobis & dicto *Ozenwalt* nuncio jurato sculteti civitatis spirensis ac discretis viris *H.* de *Hagenowa*, *Emichone* fabro dicto *Maczolf* & *Erlewino* Institore civibus spirensibus per Nos & dictum nuncium, quo ad infra scripta pro testibus secundum consuetudinem Civitatis spirensis datis & vocatis sub anno Domini M°CCC°XXX°. feria tercia post festum Trinitatis (5. Juny.) Constituti *Henzelinus* dictus *Funfeln* pistor civis spirensis & *Metza* filia dicte *Kurtzin* uxor sua legittima manu communicata & unanimi consensu pro se suisque heredibus universis vendiderunt, tradiderunt & resignaverunt & se justo vendicionis, tradicionis & resignacionis titulo vendidisse presentibus publice recognoscunt religiosis viris Abbati & Conventui Monasterii in *Uzerstal* Ord. Cist. Spir. Dioc. censum annu-

nuum & perpetuum unius libre hall. hys terminis videlicet pro media parte in festo Nativitatis beate *Marie* Virginis & pro alia media parte in festo Purificacionis ejusdem secundum jus & consuetudinem Civitatis spirensis de domo ipsorum conjugum quam inhabitant dicta *zu deme Zigelhus* sita in Civitate spirensi super ripa ex uno latere juxta domum *Petri* dicti *Dumplest* sartoris & ex alio latere juxta domum... lotricis, prius tantum, ut asserebant, censum trium librarum hall. dicto *Schalluf* civi spirensi onerata, dandum et persolvendum pro precio tredecim librarum hall. bonorum et legalium, dictis conjugibus per ipsos Religiosos numerato, tradito et soluto ac in usus suos integre converso, prout publice recognoverunt coram Nobis, Constituerunt eciam dicti conjuges se debitam warandiam facturos ipsius census venditi et quod de ipsa domo prius nullus amplior census, quam superius expressus debeatur, licebit eciam dictis Religiosis prefatam domum, quam ipsi conjuges ipsis pro dicto censu titulo subpignoris constituerunt et eam dicto censu onerarunt, attrahere et confiscare secundum consuetudinem Civitatis

tatis ſpirenſis quocunque anno in terminis predictis dicti conjuges aut eorum heredes in ſolucione dicti cenſus aut aliqua ejus parte negligentes fuerint aut remiſſi. Promiſit inſuper prefata *Metza* fide ſua in manus noſtras loco juramenti preſtita, ſe hujusmodi vendicionem perpetue ratam et gratam habituram nec contra eam racione dotis vel donacionis propter nuptias venire vel facere velle. Renunciaverunt inſuper prefati conjuges pro ſe ſuisque heredibus univerſis excepcioni non numerate pecunie etc. *)... et ſemotis. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum duximus preſentibus appendendum. Datum et Actum anno Domini et die prenotatis.

*) Clauſulæ ſequuntur, ut in Charta anni 1328. die 11. Oct. usque ad verba: & *ſemotis*.

CCLXXIII.

Littere ſuper una libra hall. ad pytanciam. 1330.

Nos Officialis Domini Prepoſiti Eccleſie Spirenſis conſtare cupimus preſencium Inſpectoribus univerſis, quod co-

coram Nobis et dicto *Ozenwalt* nuncio jurato ſculteti Civitatis ſpirenſis et diſcretis viris *Alberto* dicto *Kolner* dicto *Sterren* de *Bretheim*, dicto *Dyme* ſutore, *Wernhero* menſuratore, *C.* dicto *piſtore de ſancto Germano* et *Erlewino* Inſtitore civibus ſpirenſibus pro teſtibus per Nos et dictum nuncium ex officii ſui debito quoad infraſcripta ſecundum jus et conſuetudinem Civitatis ſpirenſis datis et vocatis conſtituti *Johannes* dictus *zu dem Gattern* pannifex civis ſpirenſis et *Katharina* uxor ſua legittima manu communicata et unanimi conſenſu pro ſe ſuisque heredibus univerſis vendiderunt, tradiderunt et reſignarunt et ſe juſto vendicionis et reſignacionis titulo vendidiſſe preſentibus publice recognoſcunt, religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterii in *Uzerſtal* Ord. Cyſt. Spir. Dyoc. ſuper domo ipſorum conjugum, quam inhabitant, ſita in Civitate ſpirenſi in vico Sancti *Bartholomei* ex uno latere juxta domum dictam *zu der Vydeln* et ex alio juxta domum *Ottonis* tonſoris pannorum, cenſum annuum et perpetuum unius libre hall. ipſis Religioſis de dicta domo ſecundum jus et conſuetudinem

Ci-

Civitatis ſpirenſis hys terminis videlicet, pro media parte in feſto beati *Johannis Ewangeliſte* et pro alia media parte in feſto beati *Johannis Baptiſte* dandum et ſolvendum pro precio duodecim librar. hall. dictis conjugibus per ipſos Religioſos numerato, tradito et ſoluto et in uſus ſuos integre converſo, prout publicè recognoverunt coram Nobis, Conſtituerunt eciam dicti conjuges ſe debitam warandiam ipſius cenſus venditi et quod nullus cenſus amplior, prius de ipſa domo quam cenſus duarum librarum hall. debeatur per annum et diem et ultra ſecundum jus et conſuetudinem Civitatis ſpirenſis legitime facturos, Renunciaverunt eciam dicti conjuges pro ſe ſuisque heredibus univerſis excepcioni non numerate pecunie ect. *).. et ſemotis. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum duximus preſentibus appendendum. Datum et Actum anno Domini M°CCC°XXX°. feria tercia ante feſtum beati *Johannis Baptiſte*. (19. Juny.)

*) Clauſulæ ut in Charta anni 1328. die 11. Oct. usque ad verba: *& ſemotis.*

CCLXXIV.

CCLXXIV.

Littere renunciacionis heredum Johannis Cerdonis & Methildis ſuper omnibus legationibus ſuis.
1331.

Nos Judices Curie Spirenſis recognoſcimus et tenore preſencium publice profitemur, quod in noſtra preſencia conſtituti *Methildis* relicta quondam *H.* Cerdonis ſpirenſis, *Cunradus* filius ejus et *Elizabet* dicti *C.* uxor legittima publice recognoverunt et profitebantur, ſe ratas et gratas habere velle, omnes legaciones ſeu donaciones, quas bone memorie quondam *Johannes* Cerdo civis ſpirenſis et *Methildis* uxor ejus legittima fecerunt ſeu tradiderunt Monaſterio et Conventui *Uterine Vallis* Ord. Ciſt. Spir. Diœc. in remedium animarum et ſuorum progenitorum, licet aliquid juris eisdem *Methildi, Cunrado* et *Elizabeht* predictis cauſa propinquitatis competit ſeu competere poſſet quoquo modo, ita tamen, quod idem Conventus peragat anniverſaria ſeu legata ipſorum teſtatorum cum piſcibus et aliis prout ipſi ordinaverunt et ſtatue-

tuerunt de eisdem, quod ſi non facerent, quod tunc ſalvum eſſet ipſis *Methildi*, *C. Elizabet* et eorum heredibus, eosdem Conventum deſuper corrigere et eos impetere ſuper eo. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini M°CCC°XXXI°. feria tercia poſt Dominicam *Oculi*. (5. Marty.)

CCLXXV.

Littere ſuper II. jugera ad officium Prioris. 1333.

Judices Curie Spirenſis recognoſcimus publice per preſentes, quod coram Nobis conſtituta *Gertrudis* dicta *Buntekamn* olim incluſa apud eccleſiam parochialem in *Damheim*, nunc vero incluſa apud Cappellam Sancti *Bartholomei* ſpiren. recognovit bone memorie *Gutam* ejus ſororem de ipſius aſſenſu duo jugera terre arabilis ſita in terminis dicte ville *Damheim* in parte inferiori inter *Sleiden* & viam ſpirenſem ob remedium & ſalutem animarum ipſius & quondam parentum & progenitorum ſuorum religioſis viris Abbati & Conventui Ord. Cyſt. Spir.

 Dyoc.

Dyoc. in *Uzerstal* & precipue ad officium Prioratus dicti Monasterii legasse & deputasse, ita tamen quod ipsa *Gertrudis* in ipsis bonis pro tempore vite sue usumfructum haberet & quod post ipsius *Gertrudis* mortem prior dicti Monasterii, qui pro tempore esset, usumfructum eorundem duorum jugerum ad pitanciam dicti Monasterii convertere deberet & erogare. Insuper eadem *Gertrudis* sponte ob memoriam animarum ipsius & omnium predictorum habendam, hujusmodi usufructu & omni juri sibi in prefatis duobus jugeribus competenti renunciavit & eadem dictis religiosis modo quo supra habenda resignavit. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum huic scripto presentibus duximus appendendum. Datum anno Domini M°CCC°XXXIII°. Sabbato post festum Pentecostes. (29. Maji.)

CCLXXVI.

Littere super molendino in Bernesbach. 1335.

Ego *Cunradus miles de Scharffinberg* presentis cedule testimonio ad omnium noticiam pervenire desidero, quod Ego

Ego & mater mea *Demut* & fratres mei *Bertholdus* Cantor majoris Ecclesie ſpirenſis & *Bertholdus* junior molendinum noſtrum in *Bernesbach* ecclesie *Uterine Vallis* pro quadraginta libris ſpirenſis monete unanimi voluntate, manu communicata vendidimus & perpetuo poſſidendum absque alicujus reclamacione contulimus. Hujus rei teſtes ſunt Venerabiles *Cunradus* ſpirenſis Epiſcopus, *Heinricus* Abbas *Uterine Vallis*, *Albero* Cellerarius, *Albertus miles* de *Erlecheim*, *Albuinus niger*, *Albuinus albus*, *H.* de *Huſen*, *Wernherus ante Monaſterium*, *Volzo*, *Ebelinus*, *Ditmarus* theolenarius, *Bertoldus*, *Benzo* Cives ſpirenſes. Ut autem iſta vendicio firma & inconvulſa permaneat, preſentem inde cedulam conſcribi & Sigillis ſupradictorum Venerabilis *Cunradi* ſpirenſis Epiſcopi & *Heinrici Uterine Vallis* Abbatis & Sigillo civium Spirenſium fecimus communiri. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnacionis M°CCC°XXXV°.

CCLXXVII.

Littere ad pytanciam ſuper III. libras hall. 1336.

Nos Fr. *Petrus de Durenkeim* Commendator ceterique Fratres in *Heimbach* Ordinis hoſpitalis Sancti *Johannis jheroſolimitani* univerſis preſencium Inſpectoribus cupimus eſſe notum, quod Nos propter gravia Domus noſtre debitorum onera & evidentem neceſſitatem noſtram habita matura deliberacione inter Nos pari conſenſu & unanimi voluntate vendidimus & tradidimus nec non juſto vendicionis tytulo vendimus & tradimus per preſentes religioſis viris Domino Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Ciſt. Ord. Spir. Dioc. redditus annuos & perpetuos trium librarum hall. quos actenus habuimus & ſingulis annis percepimus a probis & honeſtis perſonis *Henrico* dicto *Bidelbecher* de *Kanskirchen* & fratre ſuo *Theoderico* ſculteto de *Albirswilre* & eorum pueris in feſto beati *Martini* Epiſcopi pro XXXVI. libris hall. quos ab ipſis recepimus & in uſus domus noſtre convertiſſe integraliter

et

et complete confitemur, aſſignantes & tradentes eis bona infraſcripta & eorum proprietatem omni jure & modo, quo ipſa habuimus & ipſos empturos in corporalem induximus & preſentibus inducimus poſſeſſionem nomine ypothece poſſidenda, videlicet II. libras hall. ſingulis annis in feſto Sancti *Martini* de dimidio jugere vinee ſito *an dem Spisze* olim *an Kanzis wingart*. It. de tercia parte unius jugeris vinee ibidem ſita. It. de uno jugere vinee ſite *amme herwege*. It. de quarta parte unius jugeris vinee tendente *of die lohir*. Item de curia que fuit quondam *Bertoldi* ſculteti. It. de curia que quondam fuit dicti *Babin*. Item terciam libram eodem feſto ſingulis annis percipiendam de dimidio jugere vinee ſito *an deme Gerwinsdal*. It. de dimidio jugere vinee dicto *das Wurſteſtucke* ibidem. Item de quarta parte unius jugeris vinee ſite apud arborem quondam *Wintirs*. Item de quarta parte vinee ſite *in der Fahrgazzen*, que bona dicta emptoribus reſignavimus in judicio & marchia ubi bona preſcripta ſunt et preſentes litteras tradidimus ipſis emptoribus cum renunciacione debita et

 con-

confuetudinaria ejusdem judicii ore, manu et calamo, prout idem judicium et jurati nos et predictos emptores informaverunt et nomine juramenti fui dixerunt coram *Bertholdo Wiseman* fcultoto, *Bertholdo Smaltz*, *Herbilmanno* carnifice, *Heilmanno* fculteto, *Muntzelino Wirt*, *Bertholdo Fusin*, *Cuntzelino* fratre fuo, *C. Roseler*, Domino *Johanne* filio *Bidilbecher* et ceteris juratis et villanis, renunciantes pro Nobis et noftris fucceſſoribus in perpetuum fuper premiſſis omnibus et fingulis omni juris Canonici et Civilis auxilio et omnibus privilegiis ac litteris Nobis ac noftro Ordini a Sede Apoftolica feu Regibus et Imperatoribus ac aliunde à quibuscunque impetratis et impetrandis fub quacunque forma exiftentibus, quibus contra premiſſa vel aliquod premiſſorum Nos vel noftri fucceſſores vel fuperiores, quod abfit in judicio vel extra publice vel privatim aliqualiter poſſemus vel vellemus contravenire omni fraude et dolo penitus circumfcriptis. In quorum omnium teftimonium et robur premiſſorum Nos fr. *Petrus* predictus Commendator predicte Domus Sigillum noftrum una cum Sigillo Fra-

Fratrum Conventualium domus noſtre preſentibus duximus appendendum. Datum anno Domini M°CCC°XXXVI°. feria IIII. poſt Nativitatem beate *Marie* Virginis glorioſe. (11. Sept.)

CCLXXVIII.

Subpignus in Rehtenbach. 1336.

Noverint univerſi preſencium Inſpectores, quod *Volzo* dictus *de Rehtenbach* civis Wizenburgenſis et *Metza* uxor ejus legittima conſtituti coram ſcabinis in *Rehtenbach* publice profitebantur, eis locata quondam fuiſſe per Abbatem et Conventum Monaſterii *Uterine Vallis* tria jugera vinearum ſitarum *bi dem Wanwege*, pro IX. libris et X. ſolidis hall. ſingulis annis ſolvendis in feſto Omnium Sanctorum, prout in inſtrumento ſuper hoc confecto et Sigillo dicte Civitatis munito plenius proteſtatur, et ut prefati Domini Abbas et Conventus cerciores pro dicto cenſu exiſtant, prefati conjuges ipſis pro ſubpignore communicata manu conſtituerunt ac reſignaverunt I. juger vinee ipſorum dictum *Gerolt* ſitum in Marchia dicte ville *Rehtenbach oben an den hofsteden*

den, de quo dantur nisi duo hallenses censuales super altare ibidem. Testes, qui huic resignacioni interfuerunt, sunt hy: *Johannes* dictus *Hartunc*, *Eberhardus* filius dicti *Grefen*, *Andreas*, *Petrus*, *Cuntzo* dictus *Gerolt*, *Cuntzo* dictus *Scherer*, *C. Steigelman* et frater *Johannes* Prior dicti Monasterii et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec anno Domini M°CCC°XXXVI°. Dominica ante *Nicolai* Episcopi (1. Dec.). In cujus rei testimonium Ego *Nicolaus* plebanus dictus *Raub* parrochie Sancti *Johannis* in *Wizenburg* ad preces dictorum conjugum Sigillum meum duxi presentibus appendendum.

Sub Ludovico Abbate.

Anno Domini M.CCC.XL. Littere Domini *Lodewici* Imp. super Ecclesiam in *Annewilre*. l. c. p. 311.

CCLXXIX.

Littere super pensiones siliginis & VIII. unciarum hallensium in Swebicheim. 1343.

Nos Officialis Domini Prepositi Ecclesie Spirensis recognoscimus et ad Universorum noticiam deducimus publice per

per presentes, quod Constituti in jure coram Nobis religiosi viri Abbas et Conventus Monasterii *Uterine Vallis* et propter evidentem suorum utilitatem et sui Monasterii in perpetuam emphiteosin seu melioracionem locaverint ac se locasse justo et legitimo locacionis tytulo presentibus recognoscunt, personis inferius descriptis conducentibus pro se et suis heredibus bona et agros inferius notatos. Et primo locaverunt dicto *Mut* filio *Hartmudi* octuaginta jugera agrorum campestrium sita in Marchia ville *Swebichenheim*, de quibus quadraginta tendunt jugera ex una parte *uf den Spir weg* et ex alia parte *uf den Zaul* et quadraginta jugera residua sita sunt *in dem Heiligensteiner grunde* et tendunt *uf den Heiligensteiner weg* pro sedecim maldris siliginis. Item locaverunt *Heiloni* dicto *Hartmut* viginti jugera agrorum, que sita sunt *in dem Heiligensteiner grunde* pro pensione quatuor maldrorum siliginis. Item locaverunt *Heiloni* dicto *Frisbechir* quinquaginta unum jugera agrorum, de quibus sedecim tendunt *uf den Zaul* et reliqua tendunt super stratam spirensem *oben an dem Langensteine* pro pensione an-

nua decem maldrorum ſiliginis. Item locaverunt *Sifrido* filio dicti *Fribecher* quindecim jugera agrorum, de quibus quinque jugera ſita ſunt *fur dem Zaul* & reliqua tendunt *uf Heiligenſteiner weg* pro penſione annua trium maldrorum ſiliginis. Item locaverunt *Fritzoni* dicto *Hubenloch* decem & novem jugera agrorum, de quibus ſeptem jugera tendunt *uf den Zaul* & reliqua tendunt *of den Langenſtein* pro penſione annua quatuor maldrorum ſiliginis. Item locaverunt *Conrado* dicto *Beder* decem jugera agrorum, de quibus quinque jugera ſita ſunt *fur dem Zaul* & reliqua ſita ſunt *obewendig des Langenſteines* pro penſione annua duorum maldrorum ſiliginis. Item locaverunt *Jacobo* dicto *Furſter* viginti jugera agrorum, de quibus ſex cum dimidio jugera ſita ſunt *fur dem Zaul* & quinque ſita ſunt *bi dem hangenden ſteine*, & octo cum dimidio jugera ſita ſunt *of dem Heiligenſteiner wege* pro penſione quatuor maldrorum ſiliginis. Item locaverunt *Gernodo* viginti agros, qui ſiti ſunt *in dem Grunde zwiſsen den zwen wegen, Heiligenſteiner wege und Spirer Straze* pro penſione quatuor mal-

maldrorum ſiliginis. Item locaverunt *Sifrido* dicto *Grauwel* triginta quatuor jugera, de quibus duodecim jugera ſita ſunt *fur dem Zaul*, ſeptem jugera *bi dem Langenſteine* & quindecim jugera ſita ſunt *bi dem Fuhslochern*. Item locaverunt *Johanni* dicto *Eckehart*, unam peciam agri campeſtris dictam *ein gere* ſitam *neben dem bruwel* pro cenſu annuo quinque ſolidorum hallenſium dando annis ſingulis in feſto beati *Martini*. Item locaverunt *Heinrico* dicto *Schutze* quinque jugera agrorum dicta vulgariter *den harchuſer Seh* pro cenſu quinque unciarum hallenſium dando & ſolvendo annis ſingulis in feſto beati *Martini*. Eſt eciam inter Abbatem & Conventum ac perſonas conducentes ſupra expreſſatas condictum expreſſe et adjectum videlicet, quod quilibet predictorum conducencium penſionem eam pro parte ſua contingentem ad villam *Swebichenheim* ſuper Granarium Abbatis & Conventus predictorum efficaciter preſentare debebit ſingulis annis in feſto Nativitatis beate *Marie* Virginis, ipſius vectura, laboribus & expenſis, grandine, exercitu, ſterilitate, frugum decreſcencia, ſeu quovis alio caſu infortuato non

non obſtante. Promittentes nichilominus hujusmodi locacionem ratam & gratam obſervare nec contra eam facere vel venire in judicio vel extra, publice vel occulte, directe vel indirecte, per ſe vel alios queſito quovis ingenio vel colore. In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum evidens teſtimonium Sygillum noſtre Officialitatis preſentibus eſt appenſum. Datum & Actum anno Domini Milleſimo tricenteſimo quadrageſimo tercio, feria ſecunda poſt Dominicam *Jubilate*. (23. Juny.)

CCLXXX.

Littera Abbatiſſe de Ponte Salutis ſuper domum in Landowia. 1343.

Wir frowe *Agnes* Abtiſſen zu *Heilsbrücken* und wir der Covent deſſelben cloſters in Spiter biſtum gelegen tun kunt allen den die diſen brief ſehent oder horent leſen, das wir han verzigen, und verzihen in diſem gegenwertigen briefe uffe alle anſprache und vorderunge die wir gehabet han oder ummer gewinnen mohten an Sweſter *Getzeln* von *Walſenheim der Haumbechern* dohter, von des huſes wegen das ſie

ſie verkauft hat und zekauffe geben hat dem erbern Herren dem Apte und dem Covente zu *Uzzerſtal*, alſo das wir noch unſer nachkumen an Sweſter *Getzeln* hie vor genant, noch an ir erben noch an die Herren und das Cloſter von *Uzzerſtal* keynerlei anſprache me haben ſollen von des vorbenanten huſes wegen, das zu *Landowe* in der ſtat gelegen iſt hinden an herren hof von *Uzzerſtal*, und ſullen wir noch unſer Cloſter, die vorbenanten Herren von *Uzzerſtal* an diſem huſe furbaz me ungehindert und ungeirret und ane alle anſprache Lazen mit gerithe oder ane gerihte. Herumbe ſo han wir entphangen und genumen funf phunt heller der unſer Sweſter *Getzele* gewert hat, darumbe wir lutterlichen verzigen han, als hievor geſcriben ſtet, ane alle geverde. Und zu urkunde dirre dinge han wir die Abtiſſen und der Covent hievor geſcriben unſer Jngeſigele gehenket an dieſen brief. Datum Anno Domini M°CCC°XLIII°. Jn die *Barbare* Virginis. (4. Dec.)

CCLXXX. *b*.

CCLXXX. *b.*

Littere duarum cum dimidia unciarum hallensium. 1344.

Nos Officialis Domini Prepositi Spirensis recognoscimus per presentes, quod coram Nobis in judicii figura constituti religiosi viri Domini Abbas & Conventus Monasterii *Uterine Vallis* Ord. Cist. Spir. Dyoc. ex una, & *Heinricus* dictus *Vorster* de *Swebechenheim* parte ex altera, prefati Religiosi, matura, ut asseruerunt, inter eos deliberacione prehabita & ob evidentem dicti eorum Monasterii, utilitatem duo cum dimidio jugera aratoria sita in loco dicto *in dem Galgen sewe*, in terminis dicte ville *Swebechenheim*, ad eos, ut asseruerunt, pleno jure spectancia & ab omni censu seu pensionis honere libera & absoluta prefato *Heinrico Vorster* sibi & suis heredibus universis in perpetuam emphyteosim conducenti locaverunt & pro se, eorum Monasterio nec non suis successoribus universis se locasse presentibus publice profitentur pro censu annuo & perpetuo, duarum cum dimidia unciarum hall. bonorum, quem cen-

cenſum idem *Heinricus* conducens pro ſe & ſuis heredibus univerſis prefatis Religioſis & ſuis ſucceſſoribus, ſingulis annis perpetuis temporibus dare & aſſignare in feſto Sancti *Martini* Epiſcopi & ad curiam eorundem Religioſorum in dicta villa ſituata preſentare promiſit fide data in manus noſtras vice & loco juramenti, omni dilacione poſtpoſita, grandine, exercitu, ſterilitate, frugum decreſcentia ſeu quovis alio caſu fortuito non obſtante, de quo teſtimonium ſub Sigillo curie noſtre ad preces dictarum parcium appenſo preſentibus perhibemus. Actum Anno Domini M°CCC°XLIIII°. Craſtino beati *Michahelis*. (30. Sept.)

CCLXXXI.

Littera ſuper una libra hall. & una urna olei. 1345.

Nos Officialis Domini Prepoſiti Eccleſie Spirenſis tenore preſencium publice profitemur, quod coram diſcreto viro *Jacobo* Sacerdote Capellano in *Landow*, cui vices noſtras ad audiendum commiſimus, nec non *Johanne* plebano in *Ottersheim*, *Heinrico* dicto

Ba-

Babe, dicto *Stumph* & fratri *Wernhero* conventuali Monasterii *Uterine Vallis* pytanciario ejusdem Conventus pro testibus ad infrascripta per dictum Commissarium nostrum datis, vocatis & rogatis Constituti *jutta* dicta *Rudolfen*, *Meimhardus*, *Katharina*, *Bertholdus* dictus *Eppolt*, liberi dicte *jutte* & *Petrus* filiaster *jutte* ejusdem confessi sunt sponte & ex certa sciencia, manu communicata, pari voto & unanimi consensu ob eorum utilitatem meram vendidisse, tradidisse & resignasse, nec non presentibus vendunt, tradunt & resignant religiosis viris Domino Abbati & Conventui Monasterii *Uterine Vallis* ad pytanciariam annuum & perpetuum censum unius libre hall. & unius urne olei de & super bonis infrascriptis singulis annis et perpetuis temporibus in festo beati *Martini* Episcopi per prefatos venditores et sub eorum expensis, periculo et laboribns ad dictum Monasterium *Uterine Vallis* solvendum, presentandum et assignandum, grandine, exercitu, sterilitate, incendio aut quovis alio casu fortuito non obstante pro pretio viginti quinque librarum hall. bonorum et legalium eisdem venditoribus

bus per prefatos emptores tradito et foluto ac in ufus fuos converfo, prout hoc publice coram dicto noftro Commiffario fuerant confeffi, et ut dicti emptores in folucione, prefentacione et affignacione dicti cenfus cerciores exiftant, prefati venditores pro fe et fuis heredibus hec bona, videlicet: primo tria jugera pratorum fita in Marchia ville *Geckelingen* dicta *die Rudolfen wife* tendencia *uf den alten weg* qua itur ad villam *Geckelingen*, It. tria jugera agrorum fita in terminis ville *Efchebach an dem Fritage nahe dem dorfe* jufto fub pignoris tytulo obligaverunt et obligant per prefentes. Renunciaverunt eciam dicti venditores pro fe et fuis heredibus, univerfis excepcionibus doli mali etc. (*Claufulæ ut* 22. *Febr.* 1307. *circumfcriptis*). In cujus rei teftimonium Sigillum Curie noftre huic inftrumento ad preces dictorum contrahencium prefentibus eft appenfum. Datum et Actum anno Domini M°CCC°XLV°. Sabbato ante Invencionem Sancte Crucis. (30. Apr.)

CCLXXXII.

Littere ſuper I½. urnam olei & I. libram hall. ad pittanciam. 1345.

Nos Officialis Domini Prepoſiti Eccleſie Spirenſis recognoſcimus et ad univerſorum noticiam deducimus per preſentes, quod Conſtituti coram diſcreto Viro *Jacobo* Sacerdote Cappellano, in *Landowe*, cui vices ad audiendum infraſcripta auctoritate noſtra noſtras commiſimus nec non diſcreto viro *Johanne* plebano in *Ottersheim Heinrico* dicto *Babe* dicto *Stumph* et fratri *Wernhero* Conventuali Monaſterii *Uterine Vallis* Ord. Cyſt. pittanciario ejusdem Conventus pro teſtibus ad infra ſcripta per dictum Dominum *Jacobum* Cappellanum noſtrum commiſſarium datis, vocatis et rogatis *Bertholdus* dictus *Hane* et *Huſa* uxor ſua legittima, *Hertelinus Hartmudi* dicti *Schute*, *Eilſa* uxor ſua legittima et *Petrus Volzonis* et *Anshelmus* couterini de *Ulvensheim* prefati *Bertholdus Hane* et *Huſa* uxor ſua legitima manu communicata, pari voto et unanimi conſenſu penſionem annuam et perpetuam ſive cenſum unius

unius urne olei de bonis infrascriptis pro subpignoribus obligatis pro precio duodecim librarum hall. bonorum et legalium eisdem conjugibus per emptores infrascriptos tradito et soluto ac in usus suos converso, prout hoc publice recognoverunt. Item predicti *Hertelinus Hartmudus* dicti *Schutze* et *Eilsa* uxor sua legitima annuam et perpetuam pensionem sive censum dimidie urne olei de bonis infrascriptis pro subpignoribus obligatis pro precio sex librarum hall. bonorum et legalium eisdem conjugibus per emptores infrascriptos tradito et soluto et in usus suos converso, prout eciam hoc publice coram Nobis sunt confessi. Item prefatus *Petrus Volzonis* et *Anshelmus* couterini annuam et perpetuam pensionem sive censum Unius libre hall. de bonis infrascriptis pro subpignoribus obligatis pro precio duodecim librarum hall. eisdem couterinis tradito et soluto ac in usus suos converso, prout hoc publice sunt confessi sponte et ex certa sciencia pari voto nec aliqua suggestione circumventi ob eorum meram utilitatem religiosis viris Abbati et Conventui Monasterii *Uterine Vallis* Ord. Cist. vendi-

diderunt, tradiderunt et resignaverunt, nec non divisim, ut predicitur, confessi sunt se omni modo, jure et forma quibus melius possent, vendidisse, tradidisse et resignasse pensiones sive census predictos divisim, ut predicitur singulis annis et perpetuis temporibus in festo beati *Martini* Episcopi religiosis viris predictis ad pittanciam dicti Conventus et Officiatori dicte pittanciarie supra dictorum venditorum periculo, laboribus et expensis ad dictum Monasterium presentandas, solvendas et tradendas, grandine, exercitu, sterilitate, incendio aut quovis alio casu fortuito non obstante. Et ut religiosi viri predicti Dominus Abbas et Conventus Monasterii *Uterine Vallis* in solucione, presentacione et assignacione censuum predictorum singulis annis et perpetuis temporibus, ut predicitur, solvendorum cerciores existant, prefati venditores quilibet pro se et suis heredibus certa bona infrascripta in terminis ville *Ulvensheim* predicte sita justo subpignoris titulo obligarunt et obligant per presentes. Specificacio vero bonorum per *Bertoldum* dictum *Hane* et *Husam* uxorem suam pro censu unius urne olei ven-

venditi Religiosis predictis, ut predicitur est hec, primo Alterum dimidium juger vinee site *miden an dem market Wege* juxta dictum *Senger* ex una et *Cristinam* filiam *Gotfridi* ex parte alia. It. unum juger *nebent an dem Fronacker* quod tendit *uf die Kalmutte* juxta dictam *Mergarte*. It. unum quartale *an dem heinehe* juxta *Spansgrube* quod tendit ad quartale *Conradi* dicti *Dubera*. It. unum ortum *vor der Heiniche* situm juxta *Conradum Brunonis*. It. unum juger vinee *vor dem Heinehe*, quod quidem juger olim fuit dicti *Sibeldingera*. Nunc vero sequitur specificacio bonorum per *Hertelinum Hartmudia* dicti *Schutze* et *Eilsam* uxorem suam legitimam pro censu dimidie urne olei pro sex libris hall. Dominis Religiosis predictis, ut predicitur, vendito titulo pignoris obligatorum et primo dimidium juger vinee tendens *uf die halte*, quod est dicte *der Kuthingen* juxta *Hunfridum* rasorem. Item unum quartale *das do furchet uff Giseln* juxta *Conradum Brunonis*. It. dimidium quartale *in dem Grunde ime birloche* juxta *Heilmannum* dictum *Fichteler*. It. unum quartale *vor dem Heinehe oben*

 an

an dem Kappusgarten juxta *Johannem* dictum *Kunen.* Item unus ortus ante Sancti *Laurencii* portam, qui olim fuit *Hartmudi Schutzen.* Item sequitur specificacio bonorum per *Petrum Volzonis* et *Anshelmum* couterinos pro censu unius libre hall. pro duodecim libris hall. predictis Religiosis vendito titulo subpignoris obligatorum et primo alterum dimidium juger terre arabilis site *an dem Snellengraben* juxta dictum *Landolt.* It. duo jugera agrorum *oben an dem hovewiesengrunde die Ziehent den berg uf* juxta dictum *Lechener* armigerum. Item duale agri *uber den smalen phat* juxta *Petrum* de *Bochingen.* It. alterum dimidium juger agri *die stoszent uf den Kungesweg und hennen.* Item unum juger agri *uf der mittelen gewanden der do stoszet uf den brugel.* Renunciaverunt quoque dicti venditores divisim ut predicitur pro se et suis heredibus universis excepcionibus doli mali etc. (*Clausulæ ut* 22. *Febr.* 1307. *circumscriptis.*). In cujus rei testimonium Sigillum Curie nostre ad preces dictorum contrahencium presentibus est appensum. Datum et Actum Anno Do-

Domini M°CCC°XL°. quinto, Sabbato poſt Invencionem Sanĉte Crucis (7. Maji.)

CCLXXXIII.

Littera Domini Ludewici Imperatoris ſuper quibusdam libertatibus de novo ratificatis & conceſſis. 1346.

Ludewicus quartus Dei Gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ad perpetuam rei memoriam. Accedentes ad noſtre Majeſtatis preſenciam Illuſtres *Rupertus* ſenior et *Rupertus* junior Comites Palatini *Reni* et Duces *Bawarie*, Principes & Patrui noſtri kariſſimi Nobis humiliter ſupplicarunt, quatenus religioſis viris Abbati et Conventui Monaſterii *Uterine Vallis* Cyſt. Ord. Spir. Dyoc. devotis noſtris dilectis privilegium infraſcriptum cum omnibus ſuis articulis et libertatibus in eo contentis de plenitudine Imperatorie poteſtatis approbare de novo donare et confirmare dignaremur, cujus quidem privilegy tenor ſequitur in hec verba: Nos *Emicho* etc. vid. ſupra an. 1286. — Nos vero diĉtorum principum et patruorum noſtrorum devotis ſupplicatio-

nibus favorabiliter annuentes Abbati & Conventui *Uterine Vallis* predicti privilegium suprascriptum cum omnibus suis articulis, gracys & libertatibus prout de verbo ad verbum est expressum, approbamus, de novo concedimus & de plenitudine Imperatorie potestatis in Dei nomine confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre approbacionis, nove concessionis & confirmacionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare presumpserit, gravem nostre Majestatis indignacionem & penam decem librarum auri, quatenus medietatem fisco nostro, reliquam vero medietatem injuriam passis applicari volumus, se noverit incursurum. Datum in *Heydelberg* in die beati *Valentini* anno Domini M°CCC°XLVI°. Regni nostri anno tricesimo secundo, Imperii vero decimo nono.

CCLXXXIV.

Gerhardus Spirensis Ecclesie Episcopus monasterio Uterinæ Vallis unit parochiam in Kanskirchen. 1360.

Gerhardus Dei & Apostolice Sedis gracia Spirensis Ecclesie Episcopus dilec-

lectis in Xpo. filys Abbati & Conventui Monasterii *Uterine Vallis* Ord. Cyst. Spir. Dyoc. salutem & sinceram in Domino caritatem. Bone rei dare consultum, nec solum presentis vite subsidium, sed eterne retribucionis premium cernitur expectare. digne igitur onera non modica hospitalitatis vestre, nec non combustionis intollerabilia incommoda, quibus pregravati estis, paterno conspicientes intuitu, vobis accedente consensu honorabilium virorum Prepositi, Decani et Capituli Ecclesie nostre spirensis presencium tenore indulgemus & concedimus, ut decimas, proventus, census & redditus parrochialis Ecclesie in *Kanskirchen* nostre Dyoc. cujus jus patronatus ad vos ex donacione nobilis viri *Heinrici de Fleckenstein militis* junioris dicti *de Bickenbach* & ad nostros successores pertinet, possitis sine nova vel aliqua alia nostra vel loci Archidiaconi licencia ac permissione percipere & usibus vestris unire & in relevamen hospitalitatum vobis incumbencium applicare & alias vestris necessitatibus succurrere, prout placet, si eadem ex nunc vacat, vel quam primum ipsam Rectore vacare contigerit, salva

 con-

congrua ac honeſta ac porcione obvencionum & fructuum earundem deputanda & aſſignanda ad arbitrium Prepoſiti ſupradicti pro ſuſtentacione Vicarii perpetui Sacerdotis in eadem eccleſia reſidentis per Abbatem Monaſterii predicti preſentandi & per Archidiaconum loci inſtituendi, qui ex porcione predicta jura Epiſcopalia & Archidiaconalia perſolvere valeat & Nobis & eidem Prepoſito, nec non ad obedienciam teneatur debitam & conſuetam. In quorum evidenciam & perpetui roboris firmitatem Sigillum noſtrum una cum Sigillis Capituli Eccleſie noſtre ſpirenſis nec non Archidiaconi loci duximus appendendum. Datum & Actum anno Domini M°CCC°LX°. feria VI. ante feſtum *Agnetis* virginis & Martyris. (16. Jan.).

CCLXXXV.

Littere penales in Ponte Salutis ſuper XVI. amas vini in Arbozheim.

1380.

Nos ſoror *Bernheydis* Abbatiſſa totusque Conventus Monialium in *Ponte Salutis* tenore preſencium publice profite-

fitemur, quod cum Anno Domini M°CCC°LXXX°. redditus perpetuos ſedecim amarum vini, quas habemus ex donacione felicis memorie *C. militis* dicti *Wolfer* pro neceſſitate noſtra redimenda vendere compelleremur dictos redditus, Fr. *Theodericus* converſus Magiſter hoſpitalis in *Uterina Valle* a Nobis comparavit ſub tali condicione, quod dicti redditus ad ſolacium infirmorum in hoſpitali decumbencium, quamdiu infirmis ibidem provideretur, deberent ſpecialiter deputari, ſi vero quocunque anno dicti redditus infirmis ſubtraherentur, eodem anno dicti redditus ad noſtrum Infirmitorium darentur pro ſolacio infirmorum noſtrorum & hoc annis ſingulis lege perpetua ſervaretur ſub hac forma predictos redditus vendidiſſet in villa *Arbotsheim*, ubi ſita ſunt. reſignaſſe nos profitemur ſub atteſtacione preſencium litterarum, quibus Sigillum noſtrum appendimus in teſtimonium premiſſorum.

Sub Abbate Johanne Zoberer.

Anno M.CCC.XCIV. — Littere ſuper Compoſicione facta inter Nos & ruſticos circa *Heingereide*. l. c. p. 313.

An-

Anno Domini M. CCCC. primo — *Ruperti* Rom. Regis confirmacio omnium privilegiorum noſtrorum ſpecialiter juris patronatus Eccleſie *Annewilre* ac tranſitu ripe, ſuper molendinum *Methersheim* &c. l. c. p. 320.

CCLXXXVI.

Sententia Procuratoris in Winczingen contra quendam Conradum Dremel villanum in Schyverſtat. 1425.

In nomine Domini Amen. Officialis Domini Prepoſiti Spirenſis. Cum pridem honorabilis & religioſus vir Dominus *Johannes* profeſſus Monaſterii *Uterine Vallis* procurator ejusdem in villa *Winczingen* Spirenſis Dioceſis de & ſuper duodecim libris & quatuordecim ſolidis denariorum atque ſedecim maldris ſpeltarum occaſione quorundam dampnorum ſibi illatorum & eorum occaſione coram Nobis *Conradum Dremel* de villa *Schyverſtat* dicte Dioceſis traxiſſet in cauſam, lite igitur per dictum reum negando narrata etiam jure petita legitime conteſtata, juratoque de calumpnia & veritate dicenda partes per predictas nonnulli articuli effectum ip-

ipſius actoris concludentes per eundem oblati ſunt & producti, quibus eciam per ipſum reum medio ſuo juramento extitit reſponſum. Productis igitur per dictum actorem quibusdam teſtibus, quibus in preſencia Rei citatis juratis receptis & per Nos in forma teſtium examinandorum fideliter examinatis, dictisque & depoſicionibus eorundem publicatis ac ulterioribus teſtibus renunciatis in cauſa ipſa una cum procuratoribus partium nobiscum voluntarie concludentibus concluſimus & pro concluſo habuimus & habemus. Viſis igitur ſingulis coram Nobis in hac cauſa deductis actis geſtis & probatis in ſupplementum probationis ipſi actori juramentum tale duximus deferendum, uti videlicet quod dampna ſibi per dictum Reum aut ſuos ſui nomine ſe ad ſummam quatuor librarum & quatuordecim ſolidorum denariorum atque ſedecim maldrorum ſpelte ſe extendant, quo juramento ſic delato & per ipſum Actorem preſtito ſic duximus ſententiandum: Xpi nomine invocato pro tribunali ſedentes & ſolum Deum pre oculis habentes dicimus, decernimus & declaramus *Conradum Dremel* predictum in qua-

quatuor libris & quatuordecim ſolidis denariorum ac ſedecim maldris ſpeltarum bonorum & legalium dicto Domino *Johanni* procuratori occaſione dampnorum ſibi illatorum condempnandum fore, quem etiam ad tradendum eadem una cum expenſis litis in hac cauſa legittime factis condemnamus, quarum tamen taxationem Nobis impoſterum reſervamus. Lata eſt hec noſtra ſententia in preſencia *Nicolai* pictoris procuratoris Actoris in conſcientiam *Jacobi Hartberg* procuratoris rei, a qua lectura idem *Nicolaus* quantum pro ſe erat ipſam recepit, quantum vero non, ad Dominos Judices Curie Spirenſis appellavit, cui Dominus Officialis reſpondit, ſe ſibi velle dare Apoſtolos infra terminum Juris. Datum anno Domini Milleſimo quadringenteſimo viceſimo quinto, feria ſexta poſt Dominicam *Exurge*. (16. Febr.)

Sub Abbate Johanne Fischer.

CCLXXXVII.

CCLXXXVII.

Entſcheidt züſchen dem Abt von Uſſerſtale und herr Ludwig von Beyern herrn zu Scharffeneck. 1484.

Wir *Philips* etc. bekennen, als jrrung und ſpenn entſtanden ſint zuſchen dem Edeln unſern lieben getruwen *Ludwig* von *Bayern* Hern zu *Scharffeneck* an eynem und dem wirdigen unſern lieben andechtigen dem Abt zu *Uſſerſtal* am andern teil, darumb wir beyden parthyen ein gutlichen tag uf hut fur uns und unſer Rete zu uerhorung geſetzt und unſerm Hoffmeiſter und Reten befohlen han an unſer ſtat ſie zu uerhoren als ſie die dan verhort und der Abt furgebracht hatt wie *Ludwig* jne verhindert an weſerung ſiner guter zu *Derenbach* und da umbe, zum andern das umb underſtee bete uff etlich des cloſters guter zu ſetzen in ſinen gerichten und herligkeiten gelegen, das nit herkomen ſy, zum dritten das er forder ein wagen uf dem hofe *Geylwyler* der jn jars ein fuder wins uff *Scharffeneck* furen ſoll, das er auch nit ſchuldig ſy, das *Ludwig* von *Beyern* ob

ge-

gemelt ſin verantwortung gethon, und ſich gegen dem Abt herwidder auch beclagt hatt, wie er ſich underſtee jagens oder weydwercks an enden er des kein gerechtigkeit hett, als haben unſer Hoffmeiſter und Rete obgnant zuſchen den parthyen gutlich abgerett, das *Ludwig* uns zuwillen und gefallen hie zuſchen Pfingſten ſoll das der Abt durch ein Jnwoner zu *Derenbach* oder ein andern dem Er das befilget ſolch weſerung thun mög, doch das er darzu nit mer dan das dritteil waſers der beche bruchen ſoll, yeder teil an ſeiner gerechtigkeit unuergriffen, und furbas ſie umb ſolich gebrech beyderſyts fur uns zu tagen wir an den ſachen beſcheyden werden als wir zu thun angenommen haben, zu uerhorung komen ſollen da ſich yederteil breüchen mag wes er meynt zu genieſen und ſie nach notturfft verhort ſint, wie wir ſie dan umb ſollich jrrung entſcheiden, das es daby one weygerung und wyter ziehen bliben ſoll, ſolch hand beyde parthyen verſprochen, verwillt und uffgenomen, das alſo zu halten und dem nach zukomen ſunder geuerde. Urkund dis briffs verſiegelt mit unſerm uff-

uffgetruckten Secret. Datum *Heidelberg* uff unser lieben Frawen tag Annunciacionis Beatæ virg. *Mariæ.* (25. Mart.) Anno MCCCCLXXXIIII[to].

CCLXXXVIII.

Entscheidt züschen her Ludwig von Beyern hern zu Scharpfeneck und dem Abt von Usserstal. 1484.

Wir *Philips* etc. bekennen etc. als jrrung und spenn gewest sint zuschen dem Edeln unsern lieben getruwen *Ludwigen* von *Beyern* Herrn zu *Scharffeneck* an eym, und dem wirdigen unserm lieben andechtigen dem Abt zu *Usserstal* am andern teil, derhalben wir beyd teil uff hüt datum fur Unns und unser Rete zu verhorung bescheiden lassen han, die alsdan fur uns erschinen sint, und der gemelt Abt sich der nachgemelten puncten beclagt, der gemelt Herr *Ludwig* sin antwort daruff gethon hat, und also solch nachgemelte puncten nach verhorrung beyder teil zu unserm gutlichen entscheid mit willen gestelt. Han wir nachfolgender mas darin mit sambt unsern Reten in der gutlicheit entscheiden, zum ersten als sich

der Abt beclagt hatt, das jm Herr *Ludwig* an wesserung der bech an sinen wiesen zu *Derenbach* und darumb, verhinderung thue, des er dan in beses were, und Her *Ludwig* Jme das nit gestendig gewest, und doch nit furbracht ist, sunder das waser sin were, und durch solchen abzug des wasers die fisch vertrungen werden etc. entscheiden wir, das der Abt zu wesern haben soll den hornung und aprillen mit halben wasser der obgemelten bech, und darnach dan jar us zu siner notturfft mit dem drittenteil des wasers der bech, und ob des Abts knecht zu notturfft jm hewmonath eyn furcht oder schutz mit hew oder sunst mecten das sie solchs nach jrem gebruch widder abthun, desglich ob mit den furen hew darin fiele, das die bach swellen thet, oder verligen hew uff der wiesen blieb, das auch in die bach geworffen oder kommen und swellen mocht, das sie das auch herus thun sollen. Zum andern als sich der Abt beclagt hat, das jme Herr *Ludwig* uff sins closters guter die da gefryhet und lenger dan menschen gedechtnis fry gewest wern, bete zu legen underſtund, und Herr *Ludwig*

ge-

gemeynt hatt, nachdem der Abt teglich guter an ſich brecht die betbar weren, und jn die herſchafft *Scharffeneck* gehörten, das Er zu erkennen geben ſolt, welch fry oder nit wern, und der Abt des ſchuldig zu ſin nit vermeynt hatt, entſcheiden wir, das Herr *Ludwig* anzeygen ſoll, was guter betbar ſyen dauon ſoll im der Abt die Bete als ſich geburt, usrichten und ob der Abt hinfur mer guter kauff oder an ſich brecht, die ſollen mit jr beſwernis gehalten werden. Zum dritten als Her *Ludwig* Jme jerlichs eyn fuder wins gen *Scharffeneck* zu furen an jnen fordert als fur ein gerechtigkeit, der er nit ſchuldig zu ſyn vermeint, und Herr *Ludwig* furwannt das alſo funden han und herbracht wer, entſcheyden wir dwil ſolch fart by unſern voraltern Pfaltzgrauen loblicher gedechtnus Seliger alſo geubt ſy das der Abt ſolich fuder wins hinfur als bisher bis uf unſer oder unſer erben widderruffen furen ſoll. Zum vierden als der Abt clagt das Herr *Ludwig* by ſinem cloſter und uff ſins cloſters eygenthumb zu jagen underſtund und Herr *Ludwig* meint er der wildpand jm zuſtendig

 wer,

wer, er auch daſelbſt Oberherr erkent wurde, und daſelbſt zu jagen hett etc. und wir dan uff beyderteyl furwenden des punctes gruntlich nit bericht werden mögen, ſo ſoll yederteyl hie zuſchen *Martini* ſchirſt ſin gerechtigkeit fur uns bringen daruber zu entſcheiden, und ob beyderteyl zu wytleuſſiger kuntſchafft zu bringen bedurfften, wollen wir jnen deshalb Commiſſarien geben, damit es deſt furderlichen und mit dem mynſten coſten zugee, und ſoll der Abt die ytzt bis nach dem entſcheyd deshalb in poſeſs beliben. Des ſint dieſer entſcheydts brieſſe zwen yeden teil einer gegeben under unſerm uffgedruckten Secret verſigelt. Datum *Heydelberg* uff fritag nach *Ægidy*. (3. Sept.) An. Domini M°CCCC°LXXXIIII°.

CCLXXXIX.

Abrede zwüſchen Hertzog Ludwigen Grauen zu Veldentz und Abt und Convent zw Uſſerſtall. 1521.

Wir *Ludwig*, bekennen etc. als ſich zwüſchen dem hochgebornen Fürſten unſern lieben Vettern Hern *Ludwigen* Pfaltzgrauen by *Rhin* Hertzogen in *Bey-*

Beyern, und Grauen zu *Veldentz* an einem, und den wirdigen und Erſamen unſern lieben andechtigen Abt und Conuent des cloſters *Uſſerſtall* am ander teil hagen und jagens in *Mettenbacher*, *Rottenbacher* und *Grefenhawſer* bezirgk, auch anders halben irrung gehalten deren wir ſein lieb und Abt von *Uſſerſtall* auf hut dato vor uns und unſere Rete zu uerhore ſie baiderſaits wie nachſtet verainen und vertragen laſen. Nemlich und zum erſten dweil ydestail nemlich unſers vettern geſandten und Abt zu *Uſſerſtall* auff ſinem beſes beharret, und kein ſondern ſchein anders dan was mit bloſen worten dargethan ſo iſt abgeret und betheidingt, das wir auf das erſt es ſin mage, yemants von unſern wegen uf den augenſchein verordnen baiden tailen darzu urkhunden und den augenſchein beſichtigen laſen ſollen, und als dan dieſelbigen verordtneten darunter ferner underhandlung haben wolt oder wurde es damals gutlich aber nit folgend ſoll furter von jnen den verordneten von eym austrage geret, und in ſolichem wie rechtlich procedirt, auch wo not kuntſchafft verhort werden, Zum

andern berurn die ſchmewort die unſers Vettern Landtſchreiber zu *Bergkzaubern* gegen dem Abt und Conuent zu *Uſſerſtal* ſie angeben ausgeſchoſen haben ſoll deren aber der Lantſchreiber in maſen angeben nit geſtendig. Jſt in der gut zwuſchen baiden tailen abgeret das Abt und Conuent dweil nit abnemen mogen dieſelbigen wort yemants zu nachtail oder ſchmehe geret ſein gutwilliglichen fallen laſen, und keinem teil ainicher verletzung ſiner Eren dienen, und ſoll das buchlein ſo vom slos *Trifels* wider ins cloſter *Uſſerſtal* komen, darinnen pleiben, das cloſter derhalben hinfurter von unſerm Vettern und den ſinen forderung vertragen pleiben. Zum dritten als unſers Vettern geſandten angezogen, wie der Abt von *Uſſerſtal* ein fuder weins ſo den Capellonen uff *Trifels* zuſten ſolt, in ſein verhehung zuuil genomen, des aber der Abt in maſen angeben auch nit geſtanden da iſt betheidingt und abgeret, das Abt und Conuent an ſtat des itztgemelten fuder weins auf das kunfftig jar zwey fuder weins den verordneten Capellonen auf das slos *Trifels* ſchicken ſollen, das ein fur das Jhen

ſie

ſie jerlichs on das jnen ſchuldig ſint und das ander von unſers vettern Hertzog *Ludwigs* wegen, ſo vom Abt zu dieſem male zuuil hinwegk genommen und den abtrag jme deshalb unſer vetter furgenomen fallen laſſen doch ſoll itzt zum furderlichſten zu *Uſſerſtall* zwen frome gaiſtlich Prieſter die er ungeuerlich in ſinem cloſter haben mage auf slos *Trifels* zu Capellonen verordnen und ſchicken die ſich erbarlich fromblich wie Gaiſtlichen und Prieſtern wol anſtet und geburt zuchtig und unzenckiſch halten, dergleichen die Jnwoner des slos gegen denen baiden auch zuchtig und weſentlich erzaigen, und ſoll das jar itzunt ſo balde die gemelten zwo perſonen aufs slos verordnet werden jn raichung des weins, fruchten und gelt angeen, und der Abt alsbalde ſie darkomen, zum anfangk ein ame weins zwo oder drey ungeuerlich daruf volgen laſſen. Dergleich unſers vettern Lantſchreiber in abslag der zehen gulden zehen malter korns und fuder weins, ſein liebde den berurten Capellonen jerlichs zu geben ſchuldig ſo ſie des icht, es ſei wein, frucht oder gelt by weilen zu

jrer underhaltung begern und furdern wurden, under der handt auch mit tailen und furstrecken und sie mit bezahlung jrer belonung nit bis zu ausgangk des jars aufhalten, Dergleich soll ein Abt seins tails auch thun, und sollen also obgemelter unser Vetter auch Abt und Conuent zu *Usserstal*. Dergleich unsers Vettern Lantschreiber jn sachen angezogen aller obgemelten puncten hiemit entlich gericht, geschlict, auch entscheiden und vertragen sein und pleiben, und kein teil darafſter ainich ferner forderung derhalb mere haben in keinen wegk anders dan so uil das hagen und jagen wie ob belangend ist, und uff wither handlung geschoben. Welichs die Gesandten unsers Vettern Hertzog *Ludwigs* an sein Liebd, dergleich der Abt an sinen Convent und Capittel in einem monat nehst volgendt zu oder abzuschriben anzubringen genomen. Actum et Datum *Heidelberg* undter unserm uffgetruckten Secret auf Dornstag *Vincula Petri*. (1. Aug.) Anno XV.c. XXI.

HERT

HERT *)

MONASTERIUM CANONICORUM REGULARIUM ORDINIS S. AUGUSTINI.

Anno MCIII. Quidam ingenuus homo nomine *Herimannus* (*a*) in quodam ſuo allodio *Herthi* nuncupato, pro ſuæ ſuorumque animæ remedio, Monaſterium conſtruxit, illudque diverſis ſuis prædiis quám devotiſſimè dotavit. Eadem autem prædia in ſubnotatis villis ſita ſunt, videlicet *Herthi*, *Cohart*, *Otmeresheim*, *Bellenheim*, *Karlabach*, (*b*) *Reitburi*, *Cnodilingen*, dimidia pars thelonei *Hohenſtat*, Deo & Sanctæ *Mariæ*, cœterisque Sanctis, quorum patrocinia in prænominato habentur Monaſterio, cum utriusque ſexus mancipiis, agris, vineis, decimis, molendinis, aquis, paſcuis, ſylvis & cum omnibus utilitatibus ad prædictum prædium pertinentibus, in proprium delegavit, ea videlicet ratione, ut fratres Deo ibidem ſervientes his omnibus ad ſuam præbendam libere utantur. De familia autem quosdam ſuos miniſteriales in *Herthi* excepit, quos inter ſuos

hœredes divisit, videlicet: *Erkenbertum*, qui ibidem duas proprias areas, & unum proprium mansum, cum communi & silvæ & pascuorum utilitate, libere possedit; *Udalricum* quoque, qui de hoc, quod prius in beneficio, nunc autem hœreditario jure habet, IIII denarios reddere debet; præterea *Marcwardum*, *Rappodonem*, *Othardum*, *Dragebodonem*, *Erphonem*, *Anshelmum*; qui singuli de hoc, quod prius in beneficio, nunc autem hœreditate possident, II nummos persolvent. Timens autem idem *Herimannus*, ne forte divinum servitium in prædicto Monasterio, si suorum hœredum juri pertineret, destrueretur, ex consilio & petitione Domini *Heinrici* tertii Imperatoris & Domini *Joannis* Spirensis Episcopi, idem Monasterium cum prædictis prædiis ad altare S. *Mariæ* in proprium tradidit, ea videlicet ratione, ut Prælatus ejusdem Monasterii curam à Spirensi Episcopo accipiat & Episcopus locum illum ab omni infestatione defendat & prædicta prædia ad nullos alios usus nisi ad præbendam fratrum Deo ibidem servientium & ad utilitatem Monasterii pervenire permittat. Constituit

tuit etiam, ut idem Monasterium nullum alium Advocatum, nisi eum, qui principalis Spirensis Ecclesiæ advocatus, haberet, & ille nullum sibi exactorem substitueret. Hanc quoque legem familiæ dedit, ut neque hospitiorum vexatione, neque petitionum exactione, ullo modo advocato serviat. Dominus verò *Johannes* Episcopus Spirensis tantam ejusdem *Herimanni* erga Deum devotionem videns, hoc privilegio locum illum honoravit, ut nullus ei Decanus, nullus ei præsit Corepiscopus, sed Prælatus Monasterii omnia, quæ ad divinam legem spectant, cum illo Presbytero canonice decernat, qui parochianam Ecclesiam, quam idem *Herimannus* prius construxerat & dotaverat, ab ipso habet..... *Acta Acad. Palat. Tom. II.* p. 70.

*) Locus iste *Germershemium* inter & *Salétionem* ad *Rhenum* situs in Charta fundationis Herdensis modo recitata *Herthi*, apud *Schannatum* verò in Traditionibus Fuldensibus num. 167. *Terherdi* compellatur.

(*a*) In litteris fundationis *Homo ingenuus* & in Confirmatione *Friderici* I. Imp. an. 1155. concessa *Vir illustris* atque in Chronico Spirensi (*nova subs. Dipl. Tom. I. p.* 133.) cum

cum cognomine: *Hermannus Dynasta de Spiegelberg* audit. Castrum hoc non procul à Regali palatio Lutrensi situm vix hodie à nomine notum est.

(*b*) Hæ villæ, in quibus Præposituræ prædia, in pago Spirensi à Cl. *Andrea Lamejo* eruditè non minùs quam solidè pro more suo descripto Tom. III. acad. Palat. pag. 228. sqq. reperiuntur.

Anno 1139. confirmirt Pabst *Innocentius* II. Graf *Hermanns* Stifftung zu diesem Kloster und gebeüt es unturbiret zu lassen. A. E.

1148. *Güntherus* Episcopus Spirensis capellam Sancti *Ægidii*, quam *Burchardus* Canonicus Sancti *Guidonis* & mater sua in proprio fundo in suburbio spirensi ædificarunt, ipso *Burchardo*, matre jam defuncta, petente, tradidit S. *Mariæ* Herdensis cœnobii, cum hospitali & cœteris appendiciis.... *Acta Acad. l. c. p.* 72. Confer: *Nova subs. Dipl. T. I.* p. 133.

1155. *Fridericus* I. Imp. in confirmatione jurium Monasterii Hertensis sic eloquitur — Herdensem Ecclesiam in honore beatæ Dei Genitricis & perpetuæ Virginis *Mariæ* constructam, in qua

qua Canonicus ordo juxta beati *Augustini* regulam noſcitur inſtitutus, Majeſtatis noſtræ tuitione communimus, ſtatuentes, ut nulli mortalium liceat ipſam eccleſiam perturbare vel ejus jura infringere, aut imminuere, homines inquietare... ſed omnia, quæ vel ab Illuſtri quondam Viro *Heremanno* eidem loco oblata ſunt, quæcunque etiam in præſentiarum largitione ſeu conceſſione Regum, Epiſcoporum vel Principum, oblatione fidelium juſte & legitime eadem poſſidet eccleſia, in utriusque ſexus mancipiis, agris, vineis, decimis &c. firma & illibata eidem Monaſterio permaneant. Ad hoc perpendentes eccleſias diverſorum advocatorum infeſtatione opprimi magis quam relevari, Imperiali auctoritate conſtituimus, atque præcipimus: ne idem Monaſterium ullum alium Advocatum, præter eum, qui principalis Spirenſis Eccleſiæ Advocatus eſt, habeat, & ille nullum ſibi exactorem vel Subadvocatum ſubſtituat, ipſeque bis in hyeme & ſemel in æſtate & non ſæpius, niſi vocatus, illuc placitaturus veniat, & quantum illi, qui de placitatione compoſuerint, perſolvant, non in arbitrio Advocati, ſed in diſpo-

diſpoſitione illius, qui Prælatus eſt Ecclesiæ, conſiſtat, ipſe duas inde partes, tertiam Advocatus accipiat, ſi vero debitum compoſitionis Prælatus remiſerit, Advocatus tertiam exigere poterit; Advocatus quoque cum ad placitum bis in hyeme venerit, Prælatus Monaſterii porcum annuum & hamam vini & malterum panis & quatuor avenæ ad ſervitium illi dabit; in æſtate etiam tantum de pane & vino & duas oves & duo maltera avenæ & ad ſingula ſervitia quinque gallinas; quod ſi quis eum illuc pro ſua re locaverit, ipſe ei ibi miniſtrabit. Familia quoque neque hoſpitiorum vexatione, neque petitionum exactione ullo modo Advocato ſerviet, ſed ſoli Prælato obediet; caveat quoque Advocatus, ne in diſponendis eccleſiæ rebus, prout utilitas et temporis opportunitas dictaverit, ullo modo Prælato et Fratribus gravis, aut contrarius appareat; quin imo promptus cooperator et bonus defenſor, ubicunque res et tempus poſtulaverit, adſiſtat, nihilque amplius juris quam quod privilegii hujus ſeries continet, extorqueat. Præter ea novimus et certiſſime ſcimus, præfatum Monaſterium cum prædiis ſuis

pe-

petitione *Henrici* tertii Imperatoris, de cujus ſanguine progeniem ducimus, à ſupradicto *Heremanno* fundatore ejus ad altare Sanctæ *Mariæ* ſpirenſis Eccleſiæ in proprium traditum fuiſſe, ea tamen conditione, ut nihil juris vel cenſus ſive ſervitii Epiſcopus aut quilibet alius inde poſſit exigere vel beneficii jure præſcribere; ſed omnia uſibus Fratrum Deo inibi ſervientium pertineant et Prælatus à Fratribus Canonice electus Epiſcopo hominium non faciat, ſed curam tantum ab ipſo ſuſcipiat, quod et nos obſervari volumus. Inſuper quisquis terminos Monaſterii quacumque occaſione intraverit, niſi forte judiciali ſententia dampnatus, donec inde exeat, pacem habeat, quisquis etiam ſœculum proponit relinquere et ad meliorem vitam ad idem Cœnobium confugere, exceptis quorumlibet mancipiis, nemo illum præſumat lœdere aut retrahere, ſed ſi quis hæc infregerit, ſi ingenuus aut miniſterialis fuerit, IV. libras auri regiæ perſolvat dignitati, ceteri vero decalvatione ſeu dura verberatione, ſeu LX. ſolidorum compoſitione coherceantur, et hanc legem cum reliquo jure ſœpe dicto Monaſterio corro-

roboramus etc. *Acta Acad. Pal. T. II. p. 72. sq.*

Anno 1175. Idem Imperator ſpeciali charta declarat, quod *Conradus miles de Rulichesheim* animæ ſuæ ſolicitus, in ipſius remedium quasdam vineas apud *Rulichesheim* Herdenſi eccleſiæ donaverit. *Acta Acad. Pal. l. c.* p. 75.

1182. Wie der Leimersheimer Forſt dem Kloſter *Herd* vermacht worden. A. E.

1195. *Henricus* VI. Imp. præcipit, ut nulla omnino perſona Monaſterium in ſuis poſſeſſionibus nominatim in *Offenbach* et *Altheim* gravare vel moleſtare præſumat, quæ allodia *Cunradus de Riet* eidem Eccleſiæ contulit. *Acta acad. Pal. l. c.* p. 75.

1200. *Philippus* II. Rex Rom. Eccleſiam in *Herde* ſub ſua recipit tuitione. *l.* c. p. 76.

1212. *Otto* IV. Imp. vertragt die Probſtey mit einem *von Rittberg*, das hofguth zu *Offenbach* betreffend. A. E.

1220. *Fridericus* Rom. Rex curat, ne quis ſive *Wernherus de Bolanden*, ſive quilibet alius Eccleſiam Herdenſem in ſuis bonis *Dandeſtat* et *Rorbach* inquietare præſumat. *Acta acad. Pal.* p. 77.

An-

Anno 1270. Die erkauffung des Dorfes *Leimersheim*. A. E.

1270. *Otto Comes de Eberstein* et *Symon Comes Gemini pontis* vasallis suis *Rudolfo* et *Friderico de Fleckenstein* indulgent, ut castrum *Leimersheim* et villas *Leimersheim*, *Kuhart*, *Winden* cum sylvis, pratis etc. Ecclesiæ Herdensi vendere valeant. *Acta Ac. Pal.* *l.* c. p. 77.

1274. *Dieterich von Wachenheim* stehet ab von der Gemeinschafft dieses Dorffes. A. E.

1281. *Fleckensteins* verzicht uff das schloss und dorff *Leimersheim* und alle andere güther daselbst. A. E.

1294. *Adolffi* Regis Rom. privilegium protectionis Herdensi Ecclesiæ concessum. A. E.

1299. Privilegium Herdensis Ecclesiæ super bonis in *Steinweiler*. A. E.

1302. Des *Schweinheimer* hofs gerechtigkeit im *Breitwald* zu weiden und zu beholzen. A. E.

1303. *Albertus* Rex Rom. concedit Herdensi Monasterio, quod in terminis villæ *Bellenheim* et in nemore *Junkholz* pecora et pecudes pellere possint ac pascere. *Act. Ac. Pal. l.* c. p. 78.

An. 1305. Schweinheimer hofbefreyungs confirmation. A. E.

1305. *Alberti* Regis Rom. privilegium ſuper *Danſtatt*, *Rorbach* et aliis bonis. A. E.

1315. Verzicht etlicher *von Fleckenſtein* uff *Leimersheim*, *Kuhard*, *Winden* und *Potz*. A. E.

1316. *Henrichs von Fleckenſtein* verzicht über die ohnmittelbar vorgeſezte güter. A. E.

1317. *Winderwerd* und *Gold-Gründe*, wie ſie der Stifft Herd gegen die *von Liebenheim* mit Recht erhalten. A.E.

1328. *Henrichs von Fleckenſtein* verzicht über das ſchloſs und beide dorff *Leimersheim*, *Kurt* und *Haniewies*. A. E.

1330. *Ludovici* Imp. Confirmatio privilegiorum à Rege *Alberto* Eccleſiæ Herdenſi datorum. A. E.

1341. Confirmation der Schweinheimer hof-privilegien. A. E.

1380. Fundation und Jnveſtitur St. *Geneſen*-altars in der kirchen St. *Ægidien* zu *Speier*, worinn der Probſt zu *Hert* als collator und patronus conſentiret. A. E.

Anno

Anno 1478. Beſtettigung dem cloſter *Herde* ſiner fryheit von Pfaltzgraven *Philipp* in drey brieffen 1. *Ruperti* de an. 1331. 2. *Rudolffi* & *Ruperti* de 1331. und 3. *Ruperti* ſenioris Comitum Palatinorum *Rheni* &c. de 1361.

Beſtettigung dem Cloſter Herde ſiner Fryheit.

Wir *Philips* &c. bekennen und thun kunt offenbar mit dieſem brieff, das uff hut der Erſam Herr *Gerhart von Mentzingen* Probſt mit etlichen ſinen mitbrudern des Conuents von *Herde* uns furgelegt hatt etlich verſigelt brieff, damit ſie uns das Gotshuſe etwan von den Hochgebornen Churfurſten unſern lieben Altvettern Hertzog *Ruprechten* dem Eltern und Hertzog *Rudolffen* begnadet worden ſint, und uns gebetten das wir Jne die ernuwen, beſtetten und confirmiren wollen, als itzunt der recht eynich erbe und Lantfurſt des Churfurſtenthums der *Pfaltzgraueſchafft by Rine*, wan wir aber den geordneten Luten, die Got tag und nacht dienen und ſich darzu ergeben han, fur andern geneigt, und auch angeſehen das wir

jr koſt vogt und ſchirmer ſint ſo han wir ſolch brieue, wie die von wort zu wort geſchriben ſint, herjn begriffen laſſen, die dan gehalten wie nachfolgt.

Der Erſt.

Wir *Ruprecht* von Gotts Gnaden Pfaltzgraue an dem *Rine* und Hertzog in *Beyern* thun kunt allen den die diſen briff anſehent oder gehorent leſen, das wir von unſerm und *Rudolffs* unſers Bruders wegen den Erbern Herrn dem Probſt von *Herd* und dem Convent gemeynlich jr gut zu *Danſtat* gefryhet haben und frygen mit diſem offen brieff alſo das das gut, und die die uf dem gut wonent ſint, und es bnwent ewiglich fry ſint, von Bet, ſture, herberg, und von allen dinſten die ein gut dienen ſol, das nit frey en iſt, oder die lute die es jnnenhant wan wir es alſo funden han das es unſer vorfaren mit jren brieuen auch gefriget hant, durch jr ſele willen, und gebieten allen unſern amptluten die itzunt unſer amptlude ſint oder hernach werdent, das ſie ſie ſchirmen an der vorſchriben fryheit widder aller menglich und des zu eim urkund geben wir Jnen diſen briff mit un-

unſerm Jngeſigel verſigelt. Der wart geben da man zalt von Gottes Geburt dreyzehen hundert jare eins und triſig jare an dem ſontag ſo man ſinget, *Judica me Deus.* (17. Mart.)

Der Andere.

Wir *Rudolff* und *Ruprecht* Gebruder von Gots gnaden Pfallentzgreuen an dem *Rine*, und Hertzogge in *Beyern* veriehen offentlich an diſem brieff und thun kunt allen den die diſen brieff anſehent oder gehorent leſen, das wir mit bedachtem mut, globt haben und globen mit diſem gegenwertigen brieff, das wir die briff ſtet wollen halten, die die Erbern giſtlichen Herrn hant der Probſt und Conuent des cloſters von *Herd* von Konig *Albrecht* und des Jn von Keiſer *Ludwig* beſtettiget hatt mit ſinem offenen brieuen umb die weid zu *Bellenheim* und mit namen umb die weid in dem *Jungholtz*, das ſie jr groſs vihe und jr clein vihe pferd und ander vihe daruff triben, und weiden ſollen wen ſie wollen, und es jne not geſchicht und gebieten allen unſern amptleuten die wir itzunt haben, oder hernach gewynnen, das ſie die Herrn von *Herde*

 uff

uff der weid ſchirmen und jr vihe in allem dem recht, als jr briff hant von Konigen und von Keiſern, und des zu einem urkund geben wir Jnen diſen briff mit unſern Jngeſigeln verſigelt, der ward geben da man zalt von Gots geburt drutzehen hundert eins und triſig jare, an dem Dinſtag nach Sant *Margreten* tag. (16. Jul.)

Der Dritt.

Wir *Ruprecht* der alte von Gots gnaden Pfaltzgraue by dem *Rine* des heiligen romiſchen Reichs Oberſter Truchſes und Hertzog in *Beyern*, verjehen uns offentlich und thun kunt allen den die dieſen briff ſehent oder horent leſen, das vor uns quamen der geiſtlich Herr Herr *Hug von Zeſinckeim* Probſt des ſtiffts zu *Herde*, von ſins ſtiffts wegen uff ein ſite, und die geburſchafft gemeylichen des dorffs zu *Herde* uff die ander ſyte, umb ſolch mishelle und zweyung die ſie haden umb die Eichen welde, und umb urholtz und umb die fiſch waſſer zu *Remiſchwinckel* bede ſtaden bis in den dribenden *Rine* die des ſelben ſtiffts zu *Herd* eigen ſint, alſo der vorgenant Probſt kundig macht mit

mit fryheit und mit briuen die er und ſin ſtifft hant von Keyſern und von Königen, und wir die geſehen han und ihme auch die gebuerſchafft uff jre Eide gemeinlichen jahren der eigenſchafft, und wolten doch die vorgenanten gebuer das der egenant Probſt die vorgenante welde und die vorgenante fiſch waſſer nit ſolten angriffen widder jren willen des herkennen wir uns nach des vorgenanten Probſt und ſines ſtiffts fryheit und brieuen und der vorgenanten gebuerſchafft verjehung, das der egnant Probſt und ſin ſtifft der vorgenanten welde und fiſch waſſer moget hauwen und nieſſen, und fiſche mit allen nutzen wan ſie wollent ane die gebure, Es iſt auch beret das der egnant Probſt der gebuerſchafft zu *Herde* ſol geben urholtz zu burnen und buwen, als es zitlich iſt, ane geuerde. Wir han auch gebeden, den vorgenanten Probſt ob er welch welde oder urholtz verkeuffen wolte das er durch unſern willen den vorgenanten gebuern den dritten pfenning laſſe fallen und das ſol doch nit ſin dan von fruntſchafften deſſelben Probſt und nicht von rechte an alle geuerde. Und das dis vor uns

gescheen sy, und stete und veste blibe so han wir *Cunrat Lanndschade* unsern Vitzthum in der *Nuwenstat* und *Eberhart von Lachen* unsern Burggrauen zu *Germersheym* die wir zu rade darzu zogen geheisen jr Jngesigell hencken an disen briff und ich *Conrat Lanndschade* vitzthum in der *Nuwenstatt* und jch *Eberhart von Lachen* Burggraue zu *Germersheym* ritter do vorgenant veriehen und das wir Ratlude von unsers Herrn wegen des Hertzogen do vorgenant daruber sint gewesen, und han unser Jngesigell von heise wegen unsers Herrn des Hertzogen gehenckt an disen brieff, der wart gegeben da man zalte von Gottes geburt drutzehen hundert jare und eins sechzig jar an dem anders tage nach Sant *Laurencien* tag des heiligen Mertelers undt wir Probst und Conuent der obgenanten gnad und fryheit bis uff diese zit herbracht und genossen han also ernuwen, confirmiren, und besteten wir jne die jm und mit crafft dis briffs, das sie sich der auch also furbass sollen und mugen frewen, genyessen und gebrauchen, doch anders den unsern jhren anstosern ahn ihrer gerech-

tikeit

tikeit vnschedlich alles ongeuerlich, Urkundt dis brieffs versigelt mit unserm anhangendem Jngesigel. Datum *Heidelberg* uff Montag der drien heiligen Koning abent (5. Jan.) Anno Domini M°.CCCC°.LXXVIII°.

Vertrag zwüschen dem Probst zu Herde sampt sinem Convent und Gerhart Seltin von Sauwelnheim.

Wir *Ludwig* &c. bekennen als wir den Ersamen und unser lieb getrewen Hern *Florentz Sluderer* von *Lachen* Probst zu *Herde* sampt sinem Conuent an einem; und *Gerhard Seltin* von *Sauwelnheim*, am andern teile jrer jrrung und geprech so sie entlich fur uns und unsere rete verfast, hut dato fur dieselben unser richter und Rete urteil und entscheidts, zu warten her gein *Heidelberg* betagen lasen haben wir doch umb frid-lebens willen aus furstlicher mildt und gnediger mainung, fride und ainigkeit zu machen nochmals zwuschen den tailen gutlich unterhandlung suchen lasen. Welich unser darzu geben und verordnete Rete sie auf fleissigs anhalten und guten beweglichen

 ur-

ursachen mit willen gutlich veraint und vertragen, wie nachstet. Nemlich und zu erst das nun hinfur gemeltem Probst und Convent zu *Herde* die CC. gulden haupt gelts, und zehen gulden, gulten dauon wie in clagen angezogen werden folgen und zu sten sollen. Desgleich auch von den funfzig gulden so funf jar zu *gros Bockenheim* hinderlegt gewesen, auch XXXV. gulden volgen, und die ubrigen XV. gulden darzu die X. gulden, so *Gerhart Seltin* Jme fur hinwegk genomen, demselbigen *Gerharten* und sinen Erben gegeben und gefolgt werden. Und sollen hiemit alle andere forderungen und zusprach zu baiden tailn gegen einander furgenomen und noch hut betage die parthien deshalb zusamen vermainen mochten zu haben, gefallen, todt und absein, auch herauf also gutlich frundtlich gericht, geslicht, veraint, und entlich vertragen sein, und pleiben sollen, und deshalb ainichs teils das ander wither in ungutem nit belaidigen, noch durch andere zu thun verschaffen in gar keinen weg, wie sie dan zu baiden teilen dem also zu geleben und nachzukomen, uns zu unterthenigem und unsern Reten

zu

zu freundtlichen gefallen an und aufgenomen auch des costens in und auserhalb der rechtuertigung ausgangen hiemit auch gefallen und absein und yedes tail den sinen sich selbst tragen soll, sonder alle geuerde und zu urkunde han wir unser Secret herauf thun drucken. Datum *Heidelbergh* Fritags nach Purificationis *Mariæ* (9. Febr.) Anno M°. V c.

Anno 1558. vidimus Kaiser *Maximiliani* I. Confirmation etlicher freyheiten der Probstey *Hert* von Römischen Kaisern gegeben. A. E.

1559. Kaisers *Ferdinandi* Confirmation des klosters *Hert* freyheiten. A. E.

PRÆPOSITI HERTENSES.

ANSHELMUS.

In Bulla *Innocentii* II. PP. nominatur inscripta: Dilecto filio *Anshelmo* Præposito Hertensis Ecclesiæ. Confirmavit tunc Pontifex ea, quæ *Johannes* Episcopus spirensis Monialibus *S. Georgii* curæ Præpositi proximè habitantis, enixè commendatis tradiderat. In communi canonicorum Fratrum Refectorio series Præpositorum cum obitus anno descripta legebatur, sed quatuor vel tribus

bus exceptis nominibus, reliqua delevit temporis injuria. φ *Anshelmus* anno MCXL.

BURCHARDUS.

Notatur in Refectorio: Anno Domini MCXLVII. O. *Burchardus* Præpositus II.

ALBERTUS.

Inter testes numeratnr, cum *Güntherus* spirensis Episcopus anno 1148. capellam S. *Ægidii* cum hospitali adjuncto in subnrbio spirensi Hertensibns donâsset. Sequente anno *Guntherus* modo fatus Spiræ Synodnm celebravit, cui cum aliis interfuit *Adelbertus* de *Herda*. *Nova Subs. Dipl. Tom. I.* p. 166. φ teste Refectorii scriptura Anno Domini MCLXX. Conf. *Subs. Dipl. T. IV.* p. 339.

CUNRADUS.

Refertur in Annotationibns Refectorii Hertensis: Anno Domini MCXCIII. O. *Cunradus* Præpositus IIII. multa sub eo aliisque gesta supra reperies.

VOLPERTUS.

An. MCCLXXVII. per *Heinricum de Bannacker militem* & *Fridericum Germers-*

mershemii Burggravium cum vicanis Hertensibus de lite transegit.

HEINRICUS.

Duas in *Steinwilre* & *Kanle* curias an. MCCXCIX. Abbatiæ Selsensi vendidit.

ULRICUS.

Anno MCCCVI. XII. *Decembris* præsens aderat cum *Friderico* Priore, *Joanne* dicto *de Rulzgesheim* Concanonicis & *Tringo* Sacerdote de *Zabern*, quando *Engelinus* plebanus in *Werde* in extremis laborans legavit sponte & puro corde viris religiosis Domino Abbati & Conventui Monasterii in *Uzerstal* vineas suas in villa seu terminis *Ulvensheim* possedit. Hanc villam inquire in Decanatu Herxheimensi. *Subs. Dipl. Tom. X.* p. 296. Conf. *nova Subs. Dipl. T. XII.* p. 284.

JACOBUS.

An. MCCCXXVIII. bona Hertensia *Mulhusii* cum aliis bonis in *Ottersheim* commutavit.

VOLZO.

An. MCCCXXXVI. cum Abbatia *Gottesau* de *Rheni* alveis inter *Pfotz* & *Winden* transegit.

Hugo

HUGO DE ZEISKHEIM.

Videatur ſupra documentum de an. 1478. cum inſerta eſt charta *Ruperti* ſenioris Comitis Palatini *Rheni* data MCCCLXI. undecimâ *Auguſti*.

WERNHERUS DE WALDHEIM.

Transactionem an. 1418. circa jus paſcuorum in *Otterbach* cum *Johanne* Otterbacenſi celebravit.

HENRICUS DE MUHLHOFEN.

An. MCCCCLIV. cum *Mathia* Abbate Gottſavvienſi amica compoſitione terminavit lites inter ſe exortas.

HEINRICUS ZUM JUNGEN.

An. 1462. De eo *Humbracht in der höchſten zierde Deutschlands. Tab.* 47.

BERNARDUS DE ANGELOCH.

An. 1471. Occurrit in alia transactione cum Gottſauvienſibus inita & diremit lites cum vico *Hert* intercedente *Johanne de Gemmingen* Præfecto Germersheimenſi.

REINHARDUS DE MENZINGEN.

1486. *Johannes de Venningen Gemmingii* in Advocatia Germersheimenſi ſuc-

ſucceſſor Præpoſitum cum vico *Hert* reconciliavit.

JOHANNES DE GEMMINGEN.

An. 1490. Ab *Humbrachto* non bene compellatur Abbas Eccleſiæ Equestris Hertenſis.

FLORENTIUS SLIEDER DE LACHEN.

1499. Ab aliis, prout in epitaphio expreſſum, *Florenus* ſcribitur; ſed in Charta anni 1500. *Florentz Sluderer von Lachen.* Cum vicos *Dettenheim*, dein an. 1516. cum vico *Pfotz* reconciliationem admiſit. E ruinis Eccleſiæ ejusdem lapis ſepulchralis erutus eſt cum hâc inſcriptione:

ANNO DOMINI MILLESIMO QUINGENTESIMO VICESIMO SEXTO DIE DECIMA SEPTIMA MENSIS JANUARII OBIIT VENERABILIS ET NOBILIS DOMINUS FLORENUS SCHLEDER DE LACHEN HUJUS EDIS PREPOSITUS. CUJUS ANIMA REQUIESCAT IN PACE.

SIGMUNDUS DE WITSTAT.

An. 1526. Dictus *Hagenbach.* memoratur adhuc an. 1539. Ab eo & Capitulo Hertenſi Pfotzenſes anno 1535. impetrarunt, ut vicum ſuum ob *Rheni* pericu-

ricu-

ricula, qui plures jam domos ſubvertit, in eum, quem hodie occupat locum, transferrent.

MELCHIOR REUSS DE ALBSHEIM.

An. 1540. Juxta *Sliederum* Præpoſitum tumulatus ſub lapide ſic inſcripto:

ANNO DOMINI 1550. DOMINICA JUBILATE DIE 27. MENSIS APRILIS OBIIT VENERABILIS ET NOBILIS DOMINUS MELCHIOR REUSS DE ALBZHEIM PRÆPOSITUS HUJUS ÆDIS. CUJUS ANIMA REQUIESCAT IN PACE.

ULRICUS DE BERNBACH.

1551. Ad finem nunc properat Præpoſitorum Series, quam clauſit.

WENDELINUS DE REMCHINGEN.

An. 1563. Cum vico Hertenſi hoc anno tranſigens, demum an. 1566. extinctus eſt.

